R. BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
A
484
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Race. VIII. A. 484

COMMENTARIORVM PRAGMATICAE IN FAVOREM REI FRVMENTARIÆ, & agricolarum, & rerum, quæ agriculturæ deſtinatæ ſunt, libri tres.

Autore Iacobo de Collantes & Auellaneda, in inclyta Academia Seguntina Doctore.

AD LICENTIATVM CHRISTOPHORVM de Villarroel, à Conſilijs Philippi III. Hiſpaniarum, Indiarumq; Regis Catholici, & eiuſdem Palatij, & ſupremæ Curiæ cauſarum criminalium, & ciuilium iudicem meritiſsimum.



Anno 1614.

Biblioteca Nazionale V. E. III. NAPOLI

CVM PRIVILEGIO.

Madriti, *Apud Ludouicum Sanchez.*

Cenſura.

E*X Commiſſione Regij ſupremi Senatus vidi, & diligenter euolui hos Commentarios, ſiue gloſſemata Pragmaticæ in fauorem rei frumentariæ, autore Doctore Collantes de Auellaneda, in ciuitate Seguntina aduocato, & in eis nihil inueni pijs, & bonis moribus aduerſum, ſed omnia ſumma eruditione elaborata, & iuris conſultorum reſponſis conſentanea: & ideò dignos cenſeo, qui in communem vtriuſque iuris ſtudioſorum vtilitatem lucem videant, typiſq́. mandentur. Datum Valleſoleti decimo Kalendas Iulij, anno Domini 1605.*

El Licenc. Molina.

T A S S A.

YO Franciſco Martinez, eſcriuano de camara del Rey nueſtro ſeñor, y vno de los que en el ſu Conſejo reſiden, doy fe que por los ſeñores del dicho Conſejo ſe taſſò à [illegible] maravedis y medio cada pliego del libro intitulado *Commentaria rei frumentariæ*, compueſto por el Doctor Collantes de Auellaneda. Y mandaron, que a eſte precio, y no mas, ſe venda, y que eſta fé de taſſa ſe ponga al principio de cada libro, para que ſe ſepa el precio a que ſe ha de vender. Y para que dello conſte, de pedimiento de la parte del dicho Doctor Collantes, y mandamiento de los dichos ſeñores del Conſejo, di la preſente, que fue fecha en la ciudad de Valladolid, a tres dias del mes de Diziembre, de mil y ſeiſcientos y cinco años.

Franciſco Martinez.

LIber hic, *Commentaria rei frumentariæ* dictus, à Doctore Collantes & Auellaneda cõpoſitus, ſuo exemplari reſpondet, nihil enim notabile contrarium illi continet. Madriti pridie Kalend. Iulij anno 16[illegible]

Licenc. Murcia de la Llana.

§ 2 E L

EL REY.

POr quanto por parte de vos el Doctor Collantes de Auellaneda, vezino y Abogado de la ciudad de Siguẽça, nos fue fecha relacion, q̃ auiades pueſto mucho eſtudio y trabajo en cõponer vn libro, que era vna gloſſa ſobre la prematica hecha en fauor de los labradores, y coſas de la labrança dela tierra, donde eſtauan muchas queſtiones de mucho prouecho y vtilidad para las republicas deſtos nr̃os Reynos: y nos pediſtes y ſuplicaſtes, os mãdaſſemos dar licencia y facultad, para poder imprimir el dicho libro por tiempo y eſpacio de veinte años, o los q̃ fueſſemos ſeruido, o como la nr̃a merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nr̃o Conſejo, y como por nueſtro mandado ſe hizierõ las diligencias q̃ manda la prematica por nos vltimamẽte fecha ſobre la impreſsion de los libros, fue acordado, que deuiamos mandar dar eſta nr̃a cedula en la dicha razon. Y nos tuuimoslo por bien. Por la qual vos damos licencia y facultad, para q̃ por tiẽpo y eſpacio de diez años cũplidos, primeros ſiguientes q corran y ſe cuenten deſde el dia de la fecha deſta nr̃a cedula en adelante, vos, o la perſona que para ello vueſtro poder huuiere, y no otra alguna, podais imprimir el dicho libro q̃ de ſuſo ſe haze mẽcion. Y por la preſente damos licẽcia y facultad a qualquier impreſſor deſtos nueſtros Reynos q̃ vos nõbraredes, para q̃ durante el dicho tiempo le pueda imprimir por el original q̃ en el nueſtro Cõſejo ſe vio, q̃ va rubricado cada plana, y firmado al fin del de Frãciſco Martinez, nr̃o eſcriuano de camara, y vno delos q̃ en el nr̃o Conſejo reſiden, con que antes q̃ ſe venda, le traigais ante ellos, juntamente con el dicho original, para q̃ ſe vea ſi la dicha impreſsion eſtà conforme a el, y traigais fe en publica forma, como por corretor por Nos nõbrado ſe vio y corrigio la dicha impreſsion con el dicho original. Y mãdamos al impreſſor q̃ aſsi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego del,

ni

ni entregue mas de vn ſolo libro con el original al autor, o perſona a cuya coſta ſe imprimiere, para efeto de la dicha correccion y taſſa, haſta q̃ antes y primero el dicho libro eſtè corregido, y taſſado por los del nueſtro Cõſejo. Y eſtãdo hecho, y no de otra manera, pueda imprimir el dicho principio y primer pliego del: en el qual ſeguidamente ſe ponga eſta nueſtra licencia y la aprouaciõ, taſſa, y erratas: y no le podais vender, ni vendais vos, ni otra perſona alguna, haſta que eſtè el dicho libro en la forma ſuſodicha, ſo pena de caer e incurrir en las penas contenidas enla dicha prematica, y leyes deſtos Reynos, q̃ ſobre ello diſponen. Y mandamos, q̃ durante el dicho tiempo, perſona alguna, ſin vueſtra licencia, le pueda imprimir, ni vender, ſo pena q̃ el q̃ lo imprimiere, y vendiere, aya perdido y pierda qualeſquier libros, moldes, y aparejos q̃ del tuuiere, y mas incurra en pena de cinquẽta mil mr̃s por cada vez q̃ lo contrario hiziere. De la qual dicha pena ſea la tercia parte para la nr̃a camara, y la otra tercia parte para el juez q̃ lo ſentenciare, y la otra para el q̃ lo denunciare. Y mandamos a los del nueſtro Conſejo, Preſidẽte, y Oydores de las nueſtras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nueſtra Caſa, Corte, y Chancillerias, y a otras qualeſquier juſticias de todas las ciudades, villas, y lugares de los nr̃os Reynos y Señorios, a cada vno en ſu juridiciõ, aſsi a los q̃ agora ſon, como a los que ſeran de aqui adelante, que os guarden y cumplã eſta nueſtra licencia y merced, que aſsi vos hazemos, y contra ella no vayan, ni paſſen, ni conſientan ir ni paſſar en manera alguna, ſo pena de la nueſtra merced, y de diez mil mr̃s para la nueſtra camara. Dada en Valladolid, a ocho dias del mes de Iulio, de mil y ſeiſcientos y quatro años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro ſeñor.

Iuan de Amezqueta.

AD LICENTIATVM CHRISTOPHORVM DE Villarroel, à Conſilijs Philippi III. Hiſpaniarum, Indiarumq; Regis Catholici, ac eiuſdẽ Palatij, & ſupremæ Curiæ cauſarum criminalium, & ciuilium iudicem integerrimum, & meritiſsimum.

CVM Vtiliſsimos, Reiq; publicæ, & vſui forenſi apprimè neceſſarios, & luculenter (vt puto) elaboratos rei frumentariæ, & Regiæ agricolarum pragmaticæ Commentarios meis ſumptibus edendos ſuſcepiſſem; vetuſq; à maioribus accepta, & ad nos vſque tranſmiſſa conſuetudo ſit, vt primus hominum ſtudioſorum fœtus ſub alicuius Mæcenatis tutela, & protectione lucem videat; tu primus occurriſti (ne dicam, ſolus) cuius clariſſimo nomini & perenni memoriæ conſecrarem. Qui enim tot tibi nominibus deuinctus eſt, tantiſq; benefi-

beneficijs (quæ in me, fratremq́ mihi chariſsimum, meosq́ omnes quotidie confers) cumulatus, quem alium patronum, abſque ingrati animi labe, poterat eligere? Præſertim cùm tibi gratiſsimum ſciam quidquid è ſacris Iuriſprudentiæ fontibus hauſtum eſt; vtpotè qui honorificentiſsimum, & omnium ore & conſenſu celebratum in iure dicendo & elucidando meretiſsimè locum teneas: cuius erga omnes humanitatem, & in adminiſtranda iuſtitia integritatem, in corruptosq́ mores Hiſpania prædicat, & exteræ nationes admirantur: de cuius virtutum laudibus, claritate generis, maiorum nobilitate & ſtemmatis (quoniam omnibus nota ſunt) ſilere ſatius, quàm rudi ſtylo, & craſſa (vt aiunt) minerua quicquam attingere exiſtimaui: cum & laudari ab ijs, quos aſsiduis beneficentiæ nexibus obligas, adulationis notam non effugiat? Accipe igitur, qua benignitate ſoles, munuſculum hoc, amoris erga te mei & beneuolentiæ ſignum, certiſsimumque grati animi monumentum. Vale.

Lucas Sanchez.

Do-

DOMINI DIDACI de Campo, Canonici, ac Prioris Seguntini, in laudem huius operis Autoris.

COngeriem quiſquis diſperſum cogit in vnum,
Laudibus excelſis fertur ad aſtra Poli.
Collantes igitur cæli ſuper aſtra feretur,
Qui dedit ex terræ fœnore primus opes.
Ruſticus hic etenim liber omnibus afferet aurum,
Nam benè cultus ager ſplendida præda fuit.
Vtilius quidquàm poterat nec vrbibus eſſe,
Quâm tractus ſancta ruſticitate labor.
Deficiebat adhuc inter quos edidit æuum,
Iſte ſeneſcenti ſolus in orbe liber.

ANTONIVS MILLAN, APICE Magiſterij ornatus, in docẽdoq; Latinæ linguæ ſtudioſos in Academia Seguntina nulli ſecundus cecinit.

LIBER, & alma Ceres, agros coluere ferentes
Dulce merum, vires augens, & pinguia farra:
Ipſa Ceres cultis mandabat ſemina ſulcis,
Et pater ipſe ſuis ſociabat vitibus vlmos.

Pan

Pan ouibus campos impleuit, munere grato:
Proh paſcebat oues. Lætatur ruſtica proles.
Agricolam laudat mundus, miratur Olympus:
Vendicat hic ſolus, quæ dij monumenta relinquunt.
Ruricola eſt ergo mortalis longe beatus!
Rex ſapiens Regum, & pater orbis, magne Philippe,
Agricolis faue Diuorum numinis inſtar,
Legibus æternis firmans quæ munia poſcunt.
Annuit omnipotens donans maiora petitis.
Iura data expoſuit Doctorum mente ſagaci
Collantes Doctor iuris, legumq; peritus.
Zoile mirare: agricolis patrem aſtra dedêre:
Iupiter ingenium, linguam ſibi miſit Apollo.

I D E M.

Collanti fauit diuorum ſumma poteſtas,
Romanis tantùm Martis & arma furor:
Mars mouet ad bellum reſonans taratantara; Apollo,
Et Muſa ad pacem, conciliantq; homines.
Iam [illegible] Romana peritia cedat,
Mars præbet vires, Iupiter ingenium.

Didacus Millan puer.

Magnum (chare parens) quis te neget eſſe Poetam?
Dixero diuinis vatibus eſſe parem.
Ruris amatores Collantem ſemper amabunt,
Si legere attente carmina noſtra volent.

MICHAELIS DE PASTRA-na Virocenſis presbyteri, digniſſimi concionatoris, in laudem huius operis Autoris.

Accipe de grato, Collantes, pectore munus,
Agricolis tantum qui tribuiſti decus.
Fama refert, famaq; tua, quæ multa vagatur,
Eſt mihi, ſi quicquam ſemper habenda fides,
Quod roſeo rutilos producas ore lapillos,
Lumine qui poſſint æquiparare Polum.
Queis poſſint Regum præcingi tempora ſolis,
Queis poſſit Phœbus condecorare lyram.
Vox quoque digna tui noſtras peruenit ad aures,
Fundere cùm dicis, diceris ore roſas.
Hiſq; Deas fertur proprias ornare coronas,
Pulchrius, & pulchro reddere flore caput.
Attamen indignè, nec fallor, iudice quouis,
Quæ manibus tractent munera tanta Deæ.
Lux micat in ſcriptis radians fulgentior aſtris,
Nam fama, & virtus tam ſuper aſtra volant.
Oſtendit faciem pluſquàm vulgata per orbem,
Nec ſatieſcit dictu, nam manet inde magis.
Aſpectuſque grauis profitetur docta manere,
Fama loquax ſileat, nil niſi pauca refert.
A iger aligeri linguam tribuiſſe videtur,
Aut rutilans Phœbus te docuiſſe lyram.
Exhibuit noſter dulces de nectare melos,
Largita eſt artem docta Minerua parens.
Denique præſidium ruris cultoribus ingens
Præſtas, vtquè magis publica res vigeat.

PRO-

PROLOGVS
ad Lectorem.

TANTÆ Sunt in hominum animis latebrę & tanti receſſus, ac tot difficultatum inuolucris, & anfractibus terrarum orbis eſt refertus, tot curę, & ſolicitudines in ciuitatibus,& foris hominum premunt, & forēſium cauſarum ſtrepitus contorquet, vt ſolùm quidem illi vitam tranquillam tranſigant, qui popularibus vrbium turbis poſthabitis, ad eremum, ſeu ruſticæ ſolitudinis incolatum commeant. Quę autem ſint tumultuoſę procellę, quæ mentem hominis perturbant, quæ turbines in huius mundi pelagi excitentur, & quietem inopinatò ad naufragium euoluant, ſcopuloſiſq; faſtidij ſaxis intorqueant, quãtum ſibi vendicet in palatijs fauor, quantum poſsit aurũ obtinere, quibus modis veritas obnubiletur, & iuſtitia tenebris obruatur, nemo eſt qui ignoret. Fugiant igitur ad receſſus ignotos, & continuo ſpiritum in ſaltibus montium ducant, quęrant Thebaidos rura fęlicia,& inſaltum,lubricumq; ſe inmancludant, qui & animum curis exuere, ſapientium ſedem, & ad cœleſtis, ſupernęq; vitæ contemplationem traduci deſiderant. Nam,vt Stobæi teſtimonio comprobem, eſt viuendi pater hominibus ager,& ſolus nouit abblandire paupertatem, vrbs verò theatrum ambitionis infelicitate ſcatens, quę auaritiæ nutrix fœdiſsima veſtibulis, foribuſq; potentum excubat, & pretijs commercia poſcit honorem. Teſtis eſt diuinus ille Plato, qui Athenarum voluptatibus delectis ad ruſticanam ſolitudinem,ſecretumq; ſeceſſum ſe contulit, qui Academia vocabatur, vt latiùs in Philoſophię ſtudium

incumberet, & inde Philoſophorum ſcholæ, & iam dictæ ſtudioſorū vniuerſitates, Academiæ appellatæ ſunt. Nobilis itidem Cincinnatus ex glebis & aratro ad Dictaturam Romanam, maximam omnium dignitatem, euectus eſt; & poſt eam mirè habitam, ad ruſticam villam ſuam regreſſus. Metellus etiam ille ſtrenuus bellorum propugnator poſt multos in bello labores aditos & victorias obtentas, ad quoddam agreſte prædium, contemptis Conſulatu, & Dictatura, quæ ſibi offerebatur, ſeceſsit, ibiq; bonis, quæ in bello acquiſierat in pace frui deſiderare dicebat. Nec deſinam referre memorabile factum Similij viri grauiſsimi & celeberrimi Ducis, cuius authoritas apud Adrianū Imperatorem plurimum valuit, qui cùm nobili genere natus eſſet, & multis animi dotibus egregius, negotijs & tumultibus curiæ Romanæ perterritus, poſt multorum annorum curſum ad locum ruralem ſe contulit, vbi in illa trāquillitate vitæ ſeptem annis ſumma animi alacritate cōmorans, cùm decederet è viuis iuſsit vt eius ſepulchro hoc epitaphiū inſcriberetur: *Hic iacet Similius, qui poſt longam ætatem ſolùm ſeptem annis vixit.* Ille enim ſapiens vir tempus, quod in illa quieta, & amena agrorum habitatione tranſegit, ſolū vitam arbitratus eſt. Necnon præteribo Iuriſconſultum noſtrum Labeonem multæ lectionis & eruditionis virum, qui ciuitatum ſtrepitum perhorreſcens, ſilentio & ſolitudine plena arua frequentiſsime incolebat, vt ſic melius inextricabiles iuris nodos diſſolueret, & difficultatum laberinthos expediret. Nec Ariſtoteles ille Peripateticorum facilè Princeps æternam de ſe poſteris memoriam reliquiſſet, nec artem Philoſophiæ inter cæteros ad amuſſim perfeciſſet, niſi honorificis Reipublicæ ab Alexandro Magno oblatis muneribus derelictis, ad Athenarū, & Chalciadis quietem ſe conferret, vt ſic totum ſe Philoſophiæ

loſophiæ ſpeculationi traderet,& conſecraret. Quid dicam de Cleante, & de Zenone, quorum dicta, & facta eorum téporibus Græciam,& poſthac terrarum orbem, & in admirationem rapuerunt,& ad gubernandã rempu blicam ſaluberrima præbuerunt documenta, vt magis eorum otium in agris, & ſolitudinibus degẽtium prodeſſet, quàm reliquorũ in palatijs & ciuitatibus verſantiũ negotium vtilitatis aliquid attuliſſet? Seneca vitæ magiſter,quem diuus Hieronymus inter illuſtres viros,& Eccleſiaſticos ſcriptores numerauit, de Criſippo Philoſopho inquit in libro de beata vita,quòd quamuis ille nuſquam bello quidem interfuit vlli,nec ciuitatem adminiſtrauit,nec aliqua negotia,ſeu publica munera geſsit; tamen altaPhiloſophiæ contemplatione,cui aſsiduè intentus erat in ſecretis agrorum partibus, magis rerum publicarum ordini fuit adiumento, quàm alij bellorum quidem duces, vrbiumq; adminiſtratores. Et ille princeps eloquentiæ Cicero, poſtquàm animũ à Romanę reipublicæ tumultibus eripuit, & ad prędium ſeceſsit Tuſcullanum, quas ibi Philoſophiæ quæſtiones excitauit? quas æternæ memoriæ ſententias per ſcripturam commendauit? quos de republica libros ſcripſit?cuius ideò perennem famam nulla poterit temporis obliuio delere. Omitto eius Pompeianum, quod eidem plurimum luminis ad profundam ſpeculationem attulit. Taceo de Laurentino,in cuius tranquillitate Plinius mira immortalitate dignisſima edixit. Prætereo Marlianum , in cuius otio Budęus libero mentis conceptu ſapientiæ monumẽta ad poſteros tradidit. Sed ad Scipionem redeo Africanum,quem,nec vnquam ſatis laudauit antiquitas,vtpote qui ſæpiùs hominum coloquia euitãs, ad ſolitudinem digredi ebatur amœnam,ita vt de ſe fateretur,q; nunquã minùs ſolus,quã cùm ſolus eſſet, nec minùs otioſus,quã

cùm otioſus. Marcus Curius antiquus ille Romanus, poſtquam egregias de Samnitis, & Sabinis, Pyrrhoq; Epirotarum Rege victorias reportauit, fauſtibus Romæ contemptis, ad ruſticanam prædij habitationem abijt, vbi cum grandem Samnitæ ſummam auri obtuliſſent, recipere recuſans, dixit: Vt quem hoſtes in bello non vicerant, non eſſe idoneum, aurum in pace viciſſet. Nihil ferme referam de Catone Cenſorino, quem eius virtus, prudentia, fortitudo, & animi moderatio ſatis commendat, & quem ſtrenuitas in bello, grauitas in Senatu, & rerum præclarè geſtarum in Tribunatu, Prætura, & Conſulatu autoritas illuſtriſsimum fecerunt, è Romana tamen ciuitate erupit, ad locumq; campeſtrem cōmeauit, vbi mentis occupationibus diſtrictus, & nonnunquam agricolationibus agrorum occupatus, vitam ſanctè, & laudabiliter finiuit. Anaxillus itidem Philoſophus præ vitæ ſolitariæ, & ruralis dulcedine, Athenarum principatum non dubitauit abijcere, ſe potiùs bonorum ſeruum, quàm malorum accenſum eſſe deſiderans. Quid dicam de temperantia Empedoclis Agrigentini, qui Regnum, quod ſibi præ nimia eius prudentia, & incorruptione vitæ adminiſtrandum. & regendum tradebatur, renuit ſuſcipere, ne animum, & mentem à cœleſtium rerum contemplatione auocaret, quam illi apprimè vitæ ſolitariæ, & agreſtis tranquillitas afferebat: Quid etiam de animi moderatione Seleuci, qui cùm ſibi ad manum Regiū diadema daretur, verè, inquit, quiſquis, te pulchrum diadema cognoſceret, quiſquis animi curam, & anxietatem, quam in te contines, ſciret, & ſi te pro derelicto iacens in terra offenderet, nec leuaret quidem, nec tātum onus humeris ſuſcepiſſet? Huius rei clarum exemplar adducam Athenienſem Periclem, virum omnium ſcientiarum, & virtutum documētis ornatiſsimum, conſtātē

in aduerſis,in ſecundis moderatū, in bello fortē,in pace prudentē,ita vt nihil in eo deſiderari videretur, & tamē ita ruſticanæ vitæ incolatū fuit amplexus, vt ſolū, quod ſero ad eā perueniſſet animi ſolicitudine teneretur. Memoriæ deinde traditum eſt de Zenone, qui cū mercantiæ deditus eſſet,& nauis multis eius bonis onuſta in mari turbine exorta obrueretur, ita vt in inopiā incideret, nō mediocriter gauiſus eſt, vtputà,qui in animo iam habebat,vt Philoſophus efficeretur,ac ideò in ſecretum agrorū ſeceſſum abiuit; ꝙ cū aſsiduis ſtudijs obtinuiſſet, nullo tēpore felicius ventis vela dediſſe dicebat, quā eo, quo eius nauis obruta fuit,cùm ex procella, quæ pupim in naufragiū impulit,ſerenitas eius animi,& hilaritas mētis in ſolitario illo loco exorta fuit. Adducam prætereà magnū Anaxagorā,qui cùm amore ſcientiæ exul ſponte factus,in abditis cōmorans partibus,& iam diu ad patriā rediret,& eius prædia ex defectu culturæ arua, & arida loca effecta inueniret, vt nullius fere eſſent vtilitatis, ſumma animi alacritate dixit, ſe ſaluum quidem non fore, niſi eius bona perijſſent. Hac impulſi ratione Aulus C[illegible], & Manlius Torcatus,& Pōponius Atticus,Cōſulat[illegible]pere recuſarunt. Idē de Ptolomæo in Ægypto,de [illegible]barcanes in Capadocia,& de Seleuco in Syria, dici poteſt. Nonne etiam ille Græcus Vlyſſes, cui in contentione Aiacis propter ſummam eius eloquentiam arma Achillis à iudicibus adiudicata ſunt, ſe adeò ignarum,& ſtultū ſimulauit,ita vt canibus aratro iunctis terram infringeret,& ſal pro ſemine ab eo ſpargeretur, ne ſibi Argiuorum claſsis gubernaculum committeretur? Quid de Pythagora omnium Philoſophorum celebertimo? quid de multorum Magiſtro Demoſthene? quid de Themiſtocle? quid de Demetrio Phalerio? quid de Crate? quid de Antiſtine, & Aglao, viris clariſsimis,

qui ne mūdi tumultibus turbarentur, ad opacos & ſo-litarios agros fugére? Quid de Liade Rege Megalopolis, qui hac de cauſa Regnum ſponte depoſuit? Omnibus notum eſt, Dioclecianum poſt multas egregie victorias obtentas, & res feliciter geſtas, Imperium depoſuiſſe, & ad ruſticum, quietis cauſa, vicum commigraſſe, vbi non dolendum, ſed inuidendum laboratoribus agrogrum aſ-ſiduè dicebat. Si autem ad feruentiſsimos Chriſti ſecta-tores, & eremi incolas deſcendam, & ſi prę dulcedine vitę faſtidioſum (vt opinor) non foret (eſſet tamen prę-fationem hanc latiùs protendi) quàm integer inſtituti ſuſcepti ordo protenderetur! Vnde omitto Paulos, Antonios, Hilariones, & Macharios, Arſenios, Onofros, & Hieronymos, & alios plurimos viros, qui in Nitria, Sceti, Ægypto, Ponto, Palęſtina, Thebaide, & in cęteris eremi penetralibus vitam cœleſtem poſthabitis vrbium turbis tranſegerūt. Nec tamen Celeſtinum virum ſanctitate inſignem omittam, qui Pontificatum per ſpōtaneam abdicationem demiſit, & ad agreſtem ſolitudinem, vt in ſaltibus montium, & in cauernis ſpiritum duceret, ſe trāſtulit, & vt ex eis ad ęternam vitam traduceretur. Nec deſinam referre factum illius Imperatoris Caroli V. omnium quos ſuſtinebat terra, excellentiſsimi & pręclariſſimi monarchę, qui poſtquam mirabiles & egregias victorias in Italia, Africa, Gallia, & Alemania obtinuit & reportauit, magno & conſtanti animo humeris imperiū excuſsit, & ad Xenedochium D. Hieronymi, domum in ſylueſtribus, & amęnis receſsibus ſitam ſe contulit, vt externis ſolicitudinibus vacuus, priſcorum Anacoretarum veſtigijs inhęrens ſolitariam vitam ageret, vt ex illo paradiſo hortis terreſtribus amęno, facilior ad cœleſtē, & beatos, ſedes pararetur aſcenſus. Sed quid ego de his vlla verba facere audeo, de quorum laudibus, videlicet

eremi,

eremi,ruſticęq; vitę & ſolitudinis incolatus Baſilius Magnus, D. Auguſtinus, ſanct' pater Atanaſius, & glorioſus Hieronymus, & alij perecelebres viri pertractauerint? Boni enim in ſilentio colloquijs dulcibus gaudent, mali autem in tumultibus, & vociferationibus obtumeſcunt, iuxta Menandri ſententiam. Vnde nimirum ſi Regius ille, pariterq; ſanctus Vates, poſtquàm iuſtum arbori fructiferæ iuxta fluenta & curſus aquarum comparauit, præ animi anxietate & ſolicitudine plenus clamitet, & dicat: Quis dabit mihi pennas ſicut columbę? & volabo, & requieſcam. Deſipit enim ex his, qui mundi turbinibus agitatus, hùc atq; illùc iactatur, in eàdem non prorumpit ſententiam, ne laboribus animi, & periculis o bis ſuperatus in præcipitium Sirtium, & Scyllarum irruit. Nam, vt cæteros omittam, ex noſtris tamen multi, vel ex falſis teſtibus, qui iam per ſaxum Tarpeium non deijciuntur, vel ex alijs ex adminiſtratione Reipublicæ cauſis exortis, vel ex detractorum, & inuidorum liberè prouenientibus multa pericula ſubierunt, & labores maximos exhalarunt, & in grauibus & honoris & vitę iacturis poſiti ſunt. Et vt ab ipſis Iuriſconſultis exordiar, Caius Caſsius per Iulium Cæſarem exul factus, Vlpianus per Heliogabalum contumelioſè dignitate, qua fungebatur, priuatus, Marcianus per Didum Iulium interfectus, & per eumdem Heliogabalum Sabinus grauiter vulneratus, & Æmilius Papinianus per Caracallam itidem occiſus, claro ſunt huiuſce rei teſtimonio. Nec ſi ipſoſmet legum latores, ac Reipublicę inſtitutores referam, huius fortunę cladis liberos euaſiſſe conſtabit; vt exemplis Licurgi, Solonis, Ariſtidis, Themiſtoclis, Camilli, Scipionis, Lentuli, Ciceronis poterit perſpicuè comprobari, quorum infęlices vitæ exitus, vt eſt apud Hiſtoricos, demonſtrant. Mutius etiam, & Domitius,

quorum

quorum apud alios iuriſperitię fama celebris eſt, eadem ſunt affecti calamitate, qua ipſe Iulius Cęſar fuit, vtpote in Senatu vulneribus confoſsi ceciderunt. Alij autem in exilium miſsi, alij diuturno carcere, & alij alijs ſuplicijs, inuida prædominãte fortuna, diem ſuum obierũt, prout longum eſſet recenſere, & Cagnolus author eſt in ſecunda lege de origine iuris. Quòd ſi rerum publicarum gubernacula fugiſſent, hiſce non ſe ſtragis, & miſeriarum anfractibus irretijſſent, ſed ad magnũ virę ſolatiũ, & mentis iucunditatem, prout Muſarum eſt conditio, aſpiraſſent. Vnde ego his ęrumnis & domeſticis forſan perterritus, viam, ſi fieri poſſet, ruſticanę habitationis [illegible] ingreſſus, & eo quo modo potui, attentare curam per amęnifluas huiuſce libelli ſyluas, & opaca agrorum loca ruſticando digrediẽs. Nam ſi authore Vlpiano lib. 20 ad Sabinum, inſtructo fundo Bibliothecam, & libros, qui illic erant, vt quoties dominus veniſſet, vteretur, contineri palam eſt in l. quęſitum, §. inſtructo, de fund. inſtr. Si demum ex ſuburbana villa libri reconditę doctrinę ad nos multi peruenére, cùm commoda philophandi in agris ratio ſit, non mirum, ſi vnus fortè, & paruus libellus, qui de ipſiſmet fundis, villis ſuburbanis, & earum ruſticis habitatoribus tractet, in lucem editus ſit, qui ſolus inter omnes, qui inſcribi poterant (tanta eſt eorum copia) ſuperuacuus quidem iure optimo dici non poteſt.

Vale.

SVM-

SVMMA CAPITVM OMNIVM, QVÆ IN HIS tribus Commentariorum pragmaticæ libris continentur.

EX LIBRO I.

Caput I.

DE Ratione, & vtilitate, laude, & inſtitutione agricultura. fol. 1.

Caput II.

Qui ſint agricolæ, quibus huius legis priuilegia conceduntur. fol. 9.

Caput III.

De animalibus aratorijs ad culturam agrorum deputatis diſſeritur. fol. 13.

Caput IIII.

De alijs inſtrumentis rei frumentariæ & agriculturæ neceſſarijs. fol. 18.

Caput V.

De prædiis frumentarijs, ſatis, & de fructibus in eis pendentibus pro executione non capiendis fol. 22.

Caput VI.

An aliqui fructus à prædio iam ſeparati pro executione capi non poſſint? fol. 26.

Caput

INDEX.

Caput VII.
An area, vel horreum pro executione capi poſsit? fol.30.
Caput VIII.
An prædia frumentaria agricolarum pro annuo cenſu hypothecæ ſubmiſſa pro executione capi poſsint? fol.32.
Caput IX.
De noualibus pro executione non capiendis. fol.36.

Caput X.
De prædijs leguminibus ſeminatis poſt collectionem leguminum in frumento ſeminandis. fol.41.

Caput XI.
An prædia frumentaria, & inſtrumenta culturæ monaſteriorum, Eccleſiarum, aut clericorum immunitate pragmaticæ gaudeant? fol.44.
Caput XII.
An bona hac lege prohibita capi, pro executione capiantur, vbi alia bona agricolæ debitoris non reperiuntur. fol.46.
Caput XIII.
An bona agriculturæ deſtinata pro debitis fiſcalibus capi poſſint? fol.52.
Caput XIIII.
An bona agriculturæ pro penſione debita dominis prædiorum capi poſsint? fol. 56.
Caput XV.
An bona agriculturæ capi poſsint pro illo, quod dominus fundi mutuum agricolæ dederit ad culturam? fol.60.

Caput XVI.
An in tribus caſibus ſuperioribus exceptis bona agriculturæ capiantur, etiam ſi alia inueniri poſsint? fol. 67.

EX

INDEX.
EX LIBRO II.

Caput I.

De Perſonis agricolarum agricultura neceſſarijs pro debitis ciuilibus non capiendis. fol. 71.

Caput II.

De agricola per ſubſtitutum laborante eleganter diſputatur. fol. 75.

Caput III.

De agricola bona agricultura non habente, ſed ad laborãdum mercede accepta conducto. fol. 82.

Caput IIII.

An agricola permiſſo tempore captus, accedente prohibito ſit è carcere relaxandus. fol. 86.

Caput V.

Agricultor an capi poſsit pro debitis fiſcalibus, & penſione domini fundi debita, & pro mutuo ad culturam facto fol. 90.

Caput VI.

An ſicut unum par boum nullo caſu & tempore capitur, ita agricola eo araturus nullo etiam tempore pro ære alieno capiatur. fol. 94.

Caput VII.

De tempore libertatis agricultoribus conceſſo non ineleganter differitur. fol. 97.

Caput VIII.

An agricola vltra præfinitum tempus laborans ſit pro debitis ciuilibus incarcerandus. fol. 100.

Caput

Caput IX.

Quid ſi agricola breuiùs, quàm per pragmaticam ſtatuitur, opera agriculturæ expedierit. fol. 102.

Caput X.

An agricola vagus præfinito tempore libertatis non laborans capi poſsit. fol. 104.

Caput XI.

De agricolis pariter priuilegiatis certantibus erudite diſſeritur. fol. 106.

Caput XII.

Agricolæ fauori pragmaticæ renunciantes an pro ciuilibus debitis capi poſsint? fol. 190.

Caput XIII.

De fideiuſſoribus agricolarum opportunè diſputatur fo. 125.

Caput XIIII.

An agricolæ pro ciuilibus debitis excommunicari illis ſex menſibus poſsint? fol. 1.8.

Caput XV.

De agricolis ſolutioni decimarum obnoxijs, deque earumdem conductoribus diligens explanatio. fol 124.

Caput XVI.

Quare agricola pro debitis ex delicto deſcendentibus capi poßit, dilucidè explicatur. fol. 131.

Caput XVII.

Quæ probatio ad hoc, vt quis ſit agricola, ſufficiat, diligenter exponitur fol. 137.

INDEX.
EX LIBRO III.

Caput I.

De Prælatione dominis prædiorum in eorum fructibus competenti. fol 141.

Caput II.

An dominus fundi contra tertios fructuum poſſeſſores hypothecaria poſſit agere. fol. 46.

Caput III.

An dominis prædiorum pro penſione competat hypothecaria contra ſecundum conductorem. fol. 148.

Caput IIII.

An dominus prædiorum contra illud, quod eorum fructibus eſt comparatum, habeat actionem, vel an tantùm ad eorum æſtimationem. fol. 152.

Caput V.

An dominus fundi pro deterioratione fructus habeat hypothecariam, vel illos propria authoritate poſſit capere. 159.

Caput VI.

De renunciationibus fori, & ſubmiſſionibus agricolarum folio 162.

Caput VII.

Vbi agricola ratione deſtinatæ ſolutionis, adminiſtrationis, & rei ſitæ, conueniri poſſit fol. 63.

Caput VIII.

An pragmatica ad inſtrumenta ante publicationem confecta debeat extendi? fol. 171.

Caput IX.

De prohibita agricolarum interceſſione, aut obligatione pro dominis oppidorum, in quibus degunt. fol. 172.

Caput

cùm otioſus. Marcus Curius antiquus ille Romanus, poſtquam egregias de Samnitis, & Sabinis, Pyrrhoq; Epirotarum Rege victorias reportauit, fauſtibus Romæ contemptis, ad ruſticanam prædij habitationem abijt, vbi cum grandem Samnitæ ſummam auri obtuliſſent, recipere recuſans, dixit: Vt quem hoſtes in bello non vicerant, non eſſe idoneum, aurum in pace viciſſet. Nihil ferme referam de Catone Cenſorino, quem eius virtus prudentia, fortitudo, & animi moderatio ſatis commendat, & quem ſtrenuitas in bello, grauitas in Senatu, & rerum præclarè geſtarum in Tribunatu, Prætura, & Conſulatu autoritas illuſtriſsimum fecerunt, è Romana tamen ciuitate erupit, ad locumq; campeſtrem cõmeauit, vbi mentis occupationibus diſtrictus, & nonnunquam agricolationibus agrorum occupatus, vitam ſanctè, & laudabiliter finiuit. Anaxillus itidem Philoſophus præ vitæ ſolitariæ, & ruralis dulcedine, Athenarum principatum non dubitauit abijcere, ſe potiùs bonorum ſeruum, quàm malorum accenſum eſſe deſiderans. Quid dicam de temperantia Empedoclis Agrigentini, qui Regnum, quod ſibi præ nimia eius prudentia, & incorruptione vitæ adminiſtrandum, & regendum tradebatur, renuit ſuſcipere, ne animum, & mentem à cœleſtium rerum contemplatione auocaret, quam illi apprimè vitæ ſolitariæ, & agreſtis tranquillitas afferebat: Quid etiam de animi moderatione Seleuci, qui cùm ſibi ad manum Regiũ diadema daretur, verè, inquit, quiſquis, te pulchrum diadema cognoſceret, quiſquis animi curam, & anxietatem, quam in te contines, ſciret, & ſi te pro derelicto iacens in terra offenderet, nec leuaret quidem, nec tãtum onus humeris ſuſcepiſſet? Huius rei clarum exemplar adducam Athenienſem Periclem, virum omnium ſcientiarum, & virtutum documẽtis ornatiſsimum, conſtãtẽ

in aduerſis,in ſecundis moderatũ, in bello fortẽ,in pace prudentẽ,ita vt nihil in eo deſiderari videretur, & tamẽ ita ruſticanæ vitæ incolatũ fuit amplexus, vt ſolũ, quod ſero ad eã perueniſſet animi ſolicitudine teneretur. Memoriæ deinde traditum eſt de Zenone, qui cũ mercantiæ deditus eſſet,& nauis multis eius bonis onuſta in mari turbine exorta obrueretur, ita vt in inopiã incideret, nõ mediocriter gauiſus eſt,vtputà,qui in animo iam habebat,vt Philoſophus efficeretur,ac ideò in ſecretum agrorũ ſeceſſum abiuit; q, cũ aſsiduis ſtudijs obtinuiſſet, nullo tẽpore felicius ventis vela dediſſe dicebat, quã eo, quo eius nauis obruta fuit,cùm ex procella, quæ pupim in naufragiũ impulit,ſerenitas eius animi,& hilaritas nẽtis in ſolitario illo loco exorta fuit. Adducam prætereà magnũ Anaxagorã,qui cùm amore ſcientiæ exul ſponte factus,in abditis cõmorans partibus,& iam diu ad patriã rediret,& eius prædia ex defectu culturæ arua, & arida loca effecta inueniret, vt nullius fere eſſent vtilitatis, ſumma animi alacritate dixit, ſe ſaluum quidem non fore, niſi eius bona perijſſent. Hac impulſi ratione Aulus Craſſus,& Manlius Torcatus,& Põponius Atticus, Cõſulatũ ſuſcipere recuſarunt. Idẽ de Ptolomæo in Ægypto, de Ariobarcanes in Capadocia,& de Seleuco in Syria, dici poteſt. Nonne etiam ille Græcus Vlyſſes, cui in contentione Aiacis propter ſummam eius eloquentiam arma Achillis à iudicibus adiudicata ſunt, ſe adeò ignarum,& ſtultũ ſimulauit,ita vt canibus aratro iunctis terram infringeret, & ſal pro ſemine ab eo ſpargeretur, ne ſibi Argiuorum claſsis gubernaculum committeretur? Quid de Pythagora omnium Philoſophorum celeberrimo? quid de multorum Magiſtro Demoſthene? quid de Themiſtocle? quid de Demetrio Phalerio? quid de Crate? quid de Antiſtine, & Aglao, viris clariſsimis,

qui ne mūdi tumultibus turbarentur, ad opacos & ſolitarios agros fugére? Quid de Liade Rege Megalopolis, qui hac de cauſa Regnum ſponte depoſuit? Omnibus notum eſt, Dioclecianum poſt multas egregie victorias obtentas, & res feliciter geſtas, Imperium depoſuiſſe, & ad ruſticum, quietis cauſa, vicum commigraſſe, vbi non dolendum, ſed inuidendum laboratoribus agrorum aſſiduè dicebat. Si autem ad feruentiſsimos Chriſti ſectatores, & eremi incolas deſcendam, & ſi prę dulcedine vitę faſtidioſum (vt opinor) non foret (eſſet tamen prefationem hanc latiùs protendi) quàm integer inſtituti ſuſcepti ordo protenderetur! Vnde omitto Paulos, Antonios, Hilariones, & Macharios, Arſenios, Onofros, & Hieronymos, & alios plurimos viros, qui in Nitria, Sceti, Ægypto, Ponto, Palęſtina, Thebaide, & in cęteris eremi penetralibus vitam cœleſtem poſthabitis vrbium turbis tranſegerūt. Nec tamen Celeſtinum virum ſanctitate inſignem omittam, qui Pontificatum per ſpōtaneam abdicationem demiſit, & ad agreſtem ſolitudinem, vt in ſaltibus montium, & in cauernis ſpiritum duceret, ſe trāſtulit, & vt ex eis ad ęternam vitam traduceretur. Nec deſinam referre factum illius Imperatoris Caroli V. omnium quos ſuſtinebat terra, excellentiſsimi & pręclariſſimi monarchę, qui poſtquam mirabiles & egregias victorias in Italia, Africa, Gallia, & Alemania obtinuit & reportauit, magno & conſtanti animo humeris imperiū excuſsit, & ad Xenedochium D. Hieronymi, domum in ſylueſtribus, & amęnis receſsibus ſitam ſe contulit, vt externis ſolicitudinibus vacuus, priſcorum Anacoretarum veſtigijs inhęrens ſolitariam vitam ageret, vt ex illo paradiſo hortis terreſtribus amęno, facilior ad cœleſtē, & beatos, ſedes pararetur aſcenſus. Sed quid ego de his vlla verba facere audeo, de quorum laudibus, videlicet

eremi,

eremi, ruſticęq; vitę & ſolitudinis incolatus Baſilius Magnus, D. Auguſtinus, ſanct⁹ pater Atanaſius, & glorioſus Hieronymus, & alij percelebres viri pertractauerint? Boni enim in ſilentio colloquijs dulcibus gaudent, mali autem in tumultibus, & vociferationibus obtumeſcunt, iuxta Menandri ſententiam. Vnde nimirum ſi Regius ille, pariterq; ſanctus Vates, poſtquàm iuſtum arbori fructiferæ iuxta fluenta & curſus aquarum comparauit, præ animi anxietate & ſolicitudine plenus clamitet, & dicat: Quis dabit mihi pennas ſicut columbę? & volabo, & requieſcam. Deſipit enim ex his, qui mundi turbinibus agitatus, hùc atq; illùc iactatur, in eàdem non prorumpit ſententiam, ne laboribus animi, & periculis orbis ſuperatus in præcipitium Sirtium, & Scyllarum irruat. Nam, vt cæteros omittam, ex noſtris tamen multi, vel ex falſis teſtibus, qui iam per ſaxum Tarpeium non deijciuntur, vel ex alijs ex adminiſtratione Reipublicæ cauſis exortis, vel ex detractorum, & inuidorum liberè prouenientibus multa pericula ſubierunt, & labores maximos exhalarunt, & in grauibus & honoris & vitę iacturis poſiti ſunt. Et vt ab ipſis Iuriſconſultis exordiar, Caius Caſsius per Iulium Cæſarem exul factus, Vlpianus per Heliogabalum contumelioſè dignitate, qua fungebatur, priuatus, Marcianus per Didum Iulium interfectus, & per eumdem Heliogabalum Sabinus grauiter vulneratus, & Æmilius Papinianus per Caracallam itidem occiſus, claro ſunt huiuſce rei teſtimonio. Nec ſi ipſoſmet legum latores, ac Reipublicę inſtitutores referam, huius fortunę cladis liberos euaſiſſe conſtabit; vt exemplis Licurgi, Solonis, Ariſtidis, Themiſtoclis, Camilli, Scipionis, Lentuli, Ciceronis poterit perſpicuè comprobari, quorum infęlices vitæ exitus, vt eſt apud Hiſtoricos, demonſtrant. Mutius etiam, & Domitius, quorum

quorum apud alios iuriſperitię fama celebris eſt, eadem ſunt affecti calamitate. qua ipſe Iulius Cęſar fuit, vtpote in Senatu vulneribus confoſsi ceciderunt. Alij autem in exilium miſsi, alij diuturno carcere, & alij alijs ſuplicijs, inuida prædominãte fortuna, diem ſuum obierũt, prout longum eſſet recenſere, & Cagnolus author eſt in ſecunda lege de origine iuris. Quòd ſi rerum publicarum gubernacula fugiſſent, hiſce non ſe ſtragis, & miſeriarum anfractibus irretijſſent, ſed ad magnũ vitę ſolatiũ, & mentis iucunditatem, prout Muſarum eſt conditio, aſpiraſſent. Vnde ego his erumnis & domeſticis forſan perterritus, viam, ſi fieri poſſet, ruſticanę habitationis fuiſſem ingreſſus, & eo quo modo potui, attentare curaui per amęnifluas huiuſce libelli ſyluas, & opaca agrorum loca ruſticando digrediẽs. Nam ſi authore Vlpiano lib. 20. ad Sabinum, inſtructo fundo Bibliothecam, & libros, qui illic erant, vt quoties dominus veniſſet, vteicetur, contineri palam eſt in l. quęſitum, §. inſtructo, de fund. inſtr. Si demum ex ſuburbana villa libri reconditę doctrinę ad nos multi peruenére, cùm commoda philophandi in agris ratio ſit, non mirum, ſi vnus fortè, & paruus libellus, qui de ipſiſmet fundis, villis ſuburbanis, & earum ruſticis habitatoribus tractet, in lucem editus ſit, qui ſolus inter omnes, qui inſcribi poterant (tanta eſt eorum copia) ſuperuacuus quidem iure optimo dici non poteſt.

Vale.

SVM-

SVMMA CAPITVM OMNIVM, QVÆ IN HIS tribus Commentariorum pragmaticæ libris continentur.

EX LIBRO I.

Caput I.

De Ratione, & vtilitate, laude, & inſtitutione agriculturæ. fol. 1.

Caput II.

Qui ſint agricolæ; quibus huius legis priuilegia conceduntur. fol. 9.

Caput III.

De animalibus aratorijs ad culturam agrorum deputatis diſſeritur. fol. 13.

Caput IIII.

De alijs inſtrumentis rei frumentariæ & agriculturæ neceſſarijs. fol. 18.

Caput V.

De prædiis frumentarijs, ſatis, & de fructibus in eis pendentibus pro executione non capiendis fol. 22.

Caput VI.

An aliqui fructus à predio iam ſeparati pro executione capi non poſſint? fol. 26.

Caput

INDEX.

Caput VII.
An area, vel horreum pro executione capi poſsit? fol.30.
Caput VIII.
An prædia frumentaria agricolarum pro annuo cenſu hypotheca ſubmiſſa pro executione capi poſsint? fol. 32.
Caput IX.
De noualibus pro executione non capiendis. fol. 36.

Caput X.
De prædijs leguminibus ſeminatis poſt collectionem leguminum in frumento ſeminandis. fol. 41.

Caput XI.
An prædia frumentaria, & inſtrumenta culturæ monaſteriorum, Eccleſiarum, aut clericorum immunitate pragmaticæ gaudeant? fol. 44.
Caput XII.
An bona hac lege prohibita capi, pro executione capiantur, vbi alia bona agricolæ debitoris non reperiuntur. fol.46.
Caput XIII.
An bona agriculturæ deſtinata pro debitis fiſcalibus capi poſ ſint? fol.52.
Caput XIIII.
An bona agriculturæ pro penſione debita dominis prædiorum capi poſsint? fol. 56.
Caput XV.
An bona agriculturæ capi poſsint pro illo, quod dominus fundi mutuum agricolæ dederit ad culturam? fol.60.

Caput XVI.
An in tribus caſibus ſuperioribus exceptis bona agriculturæ capiantur, etiam ſi aliæ inueniri poſsint? fol. 67.

EX

INDEX.
EX LIBRO II.

Caput I.

DE Perſonis agricolarum agriculturæ neceſſarijs pro debitis ciuilibus non capiendis. fol. 71.

Caput II.

De agricola per ſubſtitutum laborante eleganter diſputatur. fol. 75.

Caput III.

De agricola bona agricultura non habente, ſed ad laborãdum mercede accepta conducto. fol. 82.

Caput IIII.

An agricola permiſſo tempore captus, accedente prohibito ſit e carcere relaxandus. fol. 86.

Caput V.

Agricultor an capi poſſit pro debitis fiſcalibus, & penſione domini fundi debita, & pro mutuo ad culturam facto. fol. 90.

Caput VI.

An ſicut unum par boum nullo caſu & tempore capitur, ita agricola eo araturus nullo etiam tempore pro ære alieno capiatur. fol. 94.

Caput VII.

De tempore libertatis agricultoribus conceſſo non ineleganter diſſeritur. fol. 97.

Caput VIII.

An agricola ultra præfinitum tempus laborans ſit pro debitis ciuilibus incarcerandus. fol. 100.

Caput

INDEX.

Caput IX.

Quid ſi agricola breuiùs, quàm per pragmaticam ſtatuitur, opera agriculturæ expedierit. fol. 102.

Caput X.

An agricola vagus præfinito tempore libertatis non laborans capi poſsit. fol. 104.

Caput XI.

De agricolis pariter priuilegiatis certantibus erudite diſſeritur. fol 106.

Caput XII.

Agricolæ fauori pragmaticæ renunciantes an pro ciuilibus debitis capi poſsint? fol. 190.

Caput XIII.

De fideiuſſoribus agricolarum opportunè diſputatur fo. 115.

Caput XIIII.

An agricolæ pro ciuilibus debitis excommunicari illis ſex menſibus poſsint? fol. 118.

Caput XV.

De agricolis ſolutioni decimarum obnoxijs, deque earumdem conductoribus diligens explanatio. fol. 124.

Caput XVI.

Quare agricola pro debitis ex delicto deſcendentibus capi poſsit, dilucidè explicatur. fol. 131.

Caput XVII.

Quæ probatio ad hoc, vt quis ſit agricola, ſufficiat, diligenter exponitur fol. 137.

EX

INDEX.

EX LIBRO III.

Caput I.

De Prælatione dominis prædiorum in eorum fructibus competenti. fol. 141.

Caput II.

An dominus fundi contra tertios fructuum poſſeſſores hypothecaria poſſit agere. fol. 146.

Caput III.

An dominis prædiorum pro penſione competat hypothecaria contra ſecundum conductorem. fol. 148.

Caput IIII.

An dominus prædiorum contra illud, quod eorum fructibus eſt comparatum, habeat actionem, vel an tantùm ad eorum æſtimationem. fol. 152.

Caput V.

An dominus fundi pro deterioratione fructus habeat hypothecam, an vero illos propria authoritate poſſit capere. 159.

Caput VI.

De renunciationibus fori, & ſubmiſſionibus agricolarum. folio 165.

Caput VII.

Vbi agricola ratione deſtinatæ ſolutionis, adminiſtrationis, & rei ſuæ, conuenire poſſit. fol. 68.

Caput VIII.

An pragmatica ad inſtrumenta ante publicationem confecta debeat extendi? fol. 171.

Caput IX.

De prohibita agricolarum interceſſione, aut obligatione pro dominis oppidorum, in quibus degunt. fol. 172.

Caput

Caput X.

De pœna iudicibus executoribus, & alijs pragmatica tranſgreſſoribus impoſita fol. 178.

Caput XI.

Vt iudices publicæ vtilitati, quæ circa agriculturam conſiſtit, conſulant. fol. 182.

Caput XII.

De permiſſa panis cocti venditione, quæ ab agricolis fieri poteſt. fol. 191.

Caput XIII.

De venditione frumenti, & eius copia curanda, & de pœna tranſgreſſoribus impoſita. fol. 199.

Caput XIIII.

De reuenditione frumenti, quæ omnibus, & præcipuè agricolis prohibita eſt. fol. 205.

Caput XV.

De hoſpitatione militum ab agricolis fienda, & de frumento, iumentis, aut plauſtris ab eis non extrahendis, accuratè differtur. fol. 214.

Caput XVI.

Quando ſit agricolarum ruſticitati ignoſcendum, & in quibus caſibus traditur. fol. 222.

Summæ capitum finis.

COM-

COMMENTARIORVM PRAGMATICÆ in fauorem rei frumentariæ, & agriculturæ.

LIBER PRIMVS.

AGGREDIOR, Præſtantiſsime Mœcenas, interpretationem pragmaticę, quę in fauorem rei frumē tariæ, & agriculturę edita eſt. Quę quidem nulla eget commendatione, cum ipſa ſe ſatis commendet. Nam etſi immenſum quis iuris ciuilis pelagus cōficiat, & varia eius loca, & difficiles ambages, animo, & mēte, ſæpenumerò luſtret, nihil tam vtile, & neceſſarium omnibus rebus publicis, oculis etſi linceis perſpiciet, aut ingenij, & mentis acumine reuoluet, quàm iſtud excellens, ac nunquam ſatis laudatum mirificæ agriculturæ opus, & miniſterium, quod prout de nuptijs dixit Imperator, quodammodò generi humano videtur immortalitatem artificioſè introducere. Verum eſt, nullas

Digitized by Google

fermè iuris tenebras,ac receſſus inueniri poſſe,qui mā gnorum virorum ſententijs non ſint referti, & innumeris ingenij diuitijs locupletati, adeò vt labor illorū qui poſthac aliqua de iuris ſapientia velint ſcribere, ſuperuacaneus,& inanis iure optimo cenſeatur. Verū tamen etſi aliqua occaſio ſcribendi de aliquibus quæſtionibus forenſibus agricolarum, eorumq; vtilis operæ,ex iuris conſultorum reſponſis,& Imperatorijs cō ſtitutionibus deſumi poterat,omiſerunt ſanè IurisDoctores,qui vt magni de magnis, videlicet de primogenijs,dignitatibus,& Regnis, & de alijs ſublimibus, ac iuris reconditi ſubtilitatibus tractauerunt, nec ſuum ad hoc ruſticitatis, veluti abiectum opus,appulerunt animum. Nam ab his, qui vtilia de hoc in ſuis ſcriptis tetigerunt,ea omnia leui manu tradita ſunt,vel potius illa pauciſsima elegantibus exornauere ſentētijs, & laudibus,& encomijs agriculturā vſque ad cœlum efferre curarunt. Quapropter nimirum,ſi hac potiſsimum pragmatica diuinitus in tantum Regni commodum prodita,ſcribendi locus relictus ſit. Cuius ſeriem hìc annectere lebuit, vt lector in his,quæ ſibi neceſſaria eſſe videantur,eam facilè poſsit adire.

Verba pragmaticæ.

DON Felipe por la gracia de Dios Rey de Caſtilla, de Leon,de Aragon,de las dos Sicilias,de Ieruſalen, de Portugal,de Nauarra,de Granada,de Toledo,de Valēcia,de Galizia,de Mallorcas,de Seuilla,de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega,de Murcia de Iaē,de los Algarbes, de Algezira,de Gibraltar,de las iſlas de Canaria,de las Indias Oriētales,y Ocidētales,islas,y tierra firme del mar oceano, Archi duque

duque de Auſtria, Duq̃ de Borgoña, y de Brauãte, y Milan, Cõde de Aſpurg, de Flãdes, y de Tirol, y Barcelona, señor de Vizcaya, y de Molina, &c. Al Principe dõ Felipe nueſtro muy caro y amado hijo, y alos Infantes, Prelados, Duq̃s, Marqueſes, Cõdes, ricos hõbres, priores de las ordenes, Comẽdadores, y ſubcomẽdadores, alcaydes de los caſtillos, y caſas fuertes y llanas, y a los del nueſtro Cõſejo, Preſidente, y Oydores de las nueſtras audiẽcias, Alcaldes, y alguaziles de la nueſtra caſa y Corte, y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Aſsiſtẽte, gouernadores, y alcaldes mayores, y ordinarios, y alguaziles, merinos, preuoſtes, y a los Cõcejos, y vniuerſidades, Veintiquatros, Regidores, caualleros, jurados, eſcuderos, oficiales, y hombres buenos, y a los Capitanes de la gente de nueſtras guardas, comiſſarios, capitanes, y alferez, y apoſentadores de la gẽte de infanteria, q̃ por nueſtro mandado ſe leuantan en nueſtros Reynos, y proueedores delas nueſtras armadas, y frõteras, y otros qualeſquier ſubditos, y naturales nueſtros, dequalquier eſtado, preeminẽcia, dignidad q̃ ſean, o ſer puedan, de todas las ciudades, villas, y lugares, y prouincias deſtos nueſtros Reynos y ſeñorios. aſsi a los que aora ſon, como a los q̃ ſeran de aqui adelãte, y a cada vno, y a qualquier de vos, a quiẽ eſta nueſtra carta, y lo en ella cõtenido toca y puede tocar en qualquier manera, ſalud y gracia. Sabed q̃ auiẽdo entẽdido, como los labradores q̃ cultiuan la tierra hã venido a neceſsidad, de manera q̃ toman fiado lo q̃ ſiembran, y ganados con que labran, y aſsi las tierras por ſer mal cultiuadas, no acuden con el fruto que ſolian, y con lo que dellas cogen, no pueden pagar lo que deuen, y vienen a ſer preſos y fatigados, y que las otras perſonas que tienen cortijos y heredades de pan lleuar, las dexan ſin cultiuar, ni aprouecharſe dellas. Lo qual, y lo que para el remedio ſe ha pedido por los procuradores de las Cortes, que al

preſente celebramos en eſta villa de Madrid, viſto en el nueſtro Cõſejo: y por nos cõſultado, y por animar, y esforçar mas a q̃ la labrança no ceſſe, y para cõſeruacion y aumẽto della, fue acordado, que deuiamos mandar dar eſta nueſtra carta, la qual queremos que aya fuerça de ley, y prematica ſancion, fecha y promulgada en Cortes por la qual mandamos las coſas ſiguientes.

1 *Primeramente, que los labradores, que por ſus perſonas, o por ſus criados, y familia labrarẽ, no puedã ſer executados por deuda deuida por carta, cõtrato, o en otra qualquier manera, en ſus bueyes, mulas, ni otras beſtias de arar, ni en los aperos, ni aparejos q̃ tuuierẽ para labrar, ni en ſus ſembrados, ni baruechos, en ningũ tiẽpo del año, aunq̃ no tẽgã otros bienes: ſaluo por los pechos, y derechos a nos deuidos, o por la rẽta de las tierras del ſeñor de la heredad, o por lo q̃ el tal ſeñor les huuiere preſtado y ſocorrido para la dicha labor: y en eſtos tres caſos, quando no tuuieren otros bienes de que puedan ſer pagadas las dichas deudas: y que en vn par de bueyes, mulas, o otras beſtias de arar, no puedan ſer executados en los dichos tres caſos, ni por otro alguno.*

2 *Que las perſonas de los dichos labradores no puedan ſer preſos por deuda alguna, q̃ no deciẽda de delito, en los meſes de Iulio, y los ſiguiẽtes haſta fin de Deziembre: y q̃ el juez, o executor que contrauiniere aſsi a lo diſpueſto en el capitulo primero, como en eſte, ſea ſuſpendido de oficio por vn año, y el acreedor que lo pidiere, por el miſmo caſo aya perdido, y pierda la deuda, y el labrador quede libre della.*

3 *Que en los frutos de las tierras ſean preferidos los ſeñores dellas por ſu renta a todos los otros acreedores, de qualquier calidad que ſean.*

4 *Que los dichos labradores por ninguna deuda q̃ deuan, puedan renunciar ſu fuero, ni ſometerſe a otro, ſino fuere al*

Corre-

Corregi lor realẽgo mas cercano, y en los lugares eximidos al de la cabeça de la juridicion, donde ſe eximieron.

Que los dichos labradores no ſe puedan obligar como principales, ni como fiadores en fauor de los ſeñores de los lugares, en cuya juridiciõ viuierẽ, y q̃ ſean nulas las eſcrituras q̃ en lo contrario de lo contenido en eſte capitulo, y de todos los demas en fauor de los dichos labradores aqui expreſſados, otorgarẽ, ſin embargo de qualeſquier renunciaciones q̃ dello hizierẽ, ni los eſcriuanos den lugar a que ante ellos ſe otorguen ſo pena de que pierdan ſus oficios, y no puedã vſar mas dellos de ahi adelante. 5

Que al labrador q̃ luego acabada la coſecha la manifeſtare a la juſticia, y por las tazmias, o en otra manera, prouare la cãtidad de pan q̃ ha cogido, y por ella pareciere, q̃ fuera de lo que ha meneſter para pagar diezmos a la Yglesia, y rẽtas al ſeñor, y para ſus ſemẽteras, y alimẽtar ſu caſa haſta la coſecha ſiguiente, le ſobra algo, le dè la juſticia licencia, para que pueda panadear la mitad dello al precio que le taſſare, con alguna ganancia moderada, la qual valga por el tiẽpo que le pareciere que baſta para acabar de panadear la dicha mitad que le ſobra, y q̃ ſi huuiere muchos labradores q̃ quieran panadear, la juſticia les reparta el tiẽpo en que lo han de hazer, con q̃ los dichos labradores no compren, ni tomen de otros trigo para panadear, ſo pena q̃ incurran en las penas pueſtas contra los q̃ compran trigo para reuender, quedando en ſu fuerça para en quanto a los demas, las leyes q̃ prohiben el panadear. 6

Que no cõpelã a ninguna perſona, q̃ ſea verdaderamẽte labrador, à q̃ de o ſocorra a la gẽte de nr̃as guardas, ni otra ninguna gẽte de guerra, de a pie ni de a cauallo, cõ dinero, trigo, ceuada, ni mãtenimiẽto algũo, ſino ſolamẽte ofreciẽdoſe neceſſidad, darles apoſẽto y cama en ſus caſas, meſa, y mãteles en q̃ 7

A 2 coman,

coman, y otras menudencias, como ſal, y vinagre, y q̃ les quiſen la comida, y q̃ el trigo y ceuada, y qualeſquier otras ſemillas q̃ cogieren, no ſe las puedan tomar, ni embargar para prouiſion de nueſtra Corte, ni nueſtra caſa Real, ni de nueſtras armadas, fronteras, y galeras, ni para otra coſa alguna, ſino fuere cõ grãde neceſsidad, y pagandoſelo de contado a como valiere, con q̃ no exceda de la taſſa, dexandoles lo neceſſario para pagar diezmos a la Ygleſia, rentas al ſeñor de las tierras, y para ſus ſementeras, y alimentar ſu caſa haſta la coſecha ſiguiente, y algo mas.

8 *Que las nueſtras Chãcillerias y Audiẽcias, e Inquiſiciones, y otros qualeſquier tribunales ni juſticias deſtos nueſtros Reynos, no puedã embiar, ni embiẽ alguaziles, ni otras perſonas, ni dẽ mãdamientos para tomar trigo ni ceuada de los dichos labradores, ni de otros algunos para prouiſiõ de ſus caſas, ni para otra coſa alguna, aunq̃ ſea pagãdolo de cõtado.*

9 *Que no ſe les pueda tomar, ni tome a los dichos labradores ningunos carros carretas, ni beſtias, ſino fuere para nueſtro ſeruicio, o neceſsidad publica, y entonces pagandoles primero de contado el alquiler que pareciere juſto a la juſticia ſegun el tiempo en que ſe les tomaren.*

Lo qual mãdamos ſe guarde, cũpla y execute, y hagays guardar, cũplir y executar, ſi, y ſegũ de ſuſo ſe contiene y declara: y contra el tenor y forma dello no vayan, ni vays, ni conſintays yr ni paſſar agora, ni en tiempo alguno, ni por alguna manera. Y porq̃ lo ſuſo dicho venga a noticia de todos, y ninguno pueda pretẽder ignorancia, mãdamos, q̃ eſta nueſtra carta ſea pregonada publicamente en eſta nueſtra Corte, y los vnos y los otros no fagades ende al ſo pena de la nueſtra merced, y de cinquenta mil marauedis para nueſtra Camara. Dada en Madrid a nueue dias del mes de Março, de mil y quinientos y nouenta y quatro años. Yo el Rey.

El

El Licenciado Rodrigo Vazquez de Arze. El Licẽciado Guardiola. El Licẽciado Nuñez de Boorques. El Licẽciado Tejada. El Licẽciado Iuã Gomez. Doctor don Alonſo de Agreda. El Licenciado don Iuan de Acuña.

Yo don Luis de Molina y Salazar, ſecretario del Rey nueſtro ſeñor la fize eſcriuir por ſu mandado, Regiſtrada Gaſpar de Arnau, Chanciller Gaſpar de Arnau.

Pregõ. En la villa de Madrid a diez dias del mes de Marſo, de mil y quinientos y nouenta y quatro años, delãte de Palacio y caſa real de ſu Mageſtad, y en la puerta de Guadalajara de la dicha villa, donde es el comercio y trato delos mercaderes y oficiales, eſtando preſentes los Licenciados Gudiel, Armeſeros, Ayala, alcaldes de la caſa y Corte de ſu Mageſtad, por pregoneros publicos con trompetas y atabales, ſe pregonó, y publicò a altas e inteligibles vozes la ley y prematica deſta otra parte contenida, a lo qual fueron preſentes Baltaſar Hernandez, Saluador Morena, Iuan de Quiros, Rodrigo de Figueroa, alguaziles de la caſa y Corte de ſu Mageſtad, y otras muchas perſonas. Lo qual paſſò ante mi Iuã Gallo de Andrada.

Sed quia male ſentiẽtes alio deflectunt iura oblique interpretantes, ideò hãc interpretationẽ legis huius libẽti animo ſuſcepi, in qua ſi latius, et profuſsius me geſſerim, cum res adeò reipublicæ vtilis ſit, nec culpæ quidem verti debet, vt admonet Marcianus in l. iam dubitari ff. de hæred. inſtituend. et tradit Pinel. in rubric. C. de bon. mater. 2. p. n 45. verſ. ſunt hæc. Nec ſolum vtilia reperientur, ſed adeò etiam quotidiana, quæ hìc â me tradita erunt, vt paſsim in iudicia incidant dubia hæc, quæ inibi diſſoluuntur: et ideò diligentius erunt tractanda, vt in vulgata. l legauit. ff. de libe. lega. ibi: *Plenius rogò, qua ad hac ſpectãt attingas, quotidiana enim ſũt.*

Bartol.in.l.1.in principio.ff.de ſuſpect.tutorib.Et quia quanuis nullum eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius,tamen quæ in his commentarijs continentur,nouas ſuggerunt, & ſuppeditant quæſtiones à nemine ante adhuc excitatas,cum nouè neceſsitas temporum hanc legem ediderit.l.2.§.ſed quia diuinæ. C. de veter.iur.enucl.& in proœm.decret.lib.6. & iuxta illud Naſonis.

Ipſa vices natura ſubit,variataque curſus,
Ordinat,inuerſis & frondibus explicat annum.

Et ratione maioris intelligentiæ,quę ex rerum diuiſione ſubſequitur,interpretationem iſtam in tres potiſsimum libros diuidendam eſſe putaui. In primo de immunitate rerum, quæ agriculturæ deſtinatæ ſunt, agendum erit,& primum pragmaticæ caput complectetur. In ſecundo erit differendum de priuilegijs, quæ perſonis ipſorum agricolarum conceſſa eſſe reperiuntur,& in hoc ſecundum Pragmaticæ caput explanabo. In tertio reliquorum Pragmaticæ capitum explicationem perſequar, quæ & ad conſeruationem agriculturæ,& ad vbertatem ſpectant.

Quibus finitis,& peroratis, finietur, & perorabitur iſta interpretatio, & de priuilegijs agricolarum, & rerum agriculturæ tractatus,ad laudem, & gloriã omnipotentis Dei, Patris, & Filij & Spiritus ſancti, Trinitatis indiuiduę,& vnitatis æternæ, Deiparæque Mariæ Virginis, Beati Iacobi Apoſtoli, glorioſiſsimi Hiſpaniarum patroni, & ſancti Thomæ Aquinatis, Raphaelis Archangeli, & Cœlitum omnium. Supereſt,oratum lectorem velim,vt ſi me in re adeò vtili oſcitantem offenderit,prudens, ac benignus perferat. Quo fiet,vt ſi non ingenium, aut ſtudium,animũ

tamen.

tamen meum in publicam vtilitatem propenſum probaturum certò ſcio.

Summarum capitis primi.

NVllam deſerendæ agriculturæ cauſam agricolis tribui oportet, ſed eius beneficium principaliter erit curandum. num. 1.

Die feſtiuo an agriculturæ intẽdere liceat, ſeu agros benedici tempore interdicti deceat. num. 2.

Penuriam ex hominum negligentia plerumq́ prouenire oſtẽditur, & ideò ad inuitãdos agricolas eis priuilegia concedi oportet, num. 3.

De vtilitate agriculturæ, & quomodo eius intermiſsio faceret omnino genus humanum perire. num. 4.

De excellentia frumenti, ſeu panis, inter omnia, quibus homines veſcuntur, & quomodo cætera excellat alimenta, num. 5.

Regem oportet ſubiectis abundare locupletibus, idq́ per agriculturam poſſe obtineri probatur. nu. 6.

Obligatio generalis non comprehendit ea, quæ ad agriculturam ſpectant, & quam exactè obſeruari debuiſſet hæc de re frumentaria conſtitutio, num. 7.

De ratione, vtilitate, & inſtitutione agriculturæ, & de eius laude nonnulla autoritate ſacræ paginæ comprobantur, num. 8.

Quomodo Reges cõmodum agriculturæ curare debẽt, cum fames ſit ad omne ſcelus perpetrãdum aptiſsima, numero. 9.

De

De ratiōne, & utilitate, laude, & inſtitutione agriculturæ, Caput. I.

AGricolas ita glebis inhærere iura voluerunt, vt nec prætextu fiſcalium debitorum, puncto quidem temporis ab agricultura amoueri liceret, vt in.l. colonos nunquam C. de agricol. & cenſit. libr. 11. vbi Imperatores conſultius arbitrati ſunt, tributa non ſolui, quam ita ab alijs depoſci, vt agrorum culturam deſerere cogerentur, vt notauit ibi Platea, qui in.l. originarios, eodem titul nullo etiam priuilegio, aut conceſſione Principis ab agricultura retrahi colonos illos originarios: fatetur per textum in.l.2.C. de precib. Imperat. oferend. Nec fuit in conſideratione, ſi in alicuius præiudicium tendat, quod in opus agri colendi cauſa paratum dirigitur, vt voluit Vlpianus in.l.1. §. de eo opere, & in.§. Labeo. ff. de aqua pluuia arcenda, & text. in.l. fin. §. fin. C. de ſeruit. & aqua, & in.l.1. ff. de tigno iniuncto. Imò dum agri Principis patrimoniales colantur, & cultu vberiores efficiantur, ac fœcundiores, perpetuo colenti acquiruntur, & vt proprios ad hæredes tranſmittit. Quod & alia non vulgaria priuilegia propter culturam agrorum colliges, ex.l. quicumque, &.l. qui agros. C. de omnia agro deſerto, libro 11. & ex gloſſa in verbo, in omnes extendimus, in authentic. nullum credentem agricolam, collatione 4. Et quod magis eſt, die feſtiuo ex neceſsitate, ne occaſione momenti pereat commoditas cœleſti prouiſione conceſſa, frumenta ſulcis mandare agricolas poſſe, Conſtantinus Imperator indulſit in.l. omnes iudices. C. de ferijs, & notat Ioann. Plate. in.l. 1. a numero.1. C. de agric. & cenſit. libro. 11. & tradit

Abbas

Abbas, Panormit.in cap.licet extra, eodem titulo, de ferijs. Et ne id laicali poteſtate conceſſum eſſe videatur, etiam in illo textu Alexander II. id poſſe fieri ex neceſsitate declarat, quem textum ad hoc ſumme cõmendat Palac. Rubeus in repetitione, cap per veſtras, de donatio.inter. §. 27. numero 9 & 10. Quod bene exornauit Renat. de priuileg. ruſtic. lib. 2 1. par. cap. 7. numero 2. &. 3. Eſt enim agrorum ratio ita præcipua, vt id non ſolum fieri, ſed etiam tempore interdicti eos ſolemniter dici poſſe dixerit ille antiquus Ioann. Calderinus Bononienſis, Ioannis Andreæ præcipuus diſcipulus in celebri illo tractatu de eccleſiaſtico interdicto, in verſ item quæro, colu. 46. Hæc enim et a 3
lia, agricolis concedi oportet, vt proniores ad agrorũ culturam efficiãtur, ne ve ſi his non foueãtur: ita ignaui, et pigri fiant, vt penuria in republica ſit: nam ſtudia virtutum ſine remuneratione torpeſcunt, et præmiũ proponitur, vt furetur laborem, et abſcondat metum periculi, vt in: l. et virtutum. C. de ſtatuis, et imaginibus, et in 3. tit. 1. part. 1 et ibi Gregor. noſter in gloſſ 1. et vt inquit Caſſiador. lib. 1. variar. lect penuria rerum magis ex negligentia hominum, quam ex malitia tẽporum prouenit, vt refert idem Gregor. in l. 4 tit. 20. p. 2. Et probatur Prouerb. 28. cap. *Egeſtatem operata eſt manus remiſſa*, et in. l. non intelligitur. §. dixi fratres. ff de iure fiſci, vbi Caliſtratus ait: *ſicut enim diligenti cultura pretia prædiorũ ampliãtur, ita ſi negligentius habita ſint, minui ea neceſſe aſt*. & text in 1 titu 11 part. 2. ibi: *E labrarla porque ayan los homes los frutos della mas abũdantemẽte*: et hac præſertim ratione, vt cultura agrorũ magis indies augeatur, nonnullas inuenio introductas immunitates de decimis nõ ſoluendis, nec de gabellis præſtan-

præſtandis, de agris ad culturam nouam redactis, vt videre eſt apud text. in cap. fin. & ibi gloſſ. & Panorm. it. de priuileg. & in cap. quid ſit nouale, de verborum ſignificat. nam, vt inquit Cicero de ſenectute, agro ornato, & bene culto nihil poteſt eſſe, nec vſu vberius, neque ſpecie ornatius.

4 Quæquidem agricultura ſi aliquam habeat intermiſsionem, genus humanum perire nemo ambiget præ alimoniæ egeſtate, text. eſt in. l. 3. tit. 20. part. 2. ibi: *Y amar y amparar deuẽ otro ſi a los meneſtrales, è a los labradores porq̃ de ſus meneſteres, y de ſus labranças ſe ayudan, y ſe gouiernan los Reyès, è todos los otros de ſus ſeñorios, è ninguno nõ puede ſin ellos vevir.* Et hinc eſt, quòd alimẽtorũ fauor lõge, lateque patet, & totos iuris ciuilis codices implet: quia ex alimentis, inter quę primas panis obtinet (vt poſtea dicam) vitam hominis pendere certum eſt, vt tradit Vlpianus in. l. cum hi. §. vult igitur, ff. de tranſact. prout etiam conſiderat Ant. de Lara in l. ſi quis á liberis. ff. de liber. agnoſcen. in princip. legis num 1. & cum ſecundum culturam agri fructus ex eo commenſuratè percipi ſoleant, vt Virgil. 1. lib. Georg.

Nec vlla interea eſt inaratæ gratia terra.

Et Ouid. in lib. 5. de triſtibus, inquit.

Fertilis aſsiduo ſi non renouetur aratro,
Nihil, niſi cum ſpinis, germen habebit ager.

Et Tullius lib. 2. Tuſculan. quæſtion. ait: *Ager quantũcunque fertilis abſque cultura fructuoſus eſſe non poteſt*: & iuxta illud Oſeæ. 10. cap. vbi ait, *Vitis frondoſa Iſraël, fructus edaquatus eſt ei*: licet in ſublimiori ſenſu Propheta loquatur. Ex quibus aperte oſtenditur, quot commoda, & vtilitates reipublicę ex agricultura prouenient, cum inter omnia, quibus homines veſcuntur,

5 niunt, cum inter omnia, quibus homines veſcuntur,

panis

panis primas obtineat, vt optimis rationibus oſtendit Doctor Valles de Sacr. Philoſ. c. 27. ſuper Pſal. 103. in illis verbis: *Et panis cor hominis confirmet* Et vt domeſti cis exemplis probem, gloſſa eſt. 1. in. l. triticum, ff. de verborum obligationib. & in gloſſa fin. in. l. frugem, ff. de verbor. ſignificatio. vbi ait Acurſius, quòd frumẽ tum pro ſui bonitate cætera excellit: & probat etiam Caſſanæus in Cat. gloriæ mundi, in part. 12. conſidera-tione. 83. nam omnes eius cauſa vbique terrarum ſuſti nentur. iuxta tradita in. l. fin. C. de alimen. pupil. præſt. & in. l. necare. ff. de lib. agnoſ. & in d. l. 3. tit. 10. par. 2. Quare nimirum, etſi regulariter, opusquis teneatur deſtruere, cuius cauſa aqua pluuia alteri noceat, per textum in. l. 1. & per totum. ff. de aqua pluuia arcẽda: tamen ſi quis araſſet fundum ſuum, & faceret ibi ſul-cos, cauſa frumenti quærendi, iure optimo poſſet; etſi aqua pluuia exinde alteri præiudicium generaret: vt eleganter inquit Alphenus in. l. vicinus. ff. de aqua plu uia arcenda. Quod etiam ſi non procederet, opinor quidem ſufficere, reſpublicas, earumque ciues locu-pletari ex agrorũ cultura, vt ſumma ſemper cura, & di ligẽtia, ſine intermiſsione amplectatur, & maximis pri uileg'js decoretur, cum oporteat rempublicam ſubie ctis abundare locupletibus, vt in authentica, vt iudi-ces ſine quoquo ſuffr. § conſiderauimus. colat. 2. Et quãto Rex abundat ditioribus tanto & ipſe ditior, & locupletior eſt, vt in authent. de defenſoribus ciuita-tum. §. 1. verſ. nos igitur, in fine, collat. 3. Et elegarter proſequitur Andr. Tiraquel. de iure primogen. q 24. num. 12. Quòd ſi reipublicæ, omnique regno peruti-le eſſe proponitur, & neceſſarium, id per agriculturæ rationem obtinebitur forſan, quæ efficit, vt prædia

reddant:

reddant fructus vberiores, et per conſequens pluris æſtimabuntur deinceps, maioriſque pretij erunt, cum ex reddituu immobilia æſtimētur, vt in.d.§.diui fratres, et tex.in.l.ſi quos.C.de reſcind.vendit.l. ſi fundum ff. de legat 1.ibi: *Excuſſo pretio ſecundum redditum*, et vtrobique gloſſ.et DD.et tex in.l.ſi fundus ff.de reb. eor. Alexan in.l maritum, in fin.et.l ſi maritus.ff.ſolut.matri.cum congeſtis per Arium Pinel in l.2.C.de reſcindē.vene.3.p.c.8. nu.28. Et ſic ſemper ſummam habuit æquitatem, prout in hac ſaluberrima lege præcipitur, vt boues, ſeu quæuis alia animalia ad arandum, et ſeminandum, et omnia quælibet inſtrumenta agriculturæ diputata, agricolæque, dum agros colunt, pro executione capi non poſſent, prout antea ſtabilitum erat, in l.executores.l.pignorum, et in authē. agricultores, C. quæ res pignori oblig.non poſſ.et.l.3.tit.27.p.3.l.4.tit.13.p.5.et.l.5.cum ſeq.tit.17.lib.5.nouæ Recopilationis. Per quæ dicebat Fortunius Garſia in.l.item quia.ff.de pactis, quòd generalis obligatio non comprehendit ea, quæ ad agriculturam ſpectant: nam iſtæ res, tanquā ſanctæ (ſic enim loquitur ille) obligationibus generalibus non ſubijciuntur, propter ſummam vtilitatem, quam afferunt res hæ, cum earum vſus exercetur., et maximum detrimentum, quod important, cum impeditur: vt etiam conſiderauit Fortunium ſecutus Ferdinand.de Mendoça lib.2 diſput.iuris ciuilis.c.4.n.9. Et nimirū, ſi ſancta â Fortunio appellata fuerint ea, quæ ad agriculturam ſpectant, cum etiam ſacris literis cōmendentur, vt ex Ioannis.5.cap. *Ego ſum vitis vera, & pater meus agricola eſt*, Et Zachar.13. *Homo agricola ego ſum*, & illud Iob.31. *Si animam agricolarum afſligi, pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro ordeo ſpina*,

&

& patebit ex multis,quæ in his commentarij aſſerentur. Quapropter merito in pręſenti pragmatica iterũ ſancitum extat,ita vt nihil a iud dici poſsit;niſi hoc & æquum,& reipublicæ vtiliſsimum fore, ſummaque cura,& vigilantia obſeruandum, cum ex tot iuſsionibus certa præſumatur ſcientia, vt tradit Felin.in cap. nonnulli,num.14.de reſcrip. Et magnam deliberationem huiuſcemodi geminatio arguit, vt in cap. ſi quis iratus.2.quæſt.3.& ibi gloſ. verb. reiterato. Et diſpoſitionem iſtam fortem efficit,exactèque cuſtodiri deſiderat,ex ſentẽtia Celſi in l.Baliſta,ad Sen.Cõ. Treb. poſtquam enim in illis ll.executores & pignorum,& in authen.agricultores,conſiderata eſt agrorum eximia vtilitas,& in conſtitutione huius pragmaticæ tantæ vtilitatis interuenit conſideratio;quid enim dici potiori iure poteſt,quam quod plena præſumitur deliberatio,ſecundum notabilem gloſſam,verb.iuſsio, in authentic. vt nulli iudicum. §. & hoc verò iubemus? Vnde eleganter dixit Beldus in quæſt.ſuper ſciſmate, ſub rubric.C.ſi quis aliquam teſtari prohibuerit, numer.15.quòd qui bis,vel ſæpius quid facit,videtur velle,quòd contra id nihil poſsit opponi,& iura docent non eſſe retractandum,ſed commendandum,& etiam obſeruandum,quod ſæpè factum nititur æquitate, in l.fin.C.ſi contra ius,vel vtilit. publ.cap. olim, de reſcriptis,& in cap. non fine,in fine de arbitris. Et comprobari poteſt ex multis congeſtis per Catel. Cotam in ſuis memorialibus,verb.geminatio, & per Hippolyt.de Mar.conſ.113.num.2.& in l.1.§.quæſtioni.2. & 3.colum.ff.de quæſtion.

Et ratio potiſsima hæc eſt, ne publica impediatur 8
vtilitas,quæ in præbitione annonæ cõſiſtit,& ſine qua

mun-

mundus viuere non poteſt,& in. l.1. & ibi Doctores, C de agri & cenſ.lib.11 & in.d.l.cum hi.§ vult igitur, ff de tranſact. & in l.3. tit.10. p.2. & annonam nihil aliud eſſe,quã rem frumentariam , frugumque prouentum,ab annoque deriuari , & quaſi vnius anni alimoniam dici,& ſecundum probatos Latinæ linguæ autores,non ſolum frumenti,ſed aliarum rerum copiã plerumque nuncupari,ex Calepino, & Rebuffo,in.l.frugem.77. pag. 500.de verbor. ſignificat. tradit Caſtro de annonis ciuilibus,in procemio,à nu.1. Et ne ſterilitas fructuum inducatur ex defectu culturæ , ſi inſtrumenta,& agricultores caperentur,pereunte enim cultore,terram redigi in ſolitudinem , oſtenditur ex Geneſis cap 47. & notauit Gregorius noſter in.l.4.tit.13. p.5.in gloſſa finali,& in fine ſubijcit,quòd vobes, & alia aratoria inſtrumenta(vt ruſtici dicunt)ſunt manus, & pedes laboratorum : & vt dicitur Prouerbior. 28. *Qui operabitur terram ſuam,replebitur panibus*, & in c. 7.Eccleſiaſtici,*Non oderis laborioſa opera,& ruſticitatem creatam ab Altiſsimo.* Nam is demum cultiſsimum rus habebit(vt ait Tremelius)qui & colere ſciet,& poterit,& volet.Refert Columella de re ruſtica,libr.1.c.1. in principio Ex quo agriculturæ altam, & excellentẽ originem perſpicio:nam (vt patet)ipſe ſummus Deus inſtituit agriculturã:& colligitur ex Gen.3.c.vbi:*Emiſit Dominus Adam de paradiſo voluptatis, vt operaretur terrã*:& dicitur eiuſdem lib 9. c. *Noe vir agricola cœpit exercere terram.* Et ita Ethinici luce veritatis orbi id Cereri,tanquam diuinæ,& cœleſti tribuerunt, vt Virgil.1 Georgic.29.

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
inſtituit.

Et

Et ex eodem:

In primis venerare Deos atque annua magna.
Sacra refert Cereri.

Vnde Reges regni non ſemel omiſſa adminiſtratione ad tranquilitatem agriculturæ ſe contulerunt, vt præter Luc. de Pen. in d l. 1. C de agri. & cēſit. multa his ſimilia de laude & vtilitate agriculturæ dixerunt Andr. Tiraquel. de nobilitate ca. 32. & Caſſan. in Cat. gloriæ mundi part. 11. conſiderat. 37. latiſsime Renatus de priuil. ruſticor. lib. 1. part. 1. cap. 11. per totum. Et hodierno die viget hoc peculiare agriculturæ, quod ad ipſos Reges incubit, ipſi enim debeat ſtatuere, & penſare quo ordine, & qua cultura debeant vti ſubditi ſui in proprium cōmodum terrarum regni, vt patet ex l. 1. ti. 11. part. 2. & notat Auendan. de mandatis principum. 1. par. cap. 4. n 9. verſic. ideo autem dixi: de quo ſtudio, & agricolationis ſaluberrimis præceptis, late tradidit Columella de re ruſtic. lib. 1. cap. 2. & per totum illū elegantiſsimum tractatū, qui ibidem. d. c. 2. plures, quā plurimos de hac re edidiſſe cōmētarios memorat, circa quæ vidi etiam ego Marcum Catoné, & Marcū Varronem, & Palladium, & Philippū Beroaldū, in annotationibus ad Columellā: quorum dictis nonnunquam in his cōmentarijs vti non deſinam. Qua propter ſumma ratione hæc lex proditur, per quā genus humanū, vt fructuum ſterilitatem euitet, & annonæ præbitionem quærat, informatur, quæ duo in republica, tā bene & feliciter a Catolico Rege inſtituta, omnino prouidenda ſunt, cùm populo pernicioſum ſit inediam famis ingruere, vt habetur in ca. 2. de obſeruatione ieiunij, cum fames quidem res ſit ad omne ſcelus perpetrādam aptiſsima, vt proſequitur idem And. Tiraq. de re-

Digitized by Google

tract.tit.1.§.26.n.14.cum ſeq.vbi multa de neceſsitate & periculo famis ſcribit,& refert, & ſequitur Mexia de Germanica legione, Pontius in prag. de taxat. panis.1.conc.n.12. & nu. 57. vnde nimirum ſi quis propter neceſsitatē famis poſsit alienare bona reſtitutioni ſubiecta,& aliás alienari prohibita,vt eſt gloſſ.not. in.l.quemadmodū.C.de agr.& cenſ.lib.11.& ibi.Bar. & cōmuniter in authent.res quæ. C.cómunia de leg. & tradit eleganter Palac.Rub.in rub. de donat.inter. §.17.n.17.Greg.in.l.10.ti.26.gloſſ.1.verſic.ſed an propter famem.

Summarium capitis ſecundi.

Verbum,agricola,omnem terræ laboratorē comprehē dit,quia labor circa ruralia intelligitur.n.1.

An ſi agricola colat agrum , & laboret per ſubſtitutum, habeat immunitatem,de qua hic,n.2.

In rebus quæ vere agriculturæ ſunt,non eſt in conſideratione perſona laborantis,n.3.

De artifice,ſeu alio,qui agricola vere nō ſit,inſtrumēta & animalia aratoria,fundos,ſatos, & nouālia habenti,n.4.

Priuilegia officiorum cauſa conceſſa tandiu durant,quādiu quis in illis ſe exercet.n.5.

De principali ratione,& cauſa finali huius conſtitutionis in fauorem agriculturæ,& rei frumentariæ.n.6.

Qui vere agricolæ dici poſſint , & quomodo in aliis facile fraus fieret huic pragmaticæ,& conſtitutioni,n.7.

Qui ſint agricolæ,quibus huius legis priuilegia conceduntur. Cap.II.

1 His præmiſsis ad interpretationem accedam : & quia ab omnibus iuris autoribus,& ſacræ Theologiæ

logiæ profeſſoribus vetuſtiſsimũ eſt admoneri in omni re incipiendum eſſe a diffinitione, vt id de quo agitur, melius intelligatur: & quãuis vt inquit Iauolenus, omnis diffinitio in iure ciuili periculoſa eſt, rarum eſt enim, vt non ſubuerti poſsit, vt ab eo traditur in l. omnis diffinitio. ff. de regulis iuris leg. 1. §. dolo. ff. de dolo, & ibi communiter ſcribentes: Primum quæro, quis ſit agricola, cui legis huius priuilegia conceduntur? Et breuiter dico aſsignans diffinitionem prout de iure in hoc caſu aſsignari poteſt: agricolam eſſe terræ laboratorem ſic nominatum, quia agrum colit, & generaliter refertur hoc nomen ad qualitercunque terram colentem, vt notarunt gloſſa, & Ioan. de Platea in rubrica. C. de agricolis, & cenſitis. lib. 11. & ibi eleganter Lucas de Pena, & Rebuffus in l. ager eſt locus, verſ. hinc ab agro. ff. de verborum ſignificatione, & leges regni perſpicue hoc nomen declararũt, vt patet ex l. 5 tit. 20. part. 2. & ex principio tituli ſequentis in eadem part. ibi: *E otro ſi, los que labran la tierra, e fazẽ en ella aquellas coſas, porque los homes han de viuir, e de mantenerſe, ſon dichos labradores.* Qui enim arat, ſeminat, & terram colit, ac miniſterio, & arti agriculturæ laborando inſeruit, aut aliter culturæ agrorum conſulendo, nimirum ſi laborator dicatur argumento eorũ, quæ tradit Maſcar. 2. parte de prob. cócl. 1187. a nu. 1. nam labor proprie, & ſtricte ſumitur circa ruralia, & culturam agrorum, & inde exercentes iſta dicũtur laboratores, vt aduertit Greg. Lup. in d. l. 5. gloſſ. 1. qui potuiſſet allegare tex. in c. ſæpe. 12. q. 2. ibi: Et quæcunque in vſu percepit, debet vtiliter laborare, & ibi gl. celebris in verbo, laborare, & huius nominis tãquam generis, alias ſpecies reperiri certum eſt, nempe cẽſitos,

 colonos,

colonos, adſcriptitios, inquilinos, originarios, de quibus optime per Panor. in cap. indicatum de immunit. Eccleſ. & per domin. Couar. in cap. quanuis pactum de pactis. lib. 6. 2. part. relect. §. 1. a n. 2. & per Plat. & Lucam de Pen. & communiter DD. in rubr. & per to-
2 tum. C. de agri. & cenſit. lib. 11. Sed difficultas in caſu huius pragmaticæ decidenda in eo eſt, an ſi agricola laboret, & colat agrum per ſubſtitutum, nempe operarios, familiares, & domeſticos, aut alios ad id conductos, habeat immunitatem, de qua hic? inquit enim textus, *Que los labradores que por ſus perſonas, o por ſus criados y familia labraren*: & ſic videtur, quod agricola etiã ſi per aliũ laboret, gaudeat huius legis prærogatiua. Pro qua ſententia fecit text. in l. ita autem. §. geſiſſe, verſic. quod ſi quis. ff. de admi tut nã geſiſſe videtur, inquit Vlpia. & qui per aliũ geſsit, text. etiã eſt in c. Imperialẽ. § firmiter de prohibita feudi alienatione in vſibus feudorũ, ibi: Vel aliũ profe, domino acceptabilẽ mittere contẽpſerit, ſed Platea in d. l. 1. C. de agricol. & cẽſit. cõtrarium affirmat, nẽpe agricolã per ſubſtitutum laborantem non gaudere immunit. quia ratio diſpar eſt, cum quis per aliũ facit, quã cũ facit per ſe ipſum, & id cautum eſt per leg. nullus la. 3. C. de decurion. lib. 10. vbi habetur, quòd nõ poteſt quis per ſubſtitutũ ſeruire, niſi habeat ad hoc priuil. debet enim adeſſe illa qualitas, vt quis ſit agricola, agrũ colere paratus, vt agricolarũ quis priuil. fruatur, ex vulgari doctr. text in l in delictis. §. ſi de tract. ff. de noxal. actionib. l. Titius. ff. de militari teſtim. vbi qualitas adiũcta, ver. debet regulari ſecundum tempus verbi. Idque de iure
3 communi reſpõdendũ fore arbitrarer: ſed in hoc lex noſtra ius nouum inducit, cũ expreſſe diſponat, dicẽs:

Por-

or ſus perſonas, o por ſus criados. Et ſic per eam indultū ſſe videtur, vt etiam per ſubſtitutum laborans hiſce riuilegijs fruatur, nam dictio, O, eſt alternatiua, ad cuius veritatem ſufficit alteram partem eſſe veram. l. vbi autem non apparet. §. illud, aut illud. l. qui ſtipulatus uerit illud, aut illud l. eū qui certarū. §. vltimo. ff. de erborum obligatione l ſi hæredi plures ff. de condit. nſt. l. cum quærebatur. ff. iudicatum ſolui. l. cum pupil us. ff. de cōdit. & demōſt. & ſic videtur quòd ſufficiat num hoc tantum, vt per operarios, aut alios ſubſtitu os laboret, vt his indultis potiatur. Sed nihilominus ro huius cōtrouerſiæ reſolutione pro verò, & genuio huius legis ſenſu, dicendū erit, quòd in quantū ad oc, vt boues, & alia animalia ad cultum terræ diputa a, ſeu reliqua aratoria inſtrumenta, quibus terræ gleæ infringuntur, pro executione capi non poſsint, abſque dubio per alium laborans, & agrum colēs gaude it immunitate: nam hoc priuilegium hiſce rebus coneſſum extat in hoc primo capite pragmaticæ, & ad oc expendo textū in. d. l. executores. & d. l. pignorū. C. quæ res pignori obligari non poſsint; vbi quicquid d culturam agri pertinet, auferri pignorum cauſa nō onuenit, & expreſſus text. in. l. 3. tit. 27. pag 5. ibi: *Ni en bueyes de arada, cuyos quier que ſean.* Vnde nimirum; ſi riuilegium rebus ipſis conceſſum ipſaſmet res comitetur, per ea quæ tradūtur in. l. priuilegia, & in. l. in om ibus cauſis. ff. de regul. iuris. & eſt text. in. l. forma §. quanquam. ff. de cenſibus. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æſtiua. Sic patet, quòd ſi artifex, ſeu quilibet, 4
qui agricola vere non ſit, boues, ſeu animalia, aut inſtrumēta aratoria, & fundos ſatos, & noualia habuerit pro executione capi nō poterunt, cum ipſiſmet rebus

datum priuilegium ex citatis legibus appareat, & etiã extincta perſona, ipſummet non extinguatur, vt in.d. §.quãquam, cum ſimilib. ſicuti in ſeruitutibus dicitur: nam ſi prædium dominans, aut ſeruiens alienetur, ſemper remanet ſeruitus reſpectu fundi dominantis, aut ſeruientis, & tranſit cum ſua ſeruitute, quocunque vadat, text. in l. qui fundum, cum. l. ſequenti. ff. quemadmodum ſeruit. amitt. l. 8. tit. 31. part. 3. at veró in caſu ſecundi capitis huius pragmaticæ, & conſtitutionis, quo cauetur, agricolam illis ſex menſibus pro ære alieno in vincula non conijciendum, pro certo tenẽdum eſt, quòd ſi aliquis qui agricola vere non ſit, videlicet, qui terram non colat, & eius hoc non ſit præcipuum miniſterium, & eius conditionis ſit, vt per operarios conductos, aut domeſticos, agros ſuos colat, ita vt per alienos labores ex perceptione fructuum ſe, ſuoſque alat, neque eius labor, aut induſtria, aut conſiliũ, ad id requiratur, quod poterit etiam pro ciuili ære alieno illis ſex menſibus capi: nam mens legislatoris hęc eſt, vt agricola per incarcerationem a cultura terræ non remoueatur, vt in. d. l. colonos nunquam. C. de agri. & cẽſitis, & d. authen. agricultores. Sed ille qui ſemper per operarios agros ſuos colit, a cultura huiuſmodi nõ remouebitur: patet igitur manifeſtè, nõ debere hac immunitate potiri, quia cũ ceſſet cauſa priuilegij, debet etiam ipſum priuilegium ceſſare, tex. in. l. athletæ. §. 1. & in. l. geometræ, & in. l. idem Vlpianus. ff. de excuſ. tutorum. l. Titia Seio. §. vſuras ff. de leg. 2. & in. l. filius a patre. §. 1. ff. de lib. & poſthu. cum alijs per And. Tiraq. congeſtis in tractatu, cauſa ceſſante. 5. part. nu. 203. cũ ſeq. & magis in terminis cõſtitutum eſt in omnibus artibus, ſeu artificijs, muneribus, negotijs, ſeu officijs, vt

priui-

Digitized by Google

priuilegia illis conceſſa tandiu in ſuo robore permaneant, quandiu quis in illis ſe exerceat, vt in. l. ſemper. §. negotiatores; ibi, quandiu in huiuſmodi actu ſunt, & in §. vltimo. eiuſdem legis, & ibi Bart. in. 2. notab. ff. de inſtit. immunit. cum alijs quam plurimis ab eodem Tiraquello congeſtis vbi ſup. num. 208. Cauſa autem huius pragmaticæ, & conſtitutionis, vt ſit, ne agricola a cultura terræ remoueatur, patet ex introductione, nã dicit text. *Por animar y esforçar mas a q̃ la labrança no ceſſe, y para conſeruacion y aumẽto della, &c.* Nã ex præfatione apte colligitur ratio legis, vt in. l. fin. ff. de hæred. inſtituendis, & in. l. 1. ff. ad Macedon. quæ quidem ratio magis proprie appellatur cauſa finalis, vt eſt textus in. l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patr. l. illis libertis. ff. de cõdit. & demonſtrat. & hac cauſa ceſſante, ceſſat etiam ipſa lex: tunc enim, ſi ratio non apparet, verborum ſignificatione ſtandum eſſet, vt docet Bart. in extrauaganti, ad reprimendum, verbo, ne ex eorum abſentia, n. 17. cũ ſeq. cũ traditis per Ioan. Gut. in auth. ſacramenta puberum. n. 85. C. ſi aduerſus venditionem. Et generaliter in omnibus agricolarũ priuilegijs hæc eſt ratio potiſsimum conſideranda, ne ab agriculatione amoueãtur, vt in munerum etiam excuſationibus tradidit eruditus Renatus lib. 1. de priui. ruſtic. 1. part. cap. 6. dicens, quòd ruricola non eſt ab opere ruceſtrĩ ad alienas functiones, ſeu publicas, ſeu priuatas deuocãdus. Et ſic non obſtant verba illa, *Que por ſus perſonas, ò por ſus criados*, referri enim debẽt ad illud, quod proxime præceſsit, videlicet verbum, *Labradores*, ita vt omnino neceſſarium ſit, agricolam, & terræ laboratorem eſſe debere, non vero alium artificem, aut alterius cõditionis hominem, cum dictio, *Que*, ſit relatiua, quæ re

fertur ad in proximo loco cōtenta cū ſuis qualitatib⁹. l. à filio. § teſtator. ff. de alim. & cibar. leg. l. 1. §. ſed cū plures. & ibi Bart ff. ſi famil. furtum feciſſe dicatur, & late Decius in conſil. 339. n. 9. & in conſil. 449 col. Tiraq. in. l. connub. gloſ. 7. num. 183. & quia inſpiciēda eſt potius mens, ſeu ratio legis, quam ipſius verba text. in l. ſcire. § aliud ff. de excuſat tutorum. l. 3. §. cōditio. ff. de alimen legatis. & multis citatis latiſsime id tradit Mexia de Germanica legione, Pōrius in declaratione. l. Tole. 2. part 2. fūndamento, a num. 15. eſſetq; vno ſolo verbo totā iuris machinā euertere} contra textū in l. ſi quando. C. de inoffi. teſtamento, pro qua ſententia pondero de iure regio textum, in. l. 5. titu. 20. par 2. ibi: *La otra, por razon del tiēpo, anſi como aquellos que labran por pā, o por vino, y guardā ſus ganados, e q̄ fazē otras coſas ſemejantes deſtas, en q̄ reciben trabajo, y andan fuera por los montes, y por los cāpos, y hā por fuerça de ſufrir frio o calentura, ſegun el tiempo que faze.* De qua quæſtione latius lib. 2 cap. 2. tradetur. Hi enim propriæ agricolæ ſunt, qui colunt agros, & his; & non alijs hæc prærogatiua conceditur, idq; voluit expreſſe text. in. d. authen. agricult. C. quæ res pig. oblig. nō poſſunt, vbi ruſticus dum laborat agrū, non poteſt capi pro debito ciuili, & text. expreſſus in cap. fin. de tregua & pace, ibi: Vel in agricult. exiſtētes, & ibi glo. fin. hanc quæſtionem decidit, dicens, agricolas tantum dum agriculturæ vacant, priuilegiū habere, ſed animalia & inſtrumēta aratoria ſemper habere, & ſic his ſex mēſibus agriculturæ vacantes, & non alij, hac immunitate fruentur, vt infra latius dicetur lib. 2. capit. 2. vbi de agricolis per ſubſtitutum laborantibus late differitur, vt intelligatur, an ij pro debitis ciuilibus capi poſsint: & quia priuilegia

immunitatem concedentia ſunt reſtringenda, text. in l.3. de muner. patri lib. 10 & l.1. in fin ff. de tut. immunit. & notat Archidia. in capit. frater. 16. q.1. & gloſſ. magna in cap.1. de conſtit. libr. 6. aliter enim per eos, qui nunquam terram coluerunt, nec in ea laborarunt, vt illis ſex menſibus non capiantur, facile eſſet, prædiolum ſaltem per cōductos operarios colere, & ſic fraus fieret legi, quæ vt nō fiat, hæc omninò interpretatio facienda eſt, per tex. in l. filius familias. §. is autem ſolus, text. in l. & Iulianus. ff. ad Sen. Con. Maced. l. ſi quis integris. §. minor. ff. qui & á quibus, late And. Tiraq. poſt ll. connub. gloſ. 5. nu. 115 & exacte id probat D. Franc. Sarm. lib. 1. ſelectarum. cap. 12. a nu. 7.

Summarium capitis tertij.

QVàm egregie antiquitus cōmendatū ſit, animalia aratoria pro are alieno non eſſe pignoranda, nu. 1.

De animalibus & inſtrumentis illius, qui nec per ſe, nec per ſubſtitutum laborat, & an qualitas agricolationis vere debeat interuenire, nu. 2.

Priuilegium rebus datum perſonæ qualitatē nō poſtulat, ſed rebus cōpetit, nō conſiderata qualitate poſsidentis. n. 3.

Exempla non reſtringūnt diſpoſitionē, ſed declarant, & ea quæ frequētius accidere ſolēt, legis prouiſio reſpicit. n. 4.

Quādo ad aliquē actū certa qualitas, vel cauſa requiritur, ſufficit, ſi ſemel exiſtat ad habēdū perpetuū effectū. nu. 5.

Non poteſt dici ad vnum effectum diputatum, quod ad alios æque protrahi ſolet, nu. 6.

In ipſo ſemper laboris actu, inſtrumenta & animalia agriculturæ diputata, non requiri, exemplis, & autoritatibus oſtenditur. n 7.

De

Digitized by Google

De animalibus indomitis, quæ vt agriculturæ addicantur, in pratis & heruagijs habet agricola. n.8.

Duplici ratione demõſtratur, quid ſit in quæſtione propoſita reſoluendum, circa animalia indomita. n.9.

De animalibus aratorijs ad culturam agrorum diputatis, diſſeritur. Cap. III.

1 QVamapte res agricolationis diſponatur ad vberiora fæcundioraque prædia efficienda, ſi ad eorum cultum conuenientia animalia parentur, facile percipi poteſt ex his, quæ laborioſe ſatis ei ſtudioſe refert Collumella de ruſtica, libro. 2. cap. 2. &. 3. latius reaſſumens libro. 6. cap. 1. 2. &. 3. proinde boues, & animalia aratoria, ita pro executione pignorari, aut capi non poſſunt, vt multis iam Imperatorijs conſtitutionibus fuit cautum, varijſque legibus Regijs commendatum, & ſtabilitum, prout ſupra probatum eſt, & in præſenti pragmatica renouatur: fuit enim hoc etiam antiquitus diligentius obſeruatum, & tantum ipſis animalibus aratorijs, quantum eorum poſſeſſoribus agricolis attributum, vt inquit Elianus libr. 5. de varijs hiſtorijs, quod lege attica cautum fuit, bouem, qui iugum trahit, vel in aratro, vel plauſtro, nec capi, nec mactari, quoniam ille etiam agricola eſt, & humano generi laborum ſocius: & qui bouem aratorem occidebat, veteri Phrigum inſtitute morte multabatur, idq; refert etiam Renatus de priuil. ruſticorum, part. 1. libr. 1. cap. 7. circa finem. Quare nimirum, ſi hoc priuilegium eis indulgeatur in præſenti pragmatica, ad cuius veram
2 elucidationem, quam intendi, opportune hic, quæ ad noſtrum inſtitutum, & ius pertinent, excitabo. Vnde

primè

primò dubitari poterat, an ille, qui nec per ſe, nec per ſubſtitutum in agricultura exiſtit, ſed tãtum locat animalia aratoria ad arandũ & ſeminandum, & ad alia ad cultum terræ ſpectantia, huius legis beneficio gaudeat? & ad hoc vt capi non poſsit pro ære alieno, in fortioribus terminis, non gaudere proxime traditum eſt, & cõſequenter, vt in hoc caſu non gaudeat perſona, vt capi non poſsit; ipſa ratio minus quam ſuperior vrgens ſuadet: quia ſi id, de quo magis videtur ineſſe, nõ ineſt, neque etiam id, de quo minus text. in cap. licet vniuerſis de teſtibus: & ibi gloſ. verb. multo minus. & l. neq; ex vera. C. de acq. poſſ. l. 1. C. de negot. geſtis, ſed & inſtrumenta & animalia aratoria in hoc caſu pro executione capi non poſſe, proculdubio affirmari poteſt, cũ hoc priuilegium rebus datum ſequatur res ipſas, vt dixi ſupra, ſed an lex iſta videatur aliud inſinuare voluiſſe, cum dicatur, *Que los labradores no puedan ſer executados en ſus bueyes, mulas, ni en otras beſtias de arar.* Et ſic videtur, ꝙ talia inſtrumenta debeant eſſe agricolarũ, etiamſi per ſe, vel per alium agrum colant: nã verbũ, agricolæ, poſitum eſt pro qualitate, & quoties certa qualitas ad obtinendum priuilegium apponitur in perſona ſi illa vere non ineſt, non cõprehenditur ſub verbis legis, tex. in l. cum hi ſtatus. §. ſi ſpõſus ff. de donat. inter. & ex Aretin. vt tradit Palat. Rub. in Rub. de donat. inter. § 69. nu. 2. At vero iſte, de quo nũc agitur, vere agricola non eſt, cum per ſe, nec per ſubſtitutum agrum colat: igitur etiam ſi habeat mulas aratorias, cauſa locandi eas, non gaudebit priuilegio. Ego tamẽ exiſtimo, quod huiuſmodi animalia & inſtrumenta, ſi ad cultum terræ deſtinata ſint, neque ad alios vſus facile conuerti ſoleant, ſed ad ipſum terræ cultum, ſcilicet ad 3

aran-

arandum & ſeminandũ parata ſint,debeant eſſe à pig-
noratione,& executione ſecura,prout reliqua,quę ve
re agricolarum ſunt, etiam ſi tantum ad id miniſteriũ
diputata ſint,nam ex eo ſolum iam aratoria dici pote-
runt,vt dicitur de lana ad veſtimentum diputata , quæ
appellatione veſtimenti continetur, vt in l.veſtimen-
tum,& ibi notat Bart.& Iacob. de Aret.& Nicol. Nea
pol.ff.de auro & arg.legato,quia ſi conſiderentur ver
ba ipſius legis,executores,cum ſeq.ipſamet inſtrumen
ta reſpiciunt,& tex.in.d.l.3.tit.27.par.3.inquit: *En bue-*
yes de arar,cuyosquier que ſean. Ex quo patet priuilegiũ
eſſe reale,& ipſis rebus competere , non conſiderata
qualitate perſonæ poſsidentis,vt ſupra probaui,& ad-
do textum in.l.ætatem.§.rebus.ff.de cenſib. cuius hæc
ſunt verba. Quippe perſonis quidem data immunitas,
cum perſona extinguitur , rebus nunquam extingui-
tur,& argumento text.in.l.via.§.quæcunque.ff. de ſer
uit.ruſticorum prædiorum.Decius in.d. l. in omnibus.
nu.15.de reg.iuris,& Muxellanus in reg. priuilegium.
n.10.eod.tit.lib.6.& argumento text.in.l.hi,penes. C.
de agri.&cenſi.lib.10.vbi ratione fundi adſcriptitij,nõ
ratione perſonæ tributum ſoluitur,qua ratione Docto
res inferunt,quòd colonus cleri non debet gabellam,
nec tributum ſoluere,nam hæc immunitas prædio cõ-
petit in terminis illius legis.& ex capit. generaliter. §.
nouarum.16.quæſt.1.& ex Bald.in.l.1. C.de Epiſcopis
& cleric.Tradit Dueñas in regula. 100. ampliatione
2.Quare hoc verbũ,Agricola, in principio diſpoſitio
4 nis de rebus agriculturæ, adiectum ideò arbitror , vt
exempli gratia conſtituatur,& ſic non reſtringit diſpo
ſitionem quoad res agriculturæ , vt notatur in capit.
1.ne cleric.vel monachi.Panorm.in cap.inquiſitionis.

nu.

5. ff. accuſat. text. & ibi Bart. n. 7. in l. ſcire oportet. §. ui non iuſte. ff. de excuſat. tutorũ, & in l. ſi ita vulne- itus. ff. ad leg. Aquil. & quia mulæ, & boues, & araro a inſtrumenta plerumque agricolas habent poſſeſſo es, & in eis magis vera præſentis legis ratio poteſt e- iſtere; & ea quæ frequenter accidere ſolẽt, legis pro- iſio reſpicit, text. in l. aut facta. §. fin ff. de pœnis, & in .nam ad ea. ff. de legibus, & ſic manet, quòd dum ara- oria ſint, etiamſi quoſlibet, qui agricolæ non ſint, ha- eant poſſeſſores, pro executione capi non debent, ne ortè agricultura eorum defectu retardetur, quæ hu- us Pragmaticæ potiſsima ratio eſt, quæ ſemper in hiſ e caſibus cõſideratur, vt in l. 1. & per totum. C. ne ru- ſticani ad vllum obſequium deuocentur, lib. 11. & in l. unquam ſationibus. C. de agri. & cẽſit. eod. lib. Rena us Coppinus in princ. de priuileg. ruſti. Sed vlterius 5
quærendum erit, an qui agricola non ſit, habeat mulas, am ad arandum, & ſeminandum, quàm ad locandum ro itinere faciendo, rebus ve alio exportandis, huius egis immunitate gaudeat? Et videtur quòd ſic, quia quãdo ad aliquem actum requiritur certa qualitas vel cauſa, ſufficit quòd ſemel exiſtat, & licèt poſtea defi- ciat, habet perpetuum effectum, ex. l. ſufficit. ff. de con dict. indebiti. l. corruptionem. C. de vſufruct. l. ſi quis hæredem. C. de condit. infert. l. 2. circa medium. ff. de excuſat. tutorũ; tradit Palac. Rub. in rubr. de donat. in ter in. §. 69. nu. 35. Ex quo apparet ſufficere mulas ſe- mel aratorias fuiſſe, licet poſtea ad alia opera deſtinẽ- tur. quod nequaquam dicendum erit in eo, qui agrico- la non ſit, immo nullam habere immunitatem, cũ om- nes poſsint in executionibus hac vti defenſione: quip- pe facile eſſet, quodlibet animal, videlicet mulas ad aliud.

Digitized by Google

aliud diputatas, & boues in pratis ad aliud etiam incluſos ſubmittere aratro, & eis nonnunquam glebas infringere, etſi eius deſtinationis non ſint, & quia ex d. authẽtica agricultores. C. quæ res pign. oblig. nõ poſſ. & cap. fin. de tregua & pace, percipitur requiri in his rebus, vt tali priuilegio fruantur, agriculturæ diputa-
6 tio- em. Et non poteſt dici ad vnum effectum diputatum quod ad alios æque protrahi ſolet, text. eſt expreſſus, & ad hoc notabilis in l. Quintus Mutius, vbi Bart. ff de auro & arg. leg. vbi non intelligitur cauſa vxoris paratũ, quod ipſius & alterius cauſa paratur, & text. in l. cũ in teſtam. eod. tit. text. optimus in l. hoc legato ff. de leg. 3. ibi: Quod eius cauſa parata ſunt, hãc interpretationem obtinuit, quod magis vxoris cauſa, quam communis, promiſcuique vſus cauſa paratum foret, & text. in l. in lege cenſoria. ff. de verborum ſignificatione, ibi: Qui agrorum colendorum cauſa haberentur, & ibi: Atque ipſius cultui præpoſiti, deſtinatiq; eſſent, & text. in l. legatis. ff. de leg. 1. neq; exiſtimandum eſſe credo ſuperiorem reſolutionẽ ad agricolã trahendam eſſe, qui etſi iumenta & alia animalia ad arandum deſtinata, ad alios nonnunquam vſus conuerterit, non ideo hoc amittet priuilegium, text. eſt in l. quæſitum. §. ſi aliqua parte. ff. de fimo. inſtr. inſtrumẽtoque legato. l. hoc legato, ibi: Quod in vſu frequẽtiſſime verſatur, & in. l. item legato, ibi: Solitus tamen
7 fuerit ab ea, quaſi ad vſum mutuari. l. vxoris in fine principij. ff de leg. 3. & in. d. l. quæſitum. §. ſi quis eodem. ibi: Cæteri enim agri mutuantur. Vnde non minus impræſentiarum dici poteſt, quod cætera opera mutuantur iumenta, & mulas aratorias, ab agricultura, quando ad alios vſus conuertuntur, cum manifeſtum

nifeſtum ſit, omni momento in agricultura exiſtere non requiri, vt ſenſit Pomponius in. l. ſi quis ita legauerit. ff. de condit. & demonſtrat. vbi ille qui debet cũ aliquo eſſe, non tenetur cum eo omni momento morari, & tex. in. l. Mæuia. §. 1. ff. de annuis legat. & ſic appellauit Vlpianus aquam quotidianam eam, quæ quotidie duci poſsit, vel hyeme, vel æſtate, etſi aliquo momento temporis ducta non ſit, vt in. l. 1. §. ergo ff. de aqua quotidia. & æſtiua. Ex quibus reſoluitur vulgaris quæſtio, quod ſi teſtis dixerit aliquem poſſediſſe prædium continue, plenam probationem inducit, cũ ſufficiat vidiſſe recolligere fructus; ita Bartolus in d. l. ſi quis ita. num. 2. ff. de condit. & demonſtration. & in. l. 1. num. 22. & 23. ff. ſolut. matrimo. & dicit teneri communiter Baldus in. l. foramen. ff. de ſeruit. vrban. prædiorum. & Speculat. in titu. de teſte. §. poſtquam vti, etiam cumulauit elegantiſsime Maſcard. de proba. 3. tom. concl. 1183. a n. 1. etiam ſi fructus percipiat ab alio colono, vel inquilino, nam eius nomine poſsidebit, & habebit terrã, vel domum ab eo, cui fructus ſoluit, vt probat eleganter Bald. in conſil. 130. in. 3 volu. incipit, Videtur, quem etiam ad hoc refert Auendan. de mandatis principium, cap. 4. par. 1. num. 8. verſ. item deducitur, & habitator non requiritur, vt ſemper, & omni momento in ciuitate habitet, ſed quod ſaltem, maiori parte anni ibi commoretur, vt. l. cum delanionis. §. Sabinus. ff. de fundo inſtructo. & notant ibi Bartolus, & Albericus cum concordantijs a Socino traditis in rubric. de foro competent. colum. 3. cum traditis etiam per dominum Couar. in practicis quæſ. cap. 37. a numero. 5. & conſequenter non requiritur, quòd talia animalia ſint ſemper in ipſo arandi, & ſeminandi

actu,

Digitized by Google

actu, ſeu miniſterio, ſicut nec requiritur, quòd agricola ſemper agrũ colat, nec miles, vt ſemper militet, nec iudex, vt ſemper iudicet: ſufficit enim habere potentiam propinquam actui, cum pro ipſo actu reputetur, ex text. in. l. penult. vbi gloſſ. multa per hoc infert, & ibi Bart. & Bald. ff. de milit. teſtament. & tradit Iaſon, in. l. quamuis. n. 6. C. de inofficioſo teſtamento. & quia propter actum vicinitatem, & proximitatem, licet duo actus ſint, pro vnico tamen actu reputantur, vt probari poteſt per textum in. l. lecta ff. ſi certum petatur, & l. hæredes palam. §. vno contextu. ff. de teſtamen. & l. cum antiquitas. C. eod. tit. cap. officij, de elect. & vtrobique affatim per Doctores.

8 Quãobrem infertur ex ſuperioribus ad aliam nõ inelegantem quæſtionem, nempe, An ſecura ſint animalia illa indomita, quæ agricultor in pratis, ſeu herbagijs habuerit, eo animo, & deſtinatione, vt poſtquã domita ſint, & creuerint, aratro iungantur, & agriculturæ omnino inſeruiant, & addicantur? Vel an poſsint pro executione capi? ratio dubitãdi oritur ex eo, quòd potentia proxima pro actu iudicatur, vt dixi, & probatur in. l. pen ff. de milit. teſtamento, vbi de proxime accingẽdus, habetur pro cincto, & hinc eſt, quod pro bonis deſtinatis ædificationi eccleſiæ competit beneficiũ reſtitutionis, & iure eccleſiæ poterit poſtulari, vt refert Palac. Rub. in rubr. de donat. inter. §. 38. nu. 7. vbi à principio multa ad ornatum huius quæſtionis cumulauit, ex hacque ratione pendet communis Doctorum diſputatio in. l. 3. §. quid ergo. ff. de contr. iud. tutel. de pecunia deſtinata ad emptionem rerum immobilium. An inter immobilia numeretur, vt præter Palac. Rub. vbi ſup. controuertũt multi relati ab And.

Tiraq.

Tiraq.de retract.§ 1.gloſſ.7.nu.106.Boer.deciſ.299 à nu.1.cum ſeq.vt reaſſumit Ari.Pinel in.l.1. C.de bon. matern.2.part.num.44.& iterum Parlad.2.part.rerũ quotid.cap.fin.5.part.§ 3.num.13.& ſic cum de proximo huius animalia terræ cultui ſint addicenda: pro iã addictis merito ſunt reputanda.Hinc etiam eſt, quòd ſi quis leget vxori ſuæ veſtes, quas in domo teſtator habet,& tamen extra domum ſint aliæ veſtes ad vxoris vſum deſtinatæ,in domo eſſe videntur,& legato cedent propter deſtinationẽ teſtatoris,& finale eius propoſitum,vt inquit Bald.in.l.ex facto,circa finem. ff. de hæred.inſtituẽd.quem refert in ſimili Lecerier de primogen.lib.2.q.8.verſic.hinc Bald.

Sed duplici ratione contrarium credendum eſt, imò, quòd nulla huius legis gaudeant immunitate, 9 quia dicit lex,quòd iſta animalia ſint aratoria, verbum autem,eſſe,veritatem inducit,non fictionem.l. oſſa.§. vltimo.ff.de relig.& ſump.funerum,& in.l.ſimaritus, §.1.vbi Bartol.ff.ad leg.Iulian.de adulter.l. mercis appellatione,& ibi gloſſ.ff.de verborum ſignificatione. & quia requiritur, quòd ſint aratoria vere, & non ficte,cum à iure introducatur,non a natura,quia non aratoria naſcuntur,ſed vt huius grauitatis ſint,ius ipſum requirit,& ſic iam debent eſſe per veritatem illius operis,& non per fictionem,text.in.l.in rebus,in fine.& ibi Bald.C.de iure dot.Corneus conſil.144.colum. 2. verſi.ad idem litis conteſtatio,lib.3.And. Tiraq.in tracta.lamor ſaiſit.6.declarat.2.par.n.7. &.1. declaratio. 5.par.n.8.Secunda ratio poteſt eſſe, & fortis quidem, vt arbitror,quia hoc priuilegium cõpetit ratione qualitatis,& ſic eſt neceſſe,vt ea qualitas adſit, quo tẽpore actus ſit,hoc eſt,executio,aut pignoratio:facit text.

Digitized by Google

verb. oblige.l.cum certus.ff.de triti. & oleo legat.l.ſi debitor.§.fin.ff.de contr.empt.l.1. in fin ff. de condit. & demonſt.nã etſi pro tũc fructus non exiſtãt,ſufficit per rerũ naturã exiſtere poſſe; quarũ legũ diſpoſitio in omni genere fructuũ tam ex prædijs, quã ex vineis & arboribus colligendorũ,habet locum, præcipue in hac ſpecie frumenti,de quo agitur:nam ſtatim vt ſatũ eſt,videtur habere prærogatiuam quandam, vt iã fructus eius cenſeantur exeſtire,ac veluti pendere, iuxta textum,in.l.20.tit.4.lib.3.fori.ibi:*Que ſi fuere tierra, y fuere ſembrada,maguer que no aparezca el fruto a la faz õ de la muerte,parteſe por medio, quanto ende cuiere*.cũ traditis per Aioram in tractat.de partitio. 1. part capit 9. à num.1.& ſequentib.& ſic meritò dicit Bald.in.l. emptorem.C. de locato. num. 7. quòd quando colonus ſeminauit.par eſt,vt debeat & metere. Ex quo ſoluto matrimonio,fructus inter coniugem ſuperſtitem, & hæredem præmortui diuidendos, etſi non appareant in fundo,vbi ſeminati ſunt,apertè oſtenditur. Et ita in praxi ſeruari,& communiter verſari teſtantur viri recentiores non vulgaris autoritatis,Palac.Rub in repetitione rubricæ.§ 62.num.10. Roderi.Suarez in.l.1 tit *De las ganancias*,lib.3.fori,ad finem,& idem Aiora vbi ſup.num.24.& alij per Ioan.Gutier.in quæſt Canonicis,cap.33.num. 17. & ſic ad vtrunque ſimul videlicet fundum,& eius fructus pendentes,ſeu quod ibi ſeminatum eſt,referendum eſſe verbum,*Sembrados*,patet, niſi in illo caſu,in quo proprietas ab vſufructu ſeparata reſidet,vt dixi,ex Pinello plura obſeruante,in.l 1.2. p à nu.9.C.de bon.mater.& ex.l.20.tit.31.p.3.& ex alijs à principio huius capitis à me conſideratis.

5 Sed adhuc requieſcere non poſſum, cum pragmati-

cam

Digitized by Google

comprehendere voluerit, late diſſeritur, nu. 2.

Ciues compelli poſſunt, vt agros colant, & vineas plantent, graculos, & vermes, in meſsibus, & in vineis graſſantes occidant, nu. 3.

Tempore vindemiarum, & meſsium agricolas pro ciuilibus debitis non capiendos tenebāt Doctores ante pragm. n. 4.

De ferijs, quæ vacationem litium præſtant, agricolis meſsiū & vindemiarum tempore concedendis. nu. 5.

Priuilegio iure publico introducto renuntiari non poteſt, & quædam ibi verba huius pragmaticæ intelliguntur. n. 6.

Quando lex immunitatem concedens ſtrictam recipiat interpretationem vltra immunitatem expreſſam. nu. 7.

Fundorum appellatione an vineæ comprehendantur, & an appellatione terræ, vel agri? num. 8.

De alijs inſtrumentis rei frumentaræ, & agriculturæ neceſſarijs. Cap. IIII.

SED Non ſolum animalia, quæ ad arandū & ſeminandum, ſed ea etiam inſtrumenti, quæ ad terram colendam & infringendam requiruntur, capi non poſſunt, inquit enim lex *Ni en los aperos ni aparejos que tuuieren para labrar*, vt ligones, & inſtrumenta ferrea neceſſaria agriculturæ. Ita dixit Bald. in. d. l. executores, ea verò neceſſaria agriculturæ ſunt boues & alia animalia, de quibus proximè traditum eſt, & pecora ſtercorandi cauſa parata, vaſa quæ vtilia culturæ ſunt, in quibus portantur blada ad ſeminandum vel vinum laborantibus aratra, ſarpæ, ſarculi, & cultri, quibus terra ſcinditur, bidentes, & vomeres, qui vndique terram infringūt, furcæ, vel raſtelli, qui plures habēt dētes, & falces meſſoriæ, vt memorāt Vlpi. & Acurſ ibi in. l. inſtru

menta.ff. de fundo inſtrum. quæ omnia pro ære alieno agricolarũ, ſeu quorumlibet poſſeſſorũ, qui ad agros colendos habeãt deſtinata, capi, ſeu pignorari nõ poſſunt ex tot iurib. & legib. antiquis, & recentiorib. paſſim hìc enumeratis, & ex iure Gallor. ſingulari prout refert Renat. lib. 1. 1. p. cap. 7. in princip. ſunt enim hæc omnia manus & pedes laboratorum, ſine quibus nulla opera ruſticana perfici poſſunt, vt conſiderauit Greg. in iam dicta. l. 4, tit. 13. p. 5. in glo. fin. nec res frumentaria ſuſtineri poteſt, vt optimus eſt autor Virgilius. lib. 1. Georgicorum, vbi ait.

Dicendum, & quæ ſunt duris agreſtibus arma:
Queis ſine nec potuere ſeri, nec ſurgere meſſes,
Vomis, & inflexi primum graue robur aratri,
Tardaque Eleuſinæ matris voluentia plauſtra,
Tribula, trabeaque, in quo pondere raſtri,
Virgea præterea Celei, viliſque ſupelex,
Arbutea creates, & miſtica vannus Iacchi.

Hæc enim ſi egregie facta ſint, efficiũt ex paruis admodũ agellis largiores fructus colligi vt exẽplo. G. Furij Dreſini oſtẽdit ipſe Rena. vbi ſup. c. 9. verſ. quin

2 & opera. Poſt quod interrogari fas eſt, an ſit ex mẽte pragm. etiã cõprehendere corbes, ſeu caniſtros ad vindemiandũ, & dolia, & cupas & vrnas, & vtres ad cõſeruationẽ & retẽtionẽ vini perutiles? De Vrnis vero, & vtribus clarũ eſt. priuil. frui nõ debere, cũ in eis vinũ nõ cõſeruetur, ſed plerũq; in eis de loco ad aliũ exportetur, ita dixit gl. notabilis, verb. vtres, in. l. ſi cui. §. fi. ff. de oleo. & tri. leg. ıt. Cętera vindem. neceſſaria immunia eſſe nõ obſcure forte colligi diceretur, ex. l. frugẽ. ff. de verborum ſignificatione, vbi Iulius Paulus non ſolũ frugẽ appellat, quod ex frumẽto, ſed & quod ex

vino.

vino capitur,& ideo gloſſ.in.l.1.C.de agric. & cenſit. verb.frugibus,dicit agricolam tempore vindemiarũ hanc prærogatiuam habere,vt patet ex.l.1.ff.de ferijs. & ed cap.fin.de iudicijs,& ibi gl.fi. & ſentit Plalea in d.l.1.C.de agri.n 3.quod innuere videntur verba poſita,in principij huius primi capitis Pragmaticæ,ibi: *Que tuuieren para labrar*,quod nomen generale eſt, & quã cunque terræ culturã videtur comprehendere:& cum leges illæ antiquæ hæc diſponant,vel hanc potius patiantur interpretationem,conſonum erit,ſi hæc lex noua,quæ ad ampliationem,& interpretationẽ illarũ ſancita eſt,eaſdem etiã interpretationes admittat, text.in l.nihil.ff.de coniungen.cum emancipatis liber.eiuſ. & in authent.de filijs ante dot.inſtrum.natis.§.1. & fatetur Bart in.l.prætor.la.2.§.eritque hæc differentia, in fin.ff.de vi bonorum raptorum,Socin.conſil.188.n.4. lib.2.Rip.in.l.1.n.18.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Ludo. Roma.in conſ.345.nu.18.cum ſeq.vbi plura congerit.

Et facit,quia quẽadmodum ciues compelli poſſunt vt olieueta inſerant,& agros colant,ſic etiam vt vineas 3 plantent,vt notat Bart.in.l.quoties.in fin.ff. ad municipa.cum alijs allegatis per Auendan.in.2.part.de mandat.princip.cap.10.nu.23.cui addi potuiſſet tex.de iure regio, in conſeruationem vinearum factus, in. l.9.tit. 7.lib.7.nouæ cõpilat.& eſt quod traditur ab eod.Auẽ. vbi ſup.n.26.vſu frequẽter receptũ,vt vicini compellãtur,vermes,graculos,ac locuſtas,in vineis pariter,vt in meſsibus graſsãtes capere,& occidere:qđ extẽdẽdũ erit,etiãſi vineę clericorũ ſint,poſſunt quippe cogi,vt huiuſmodi animalia ſuis expẽſis occidãtur,ne aliorũ vicinorũ vineas cõmedãt,&cõmunis ſequatur clades,& calamitas,vt multis citatis corroborat Mex.Põt.ſuper

pragmatica panis, in .5. concluſ. num. 44. & ſequentib. Prodeſt etiam, quod mirè & eleganter traditur ab Innocen. & Panorm. in cap. fin. de peculio clericorum, & à Barba. ibi col. 3. Quod ſi clericus in terra eccleſiæ ſterili, & inculta, ſuis expenſis & induſtria plantauerit vineã, licet poſtea beneficio priuetur, etiã propter delictum, tamen ſibi ex bono, & æquo relinquetur illa vinea ad vitã ſuã. Quod etiã cõfirmauit Rebuff. in praxi beneficiali, lib. 3. tit. de mod. amitt. beneficia. nu. 60. Et quia ruſticos tam tempore meſſium, quã vindemiarũ, in carcerem pro debito ciuili deijciendos nõ eſſe ſcripſit Guiller. Benedict. in ca. Rainuntius, verb. & vxorẽ, num. 906. Quod ſummè commendat & laudat elegãs Parlador. in lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. in. 5. parte. §. 7. nu. 25. quod ſolum quidem fortiſsimum eſt argumentum. Sed contrariũ verius arbitror, nam hoc priuilegiũ inſtrumentis agriculturæ conceſſum nõ debet ſic interpretari, vt creditoribus præiudiciũ generetur, nimis reſtringẽdo bona, quę pro debitis pignorari, & pro executione capi poſſunt, cũ ſemper hæc priuilegia debeãt intelligi, vt ex interpretatione, & intellectu nullũ tertij præiudiciũ, & incõmodũ ſequatur. l. 2. §. ſi quis à princip. ff. ne quid in loco publico, vel itinere fiat l. nec auus. C. de emãcipatione liberorũ. c. ex multiplici, de decimis, ca. ſuper eo de offi. delega. Roder. Suarez in allegat. 7. col. 1. in fin. Nec obſtant in cõtrarium adducta, cum vindemiarum tempore vacationem litium, leges illæ tantum agricolis concedant, & ſic ſolum hic res frumentaria priuilegiata cenſebitur, nam frumentum pro ſui bonitate cætera excellit, vt dixit gloſſ. fin. in. l. frugem ff. de verborum ſignificatione. Illud, inquam, quod de vindemijs dicitur, de fe-

rijs

rijs intelligendum eſt, quæ pro bladis colligendis, & vindemijs fiendis ſecundum loci conſuetudinem conceduntur, vt quolibet horum fructuum tempore nullus agricola in iudicium vocari poſsit, vt in d.l.1.l.præſides.ff.de ferijs.d.cap.fin.de iudicijs.l.37.tit.2. partit. 3. De quibus etiam eleganter Renatus Choppinus in ſuo de priuilegijs ruſticorum tractatu, etiamſi in illo loco hi fructus non colligantur, nam adhuc feriæ dandæ ſunt, ſi de alijs locis ſibi prouideri debeant, ex ſententia Innocentij, & Panormitan.in cap. fin. num. 24. de ferijs, quam ſequitur Greg.Lop.in d.l.37.tit.2. partita.3.gloſſ.1. Et quia ratio agriculturæ potentior eſt, & maiori diligentia vbique obſeruanda, quàm feriarum ratio: nam iſtæ feriæ meſsibus conceſſæ non ſeruantur in regalibus auditorijs, nec in Romana Curia, vt dixit Speculator in tit.de ferijs.§.1.ad finem. Marã. de ord.iud.4.parte.26.diſtinct. iudicij num.61. & Gregor.in d.l.partit.verb.*frutos*. At verò lex iſta, quæ omnia hæc agricolis beneficia largitur, ab omnibus eſt ſeruanda, prout aliæ leges ſine locorum, & temporum diſtinctione obſeruantur, vt in l. 1. C. de legibus. l.conſtitutiones.C.de iuris & facti ingnorantia, & in cap.1.de conſtitut.leg.1.tit.2. libr. 2. nouæ Compilationis: & quia de conſenſu, & voluntate partium, feriæ meſsium colligendarum renunciari non ſolum expreſſe, ſed etiam tacite poſſunt, vt ſunt iura in d.l.1. l.ſi feriatis.ff.de ferijs, & ibi Bartol. & communiter DD. & Iaſon num.2.text in cap.conqueſtus, extra eodem titul. & ibi Panormit.num. 12. Speculat. tit. de ferijs.§ fin. Robert. Maran. vbi ſup.4.part.in. 6. diſtinct. iudicij num.59. Quæ ſententia procedit per regulam iuris, quæ præmittit poſſe quemlibet renunciare his,

quæ in ſui commodum ſtatuta ſunt, text. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis, adnotauit Iaſon. in d. l. 1. n.
6 2. de ferijs. Secus verò dicendum erit in caſu huius legis, cuius priuilegium cum introductum publico fauore ſit, renuntiari per contrahentes non poterit, text. in cap. ſi diligent. de foro competent. cap. ad apoſtolicã, de regularibus, cap. contingit, de ſenten. excom. cũ traditis per Panormi. in d. cap. conqueſtus. n. 6. quod ego alibi latius reaſſumo, vt in cap. 12. lib. 2. horum cõmentariorum, & quia ſi bene verba pragmaticæ perpendantur, & eius cauſa in principio appoſita cõſideretur, proculdubio agriculturæ frumentariæ datum priuilegium, & conceſsionem factam apparebit, inquit enim, *Y que las otras perſonas que tienen cortijos y heredades de pan lleuar, las dexan ſin cultiuar.* Et ad intellectũ iſtarũ legũ ſummoperè oportet verba, & tenorẽ omnino attendere, & conſiderare, vt ex text. in cap. cum dilecta, de reſcriptis. cap. porrò, de priuilegijs, Paulus Pariſ. conſil. 4. nu. 6. lib. 1. & in conſil. 9. num. 84. lib. 2 & Socin. conſ. 212. num. 2. volu. 2. & Rolan. a Valle, cõſ 61. num. 1. & 2. vol. 1. Auend. de mand. lib. 1. cap. 5. num 3. Etenim ſi lex de vindemiarum inſtrumentis diſponere voluiſſet, proculdubio expreſiſſet, nec in re tanti momenti ſubticuiſſet: & ſic pro omiſſo ex conſulto habẽdum eſt, text. in l. litem apud Labeonem. §. hoc ædictũ ſuperuacuum ibi. Ea enim, quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur quaſi neglecta. ff. de iniurijs, text. in l. 1. §. ſin autem ad deficientis. C. de Cadu. tollen. & in cap. ad audientiam, de decimis, cũ ſimilibus per Tiraqu. in l. ſi vnquã. verb. libertis. n. 3. & ſeq. C. de reuo. donat. Nec iuſta ratione mihi obijci pote-
7 rit, ſi quis dixerit, eadem ratione non procedere debere diſ-

re diſpoſitionem huius legis in caſu agriculture frumentariæ, quia in præiudicium creditorum tendit, nã hãc rationem publicæ vtilitatis ratio ſuperat, vt dicam poſtea, quæ non ita in inſtrumentis vindemiarum militat, & quia cum in hac lege nulla de eis mentio habeatur, intelligerem, præiudicium creditorum eſſe ad non expreſſa legem extẽdere, quæ cum priuilegium & immunitatem concedat, ſtrictè quidem interpretatio facienda erit, vt in. l. ſi quãdo. C. de inoffi. teſta. Archid. in capit. frater. 16. q. 1. & in. l 2. §. merito. ff. ne quid in loco publico. & numeroſe And. Tiraq lib. 1. de retract. §. 1. gl. 9. n. 184. quod præiudiciũ creditorũ ex interpretatione in frumẽtarijs non procedit, cum verba legis in frumenti fauorem ſæpe, & in omnibus dirigantur, & adeo clara & lata ſunt, & expreſſe hoc decernunt, vt nullo modo ſint apta reſtringi, vt notat Ang. in. l. fi. in 3. colu. ff. de conſtit. prin. & tradit Anton. in c. olim. de verborum ſignificatione. & ſic intelligo hos ſequentem Ioan. Bernar. in reg. 579. in. 1 limitatione. Nec obſtabit etiam dictum Guiller. Benedicti a Parlador. ſupra comprobatum, nam de inſtrumentis vindemijs neceſſarijs nulla ibi mentio fit, ſed de perſonis agricolarum, quos vindemiarum tempore carcere detineri nõ oportet, prout etiã huius legis diſpoſitio prævidit menſes libertatis aſsignans, qui illud etiam tempus cõprehendant, vt infra conſideraui in cap. 7. libr. 2. & annuit multis in locis Renatus, & 1. part. lib. 1. cap. 2. de priuil. ruſti. verſ. quinimo, vbi etiam refert Indorum conſuetudinem de intactis, iſtis tanquam publicæ vtilitatis miniſtris relinquendis. Præſertim, quia cum hæc lex, de cuius hic interpretatione agitur, de fundis frumentarijs loquatur, ad vineas neutique extendere

Digitized by Google

dere fas eſt, cum eorum appellatione vineæ non comprehendantur, vt expreſſe dixit Iaſon in.l. ſi quis legauerit, nu.3.ff. de lega.3. appellatione enim terræ, vel agri, non venit terra vineata, nec plantata; vt in.l. nulla, & ibi Bald. & eius additio. C. de acquir. poſſeſsion. & Auendanius de mandatis principum.1.par. cap.12. num.23. & idem de inſtrumentis vineis ipſis neceſſarijs dicendum eſt, cum non per ſe, ſed ratione miniſterij, ad quod diputata ſunt, exemptionem conſequātur: & ſic cum in vineis, & alijs extra rem frumentariam non procedat, quod maius eſt, nec in inſtrumentis ratione vinearum, quod eſt minus, procedit ex. l. qui indignus, cum ibi notatis per gloſſam, Bart. & Alberi. & communiter Doctores. ff. de Senatoribus.

Summarium capitis quinti.

An verbū, ni en ſus ſembrados, *referatur ad proprietatem fundi ſati, vel ad fructus in eo pendētes. n.1*

In terminis vſusfructus conſtituti an proprietas fundi pro executione capi poſſit, nu.2.

Fructus pendentes, pars fundi eſſe dicuntur, & ideo cū eo veniunt in alienatione, & alijs rebus, tanquam acceſſorÿ, & appendices ipſius fundi, vbi pendent, nu.3.

De fructibus non apparentibus, etſi ſeminatis, nonnulla ſcitu digna referuntur, nu.4.

An verbum, ſembrados, *fructus tantum ſatos, & nō natos comprehendat? n.5.*

De fructibus futuris ſuo tempore colligendis, adducto rerū practicarum exemplo, proponitur ſubtilis quæſtio. n.6.

Qua ratione fructus pendentes, tanquam quid ſeparatum à fundis vbi pendent, conſiderentur, un.7.

Vera

Vera reſolutio,& ratio quæſtionis de fructibus futuris propoſitæ traditur,nu.8.

De prædijs frumentarijs,ſatis,& de fructibus in eis pendentibus pro executione nō capiendis. Cap.V.

CVm propriū ſit agricultorum,lætari in meſſe, cum de laboribus,quos in ſeminādo impenderunt,plenas tenēt frugibus, atq; ſegetibus manus ſuas,& animus ad laborem addatur pretioſum fructum terræ expectantibus,& è contra quælibet ſtudia ſine remuneratione torpeſcant,vt cōſtat ex Franc.Titelm.ſuper Pſalm.125.in illis verbis, *Portantes manipulos ſuos*,& ex.l.2.C.de ſtatuis & imaginibus, nimirūm, ſi præſens pragmatica proſequatur dicēs,*Ni en ſus ſembrados*.Quare ex ea notandū erit, ſata pro executione capi nō poſſe,ſed dū ſata lex expreſſe nominat, inane non erit quærere,an hoc verbū,ad fructus tantū, vel ad proprie talem fundi,vbi ſati ſunt, vel ad vtrunque ſimul referatur?quia ſi tātū ad fructus refertur,proprietas ipſa capi pro executione poterit,cum ſit res ſeparata & diſtincta ab ipſo vſufructu, & ideo poſsit eſſe apud vnū,& vſusfructus apud aliū,vt in.§.vſusfructus, inſtit.de vſufruct.vbi Iuſtinianus ait:Vſusfructus à proprietate ſeparationem recipi.l.20.tit.31.part 3.& colligitur ex.l.1.& per totum ff.de vſufructu,& ex Pinello plura referente in.l 1.2.par.à num.9.C.de bon.maternis.Hocq; à iuris perito magis dubitari poterit, qui ſciat habentem vſufructum poſſe à domino proprietatis dominium ipſiuſmét proprietatis emere, vt in.l. ſi tibi.ff.quibus mod.vſufruct.amitt. & ibi gloſſ. 1. & commu-

communiter Doctores,& ex text.in.l. 24.tit.31. par.3. ibi:*Eſſo miſmo dezimos,que ſi aquel que ouieſſe el vſufruto en la coſa,compraſſe la propiedad della,*& quia ipſe proprietarius poteſt alienare proprietatem ſine conſenſu fructuarij.l.locum.§.proprietarius.ff.de vſufructu,& ibi id expreſſe notat Paul.Caſtren. & per conſequens non ſine effectu eſſet, ſi ipſa proprietas pro executione caperetur.

2 Quæ omnia vera ſunt,& in terminis vſusfructus cõſtituti per legatum a teſtatore relictũ,aut per donationem factã vſusfructus,alicuius fundi,vt in.l.ſi quis ita. ff.de vſufruct.l.cũ ita.ff.de vſufr.leg.l.20 tit.31. par.3. cũ.ll ſequen.& vt probatur per Ariũ Pinel.in.d.l.1.2. part.C.de bon.mater.nu.11.nam ſi aliquo modo agricola habeat vſufructum prædij alicuius,proprietas autem ipſa alterius domini debitoris cuiuſcunque cõditionis ſit,pro executione debiti ipſius capi poterit, cũ non ideo agricultura impediatur, nec in præiudicium vſusfructus tendat, ſi quidem per alienationem proprietatis vſusfructus non extinguitur,vt in. d. l. locũ. §.proprietarius.& colligitur ex.l corruptionem. C.de vſufructu,& ex.§.finitur. inſtit. eodem tit. & ex dict. l.24.tit.32 part.3.vbi non inuenietur inter alias cauſas, quibus vſusfruct.extinguitur,per venditionẽ proprietatis extingui,& ſic manet firma regula,quòd per talẽ venditionem non extinguatur,ex.l.quæſitum. §. idem reſpondit.ff.de fundo inſtructo.vbi exceptio firmat regulam in contrarium.l.nam quod liquide.§. vltimo ff. pen.leg.cum traditis, & eleganter intellectis per D. Couar.l.2.variarum reſol.cap.5.nu.5.&.6.

3 Sed quando vſusfruct.conſtitutus non eſt,proculdubio nec in fructibus,neque in proprietate prędiorum, vbi

vbi pendent, aut ſati ſunt executio fieri poterit: nam fructus pendentes pars fundi eſſe noſcuntur, habito reſpectu ad ipſius fundi ſtatum præſentem, quo fructus pendentes ſunt. l. fructus pendentes. ff. de rei vendicatione, de quo eleganter per eundem D. Couar. lib. I. variarum reſolut. cap. 5. num. I. quem citat, eiuſque ſententiam ampliat Ioan. Matien in. l. 7. tit. II. gl. 12. num. 7. lib. 5. nouæ compil. & ſic capto fundo, per conſequens & fructus capientur, cum etiam vendito fundo, fructus pendentes in venditione cõprehendãtur, cũ illi hæreant, ex. l. Iulianus. §. ſi fructibus. ff. de actionibus empti. l. qui fundum. §. cum fundum. l. cum manu ſata. ff. de contr. emptione. l. vltima. § non ſolũ. ff. de his quæ in fraudem credit. l. II. tit. 15. part. 5. & Couar. late vbi ſupra. Qua ratione procedit, vt in retractatu fundi, & in fundo dato in ſolutum, & in legato & fideicommiſſo, & in conceſſo ad feudum, & in amiſsione feudi, & in publicatione fundi, & in ſententia, quæ fundum reſtitui iubet, & in renuntiatione beneficij, & in alijs veniant fructus pendentes tanquam acceſſorij, & appendices ipſius fundi, vt late proſequitur Andr. Tiraquell. lib. I. de retractu. §. I. gloſſ. 7. nume. 42. & 43. & ſequitur Ioan. Matien in. l. 7. tit. II. glo. 12. nu. 7. lib. 5. nouæ Compila. & Montaluus in. l. 10. tit. 4. lib. 3. fori, in gloſ. I.

Atque idem dicendum erit, ſi fructus tam pendentes, vt ſupra, quam ſi in fundo non appareant nam adhuc ille fundus ſatus nequaquam pro executione capi poterit, cum ex eo, quia ſatus ſit, cum fructu eſſe cenſeatur, text. in. l. interdum. l. inter ſtipulantẽ. §. ſacram. verſ. pro quo, ib. Si ſtipulatus fuero, ex fundo centũ amphoras vini expectare debeo, donec naſcatur. ff de 4

verb.

in.l. in delictis.§.ſi extraneus.ff.de nox.actio.l. Titius ff de milit.teſtam.i.2.&.3.ff. de auro & argent. legat. Paul.Caſtren.in.l.quod ait lex,num.3.ff. ad legem Iuliam,de adult vbi habetur,quòd quādo qualitas facit, vt qui ſ cui competat,neceſſe eſt vt ea adſit, quo tempore actus fit,quod facit ad quæſtionem:nam ſi ex fundatione ad obtinendam capellaniam requiratur qualitas ſacerdotij,non poterit prouideri alteri, quā habenti illum ordinem requiſitum,vt in gl. cōmuniter recepta,in cap.ſi eo tempore,de reſcriptis,lib. 6. vt tradunt Roch.de Cur.in tract.iuris patron. verb. honorificū. nu.21.quē & alios allegatos reperies in cōſ. 1.n.82.& ſeq.eruditi Ioan.Gutier.& eo non citato Doct. Spin. in Spec.teſtam.gl.4.prin.verb.de patrono a teſtatore nominato.n.66. nam de non habentibusqualitatem ad actum quemlibet requiſitam non magis curandū eſt, quam de mortuis,qui in rerum natura non exiſtunt. l. 1.§.ſi patronus.ibi.Pro mortuo habetur.ff. de coniūg. cum emancip.liberis eius.l. ſi necem. §.deportatus.ff. de bonis libertorum,& tradit Ludoui.Molin.deHiſp. primog.lib.1.cap.9 nu.29.&.30. Ad cuius quæſtionis perſpicuam reſolutionem erunt adijciēda ea,quæ tradit Menoch.de arbitrarijs,lib.2 cent.4. caſu. 398.nu. 17. vt hæc immunitas locum non habeat eo in caſu, quo executio fieret in rebus quidem aptis ad culturā agrorum,ſed quæ non dum eſſent,in opere ipſo.

Summarium capitis quarti.

QVid appellatione inſtrumenti agricultura diputati cōtineatur? num. 1.

An huius pragmatica cōſtitutio vindemiarū inſtrumēta compre-

cam videam tantum de fatis loquentem: vnde vlterius dubitatur, an aliud ſit eſſe ſatum, aliud autem eſſe natum, ſecundum illud diui Marci in. 4. cap. Euangelij: Sicut granum ſinapis, quod cum ſeminatum fuerit in terra, &c. & ibi. Et cum natum fuerit, aſcendit in arborem, & diui Lucæ cap. 8. ibi: Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum: & quia aliud eſt ſerere, aliud autem metere, iuxta illud Dauidicum: Qui ſeminant in lacrymis, in exultatione metent, & Virgilius ait:

Inſere damni piros, carpent tua poma nepotes.

Sed nullam hoc patitur difficultatē, quia hoc verbū, *Sembrados*, non ſeminatum, tanquā ſemē reſpiciat, ſed tanquam fructus ſuapte natura exiſtentes, ex eo quod fundus ſeminatus cum fructu iam eſſe dicitur, vt probaui nuper n. 4. & quia omnino ſic eſt intelligendū, vt hoc verbū aliquid importet ex. l. quod Labeo. ff. ad carbon. & ex cap. Abbate ſancti Siluan. de verbo ſignifi. c. perro. de priuil. cum ſemen tantum pro nihilo reputaretur, quæ eſt potiſsima ratio in quæſtione de decima ſine deductione ſeminis ſoluenda, vt in cap. cū nō ſit in homine de decimis, Hoſtienſ. in ſumma eod. tit. §. ſed vtrum præſcribi, verſ. ſecundo quæritur, in fin. tex. in. l. 14 tit. 20. p. 1 ibi, *Que la ſimiente, deſpues que es ſembrada, muere, y por ende no es en poder del que la ſiēbra, &c.* Et merito quidem peritiſsimus quiſque hæc omnia in dubium trahere poterit: nam cum fundum ſeminatum, & fructus in eo pendentes, cum pars fundi eſſe dicantur, pro executione non poſſe capi ſupra docuerim. Tamen an fructus futuri, tanquam qui ſuo tempore colligendi, & ſeparandi à prædijs ſunt, cum tunc diuerſo iure cenſeantur, capi poſsint, non leuibus 6

ductus

ductus argumentis ambigo. Video enim fructus futuros vendi poſſe, ad quorum venditionem ſufficit rē eſſe, ex qua poſsint produci, text. eſt in. l. debitor. §. veriſimile. ff. de cont. emptione. l. 11 tit. 5. part 5. & ibi notat Greg. in verbo, *Salir el fruto*, & æque fructus tā nati, quam naſcituri pignorari poſſunt. l. ſi is qui. §. fin. ff. de pign. l. 2. tit. 14. part. 5. & non ideo fundus, vbi fructus ſunt, venditur, aut pignoratur, nec tanquam immobilia fructus iudicantur. Quod ex his præſertim rationibus manifeſtum apparet, vtpote quod ex venditione fructuum in ciuitatibus, & alijs oppidis capitatis, vulgo, *encabeçados*, non debetur gabella conductori decimæ rerum immobilium, cum non ſint venditio rei immobilis; licet fructus nati, ſeu naſcituri vendantur, quia in illa venditione illa conditio ineſt, ſi naſcantur, ex l. interdum. ff. de verborum obligation. l. 1. in principio. ff. de condit. & demonſtrat. & in diuerſa ſpecie tradit Ignatius de Laſarte in tractat. de decima. vēdit. & permutat. cap. 5. numer. 19. nam in locis capitatis vltra vectigal. ratione capitationis impoſitum, certa gabella ex venditione immobilium debetur ex conditione inter ipſos ciues appoſita, vt repartitio collectæ diminuatur, effectuſque eſt, an ex venditione fructuum futurorum conductori decimæ prædiorum illa gabella debeatur, & quanuis non deberi, palam ſit, quia tanquam poſtea colligendi fructus venduntur, & tantum fundi pars eſſe dicuntur, ſecundum preſentem ſtatum, vt ex Couar. vbi ſupr. dixi, tamen ipſe Ignatius, qui erudite & copioſe illum tractatum edidit, intactam hanc quæſtionem, ſi meminerim, reliquit, cum vtilis, & frequens ſit: & auidis conductoribus non mirum ſi hoc dubium, vt interrogatione, &

conſi-

conſilio egeat, videatur, cum à nonnullis retractum fructuum patrimonialium prædiorum intentatũ fuiſſe conſtet, vt aſſeuerarunt decepti, Mat. de Afflict. in tract. Prothomiſeos, in princ. legis. nu. 4. & Caſſan. in cõſue. Burg. tit. de retract. rub. 10. §. 1. in verb. hæritage. col. 2. verſ. ſed iuxta hoc quæro. nu. 9. & alij relati per Andr. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. gloſ. 7. n. 37. & ſeqq. quos ipſe ibi, & Ioan. Matien. in. l. 7. tit. 11. libr. 5. nouæ Compil. glo. 1. nu. 32. improbant alios, huius veræ reſolutionis autores recenſendo.

Ex quibus videtur cognoſci, fructus iſtorum agricolarum, etiam pendentes ſi conſideremus eos, tanquam poſtea colligẽdos, & ſeparandos, pro executione capi poſſe, cum illo caſu, non ſecundum præſentem ſtatũ, ſed ſecundum aptitudinem, quam ad hoc, vt poſsint colligi, habeat, videatur eſſe quid diſtinctum, & ſeparatum ab ipſis fundis, vbi pendent, idque colligitur ex l. iubemus. C. ad Trebel. & ex doctrina Barto. in. l. ſcimus. num. 2. C. de inoffic. teſtam. & colligitur ex eo, quòd non videtur quis alienare rem prohibitam alienari, etiam ſi fructus eius alienet, text. in. l. in ædibus. §. ex rebus. ff. de donatio. & ſic in fructibus poteſt fieri executio in bonis maioratus, de quo latê Peralta in. L. 3. qui fideicommiſſa. num. 128. ff. de hæred. inſtituend. Greg. in. l. 2. tit. 8. p. 3. verb. *En tantos bienes del demandado*. Ant. Gom. in. l. 40. Tauri. n. 74. & Mier. de maioratu, 3. p. q. 9. num. 24. & Palac. Rub. in rub. de donat. inter. §. 62. n. 10. 7.

Sed ego in præſentiarum aliter ſtatuendum arbitror, nempe etiam iſta præhabita conſideratione, atq; proteſtatione, fructus pendentes pro executione capi non poſſe, quia adhuc agricultura impediretur, ipſeq; 8

D cul-

cultor ſibi de neceſſario ad ſeminandum, de quo in ſequenti cap. diſſero, prouidere non poſſet, & domini prædiorum in penſione ſibi debita in fructibus, niſi litibus exortis, non præferrentur, vt in ca. 3. huius pragmaticæ. Et hoc obſtaculum de medio tolli debet, vt ad vlteriora neceſſaria liberè procedatur, vt in. l. gemma inclusa, & ibi Bald. ff. ad exiben. Et quia huius pragmaticæ ratio verſatur in fructibus, quatenus ſata capi prohibet, & fructus pendentes reſpicit prohibitio, nec ſemen, quod ſeminatum eſt, attendit. vt dixi text. eſt ad hoc celebris in. l. qui ſcit, in princ. ff. de vſur. ibi: *Quia omnis fructus non iure ſeminis, ſed iure ſoli percipitur*, & in. § in alieno, eiuſdem legis, ibi: *Quoniam in percipiendis fructibus magis corporis ius, ex quo percipiuntur, quam ſeminis, ex quo oriuntur, inſpicitur, & quia ex quo ſemẽ eſt ſeminatum, iam dicitur fructus pendere*, vt in. l 10. tit 4. lib. 3. fori, quam vigere ſupra probaui: nihil enim circa ſata hæc lex diſpoſuiſſet, ſi iſta præhabita conſideratio ne potuiſſent capi, quod fieri omninò vetat, quia quando aliquid prohibetur vna via attento effectu, tunc intelligitur prohibita alia via, & omnis modus, per quẽ poſſet perueniri ad illum effectum. l. cum lex. ff. de fideiuſ. Panor. in cap. tuæ, de procura nu 4. Nec proteſtatio in contrarium facta releuat, tanquam facto, de quo agitur, aduerſa, vt in c. ſolicitudinem, de appellat. l. 1 C. de furt. l. vbi repugnantia de regul. iur. Dec. conſil. 460. vol. 2. n. 3. & quia proteſtatio ſolum conſeruat ius quod competit proteſtanti, ſed nihil noui iuris tribuit, vt in. l. ſi debitor. § in venditione ff. quib. mod. pigno. vel hypoth. ſoleitur. & per gloſ in cap. potuit, de locato, cum alijs traditis a Decio in conſ. 506. num. 19. volu. 2.

Sum-

Summarium capitis ſexti.

PRiuilegium, quod reperitur in ſecunda cauſa, multo fortius reperietur in prima, nu 1.

rumentum, quod ſerendi cauſa ſepoſitũ eſt, an pro executione capi poſſit? nu 2.

An & triticum, ſeu ordeum, quod agricolis, ſeu eorum animalibus aratorijs pro victu eſt neceſſariũ, capi poſſit. n. 3.

rapoſitæ quæſtionis reſolutio, multis rationibus, & argumẽtis elucidatur, nu. 4.

efer untur abſurda, quæ ſequerentur, ſi frumentum pro victu neceſſarium non caperetur, nu. 5.

iuerſo iure cenſentur, & iudicantur fructus à ſolo ſeparati quam pendentes, nu 6.

um alimẽtorum modus decerni debeat pro qualitate eius, qui alitur, quid decernendum in agricolis? nu. 7.

An aliqui fructus à prædio iã ſeparati pro executione capi non poſſint? Cap. VI.

POſt hæc valde ambiguũ, & à multis in controuer- 1
ſiã adductũ reperio, an triticũ, ſeu ordeũ, aut quæs frumẽti ſpecies agricolarũ, quæ adhuc in area eſt, el in horreo extat pro executione capi poſſit? gloſſ. erb. vtilia, in l. inſtrumenta, & ibi tex. ff. de fun. inſtr. xit, inſtrumẽti appellatione cõtineri vaſa, ſeu ſaccos, quibus portantur blada ſeminantibus, vel vinũ laborantibus: quòd ſi ideò ſaci priuilegiati ſunt, quia in eis adũ aſportatur, multo magis bladum ipſum priuilegiatum erit: nam prima cauſa eſt contentum, ſcilicet, adum, & ſecũda, quod cõtinet nempe ſaci, & ſi hoc iuilegium reperitur in ſecunda cauſa, multo fortius iam reperietur in prima, vt in authen. multo magis.

& ibi Bald. & Paul. Caſtr. C. de ſacroſ. eccleſ. text. in ſancta gloſ. in clem. vnic. in princip. de reliq. & venerat. ſanct. text. in princ in cap. cum Marthæ, de celebratio. Miſ. & quam plurimis alijs allegatis id probat Euerar. in locis: arg. leg in loco a minori, nu. 5.

2 Sed quicquid alij obloquantur, & praxi perperam obſeruetur, iure dicendũ eſt, quod iſta lex, quæ impedit ſata pro executione capi, videtur etiã impedire frumentum, ſeu bladum ipſum, quod ſerendum eſt, pignorari, aut aliter capi: nam ſi fructus immunes ſunt, vbi pendent: ipſa præparatoria ad fructus producendos immunia cenſenda erunt, vt in. d. l. inſtrumenta, & l. diuortio. §. impendia. ff. ſoluto matr. & prohibito illo, videtur eſſe prohibitum omne, per quod peruenitur ad illud tex. in. l. oratio. ff. de ſponſal. tradit Platea, in. l. 1. C. de agric. & cenſ. lib. 11 n. 3. circa fin. Ex quo videtur clare reſolui, illud frumentum, quod agricolis debitoribus ad ſeminandum neceſſariũ eſt, capi nullo modo debere, cũ appellatione inſtrumenti culturæ ne-
3 ceſſarij contineatur frumentũ, quod ſerendi cauſa ſe poſitum eſt, vt inquit Vlpian. in. l. quæſitum. circ. prin. ff. de fundo inſtr. & Celſus in. l. ſi fundũ. § ſeminarios, ff. de vſufr. & in hoc ſemper reſedi: nã quorſum noualia capi prohibentur, niſi quia in eis eſt ſeminandũ? requiritur igitur, vt ſemẽ capi non poſſit, nãſicut noualia tanquã præparatoria ad ſata capi nõ poſſunt: ita ſemẽ tanquã præparatoriũ ad noualia minus capi poterit. ex. l. qui mittuntur §. penul & ibi gl. verb. agere. ff. ex quib. cauſ maiores. Platea in. l 1. C. de agri & cẽſit. n. 3. in fin. & qui habet auſtum iter, debet habere ad euũdũ, tex. in. l. 3. §. fin. ff. de feru. ruſt. præd. & cum lex iſta prodita fuerit in tantum reipublicæ bonum, & fauorẽ

ca-

ademq; eius ratio, imò potior verſetur in ſemine, quā i noualibus, infirmitas eſſet intellectus illam non ex- ɛndere ad caſum ſimilem, ſeu potiorem rationem ha entem, vt in l. his ſolis, C. de reuocand. donat. Iaſ. in iuris gentium. §. ſed cum nulla, col. 6. ff. de pact. & in a Titio ff. de verbor. oblig. tradunt ibi cōmuniter cribentes, & Petr. Nun. de mand. prin. 1. p. c. 14. nu 4. erſ. vltima ergo, & Matien. in l. 1. tit. 2. lib. 5. Recop. ;loſ. 2. n. 5. in fine.

Deinceps operæ pretiū eſſe duco vlterius progre i in indagatione propoſitæ quæſtionis, an etiam pro xecutione capi non poſsit triticum illud, quod agri- ultori, & ordeum, quod eius animalibus aratorijs pro uotidiano victu & pabulis eſt neceſſariū? In qua quę ione pro parte negatiua, videlicet, quòd huiuſmodi umentū victui neceſſariū capi non poſsit, facit quia ıſtrumenti agriculturæ neceſſarij appellatione conti etur, ex ſententia Vlpiani in l. quæſitum, in prin. ff. de ınd. inſtr. imò inqnit, quòd cauſa ſeminis nihil à ciba- js differt: igitur ſicuti quod ad ſerēdū ſepoſitū eſt, ca i nō poteſt, vt indubitāter dixi, ita etiam quod ad veſ ēdū paratū: & quia neceſſarium eſt, agricolā eſſe, qui grū colat, ne gēs fame pereat, vt dixit gloſ. in verb. ahantur in l. 1. C. de agr. & cenſ. lib. 11. Vnde inferri idetur, quòd ad hoc vt ſint agricultores, omnino re- uiratur, eos frumētū, quo veſcātur, habituros fore, & nimalia ordeū, quo pabulētur, cū nemo præſumatur iuere de vento. l. fin. C. de alimen. pupil. præſtand. art. Imola, Alexand. & Iaſon in l. cum ſeruus. ff. de erbor. obligation. Alciat. in tractat. de præſumpt. in eg. 1. præſump. 50. à n. 1. & ibi eleganter in additioni- us Ioannes Aralatinus. Adiuuat multum nūquā ſatis 3

laudandus de iure regio, text. in. l. 29. tit. 18. lib. 6. nouæ compil. vbi dicitur, quod etiã ex facultate Regia non poteſt extrahi de populo frumentum, niſi in eo prius pro victu cuiuslibet, & pro ſationibus illo anno faciẽdis neceſſariũ ſupereſſe conſtiterit, prout etiam ſtabilitum eſt in præſenti pragmatica, in cap. 7. vbi dicam. Cui diſpoſitioni ſuffragatur, quia quando de frumento ciuitatis debetur alicui certa quantitas, illa tribuitur de eo, quod ſupereſt, ex ſententia Bart. in. l. ſi quis, C. de aquæ ductu, num. 4. lib. 11. Quæ (vt opinor) ratio conſideratur in diſpoſitione, quæ prohibet executionẽ fieri pro debito vniuerſitatis in frumento, quod in horreis publicis reconditum eſt, vt expreſſe diſponit text. in. l. 16. titu. 21. libr. 4. nouæ Compil. & notauit id Parlador. in. 2. part. rerum quotidianarum, cap. fin. in 5. par. §. 3. nu. 38.

4 Sed nihilominus intrepide tenẽdum erit, quod frumentum, præter id, quod ad ſerendum requiritur pro executione capi poſſit. Et pro iſta affirmatiua parte, quæ eſt vera, facit, quia agricola non eſt de priuilegiatis, ne conueniantur, vltra quam facere poſſint, vt colligitur ex. l. miles, cum multis ſeq. & ex traditis ibi per DD. ff. de re iudicata, & patet ex. l. in condẽnatione, & l. diuus. ff. de regul. iur. & ibi Phil. Dec. & l. 1. titul. 15. part. 5. verſiculo. *Fueras ende*: & cum non inueniatur prohibitum, ne conueniantur, vltra quam facere poſſent; cenſendũ eſt eſſe permiſſum, vt conueniri poſſint, non habita ratione, ne egeant, cum omnia cenſeãtur permiſſa, niſi prohibita reperiantur. l. necnon. §. quod eis, & ibi gloſſ. ff. ex quib. cauſ. maiores, tex. in. l. ab ea. ff. de probat. & in. l. mutus. §. cum quæritur. ff. de procurat. & quia debitores tenentur aſſignare bo-

na,

ū,in quibus executio fiat, & dare fideiuſſorem, quod ſunt bona valoris debiti, & ſine periculo euictionis empore, quo diſtrahantur: alias enim detrudentur in carcerem. Quam bonam practicam in Regno obſeruari, vt omnes vidimus, dicit Gregor. in l. 4. tit. 15. par. 5. gloſ. 1. & tradit Maranta de ordin. iud. 6. part. de execut. ſentent. num. 22. & Auend. in dicto verb. *Almoneda*, Gouarrub lib. 2. Variar. cap. 1. num. 2. Baeça de inope debit. c. 1. nu. 27. Aſsignare igitur etiam frumētum pro bonis debebit agricola, cum aſsignari nequā prohibeatur. Et in tantum verum eſt hoc, vt etiamſi cedere velit bonis, teneatur dimittere omnia bona creditoribus ſuis, quæ temporis ceſsionis poſsidet, vt gloſ. cōmuniter recepta, in l. penul. ff. de ceſ. bon. verb. non debet, circa finem & l. 10. tit. 15. partit. 5. ſolumque bonis cedentibus lineæ beſtes, ſeu quæ ad mortem damnatis relinqui ſolent, vt videre eſt apud Gregor. in ea Paritæ l. verb. *vino los paños de lino*, & apud. Ioan. Matien. in l. 4. titul. 16. lib. 5. nouæ Compil. gloſ. 2. num 8. quid de peculatur a domino Couar. in lib. 2. variarum, cap 1. n 5. verſ. is autem Sufficit enim, agricolis relinqui inſtrumenta agriculturæ neceſſaria ad quærendū victum, etiamſi bonis non cedant, cum in reliquis artibus, niſi illis qui bonis cedant, inſtrumēta talia ad quærendum victum non relinquantur, vt dixit Ioan. de Medin in lib. de contract. quæſt. 3. cauſa 3. & quæſt. 5. & ex Couar. & Matienç. vbi ſupra patet.

Et quia ſi triticum, dū in area, vel in horreo eſt, pro executione capi non poſſet, vel vltra ſationi neceſſarium pro quotidiano victu agricolæ, eiuſq; aratorijs animalibus eſſet relinquendū, habita ratione ne egeat, multa abſurda, & incommoda ſequerentur: nam eſſet 5

datum agricolis priuilegium, ne conuenirentur, vltra quam facere poſſent: quod non eſt credendũ de Principe voluiſſe concedere; nam cum deficiant verba, & mẽs defeciſſe creditur, ex. l. 4. §. toties. ff. de dãno infecto: & quia non poſſent, etiamſi ære alieno grauarentur, inuiti ad ceſsionem bonorum cõpelli, ſi habuiſſent huiuſmodi priuilegium, vt frumentum etiam inter reliqua bona dimittere nó cogerẽtur, vt ex Ioan. de Immol. in. c. Odoardus, de ſolut. aduertit idem Greg. in l. 1. titu. 15. part. 5. verbo, *Padre o abuelo*: nam nulla bona cedenti ſunt relinquẽda. Nec obſtat, ſi agriculturæ inſtrumenta aliàs agriculis relinquãtur, quia tanquã inſtrumenta artis agriculturæ proculdubio auferri, nec maiorũ cõſuetudini, nec reipublicę cõuenit, ex. d. l. executores. l. pignorũ, cũ ſimilib. & per cõſequẽs cũ frumẽtũ ſibi etiã reſeruari expreſſum nó ſit, cõceſsũ eſſe nó intelligitur, vt reſeruetur: nec hæc princeps veriſimiliter eſſet conceſſurus, text. in. l. creditor. §. Lutius. ff. mandati. l. pen. ff. de priuileg. creditor. l. obligatione. ff. de pignorib. & in cap. generali, de regul. iuris, lib. 6. Et quia in præiudiciũ creditorũ nõ ſolũ nó eſt hęc cõceſsio amplianda ad nó expreſſa, verũ etiam verba ipſa impropriari potius licet, quam quod præiudiciũ alicui ex extẽſione priuilegij inferatur, tex. in. c. ſuper eo, vbi Bald. de offi. deleg. Phil. Dec. in cõſ. 520. incipit, *In caſu piſtorienſi*. nu. 3. & quia ſola ratio frumenti ſuffeciſſet, ſi capi nó poſſet, vt agricolæ cũ alterius etiã detrimẽto diteſcerẽt, cõtra naturalia iura, vt in. l. nã hoc iure. ff. de præſcrip. verb. cũ ſimilib. Et vt ſic nó locupletẽtur, prouidẽdũ eſt, cũ ſit etiã de natura ruſticorũ, cũ ditantur ſuperbire, & ſe in elationẽ extollere, ex tex. in l. ũn. C. de agr. & municip. lib. 11. notat Ioan. Plat. ibi, &

Greg.

Greg. in. l. 55. tit. 5 p. 5 verb. *Que hã en ella parte.* Nec obſtãt, ſuperius adducta ex. l. quæſitũ. ff. de fund. inſtr. in princip. vbi appellatione inſtrumẽti frumentũ & vinũ ad cibaria paratum cõtineri dixit Vlpia. quia intelligũtur in ſpecie inſtrumẽti legati: ſecus vero in ſpecie, de qua in præſenti pro executione debiti facienda agitur, & verba huius pragmaticæ in d. c. 7. ad aliorũ prouiſionẽ capi frumẽtũ prohibẽt: ſed in ſpecie debiti, & æris alieni ab agricola cõtracti nõ diſponũt, & ſic hoc remanet in diſpoſitione iuris cõmunis, ex. l. cõmodiſsimè. ff. de lib. & poſth. Imò vt triticũ, ſeu fructus prædiorũ pro debitis capi poſsint, ipſamet pragmatica oſtẽdit in. 3. c. vbi dominus prædiorũ pro pẽſione ex locatione ſibi debita omnibus alijs creditoribus in eorũ fructibus præferri iubet, & ſic inſinuat poſſe a creditoribus fructus pro executione capi: nã ſi ab alijs id fieri prohibitũ eſſet, verb. d. c. 3. nullũ dubiũ prorſus decider. t; cõtra tex. l. qđ Labeo. ff. de carb. edict. l. 1. in fi. ff. ad municip. Ex quo manet, poſſe prædiorũ fructus, extra quod ferẽdi cauſa neceſſariũ eſt, vt dixi pro executionibus aſsignari, etiãſi ſata nõ poſsint, cũ ex eo qđ a prędijs ſint fructus ſeparati diuerſo iure ſint cenſendi, vt tx. in. l in ędib. §. ex reb. ff. de don. Bal in. l. vlt. C. de vſucap. pro dona. nec de eorũ ſubſtãtia eſſe dicuntur, ſed quid ſeparatum, tex. in. l. ſcimus, in prin. vbi Bar. n. 2. C. de inof. teſt l. iubemus. C. ad Trebel. & fructus a ſolo ſeparati cẽſentur res mobiles. l. fin. ad fi. de requirend. reis, & tanquã quid ſeparatũ a rebus, vnde percipiuntur. Ex quo facile poteris colligere rationẽ, quare vſufructuarius fructus collectos, nõ verò pẽdẽtes ad hęredes trãſmittat, ex. l. ſi vſusf. ff quib. mod. vſusfr. amit. l. defuncta de vſuf. cũ alijs vulgatis, pro quo expẽdo ex. 6

in

in l. fundi nihil. ff. de act. empt. ibi: *Fructus perceptos villæ nõ eſſe cõſtat &c.* quòd ſi illi vẽdita villa, ſeu prædio ruſtico fructus percepti vẽdini cõ dicuntur, minus eſt intelligẽdũ, prohibito fundo diſtrahi fructus perceptos prohiberi. Secus verò dicendũ in hoc caſu eſſet de fructibus pendentibus; qui fundi venditione veniũt, & vendito fundo, fructus venditi dicentur. l. Iulianus. §. ſi fructibus. ff. de act. em. tit. l. item ſi fundi. ff. de vſufr. de quo eleganter, vt ſemper, tradit Couar. lib. 1. variar. c. 15. quod de fructibus a ſolo ſeparatis dicendum non eſſet, cũ venditi nõ cẽſeãtur, ex l. ſi vſufructuarius meſſem. ff. quib. mod. vſufr. amit. Roman. conſ. 309. in fin. & in conſ 10. incipit: *Quæſtionis propoſitæ*, & vtrobique in additionibus Mandoſius. Cæterum quatenus frumẽtum capi poteſt, non abs re erit conſulere, vt prius in grano exiſtat ab ſpicis videlicet ſeparatum, ne agricultura impediatur, ſi ab ſpicis per triturationem non ſeparetur, cum frumentum ſic ſuã cõſequatur vtilitatẽ, vt in l. fin. §. fin. & ibi Bald. C. de ſeru. & aqua. Cur enim raſtelli ad triturandum capi non poſſunt, vt dixi, niſi quia eis frumentum eſt triturandum? Quod ſanè reſidebit in arbitrio iudicantis, qui impartiri officium ſuum etiam non petitum debebit, cum verſetur in eo publicum intereſſe, ex l. dies cautioni. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto, Hippolyt. de Marſil. in conſ 90 num 34. vol. 2. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 81. num 4 & 5.

7 Et non ex hoc datur iam agricolas fame perire, cũ alimentorum modus decerni debeat pro dignitate, & qualitate eius, qui alitur. l. tutor ſecundum dignitatem, in princ. ff. de adminiſtr. tutorum. l. 1. §. mulier. l. habitatio ff. de vent. in poſſeſ. mittendo. l. ſed etſi quid inædi-

inædificauerit. §. ſufficienter. ff. de vſufru. latè Andr. Tiraquel. in tract. de nobil. c. 20. n. 136 Gregor. in. l. 2. tit. 19. par. 4. verb. *Lariqueza*, & latius Antonius Lara in. l. ſi quis à liberis. §. ſed etſi filius, à nu 43. ff. de liber. agnoſ. vnde ad ſe pro qualitate alendos multis modis agricolæ quærere victū poſſunt, in quo non ſumptus magnos ſoliti ſunt facere, cum non delicatis ciuis, ſed caſeo, cepe, fabis & lardo, groſſo pane, & non alhoveſcantur, vt ſenſit Iulius Paul. in. l. ſeruos vrbanis, & ibi Acurſ. verb. ex libellis, cum gloſſ. ſeq. ff. de legat. 3. de quo late idem Lara vbi ſupra, à num 44. cum multis ſequentib. vbi etſi plures referantur, adde tamen Caſſan. ibi non relatum, in Cat. gloriæ mundi 1. par. conſideratio. 21. & gloſ. celebrem, in. l. idemque. §. idem L. beo. verb. eum oportere ff. mandati, vbi ait, quod ſi ruſticus producitur in teſtem, & nolit venire niſi equo, cogetur venire pedes, cum ſuæ conditioni non competat equitare, vt ibi id Baldus notat.

Summarium capitis ſeptimi.

Quid ſit area, quam vtilitatem afferat, & quid eius fauore ſit introductum, & quando pro executione capi non poſsit. num. 1.

Nonnulla hic circa horreum, vbi fructus conſeruantur, ſcitu fortaſsis digna numerantur, nu. 2.

An area, vel horreum pro executione capi poſsit. Cap. VII.

Sed aream, in qua fructus triturantur: & paleæ à fructibus diſcernuntur, immunē eſſe, vt capi nō poſsit 1
pro

pro executione, defendi poteſt, dũmodo ea ſit, in qua omninò triturandum eſt: nam ſub inſtrumento comprehenditur, cum dicat lex: *Aperes y aparejos que tuuierẽ para labrar*: ſatis enim in triturandũ agricolarũ labor cõſiſtit, quæ quidẽ locus eſt ſine ædificio ab ariditate dictus, quia in ea fructus areſcunt, vt triturentur, vt docuit Floren. placẽs Alciato ibi in. l. fundi appellatione. §. locus verò. ff. de verbor. ſignificat. vel ſaltem vt omnes ſciunt, & Terentius Varro autor eſt libr. 4. de lingua Latina, locus eſt in rure, vbi frumenta ſecta à ruſticis teruntur. Et hac præſertim ratione dubitatur, an capi poſſit; quia frumentum non præſtat ſuam vtilitatem, niſi ab ſpicis ſeparetur, vt apertè probatur in l. fin. §. cum autem. C. de ſeruit. & aqua, & notat Bald. ibi. Extra cuius vtilitatem, videlicet ſi triturandum nõ ſit, aut poſt triturationem factam, libere capi poterit, cum ratio immunitatis huius deficiat, per text. in. l. Titias. §. vſuras. ff. de legat. 2. vbi cauſa priuilegij ceſſante, ceſſat priuilegium, cum alijs à me iam citatis: quoniam eius etiam fauore aliud priuilegiũ non aſpernãdũ conceditur à generali iuris regula exorbitãs: quia cum quis poſſit ædificare ædificiumque vſque ad cœlum eleuare, etiam ſi luminibus vicini afficiatur. l. altius. l. in ædib. C. de ſeruit. & aqua. l. fin. §. fin. ff. quod vi, aut clam. Tamen ſi area, in qua frumentum ſuã cõſequitur vtilitatem per ſeparationem ab ſpicis, nõ poſſit habere ventum, niſi ab vna parte, prædijs vicinorũ ſeruitus impoſita eſſe videtur, ne poſſit altius tolli, & ventus impediri, vt in. d. l. fin. §. cum autem. & ibi communiter Doctores, & Corraſ. lib. 3. Miſcellan. cap. 24.
5 numer. 4. & alij antiquiores relati per Petr. Dueñ. in reg. 33 in fallentia. 6. Quare nimirum ſi vir bonus in

iudi-

udicando arbitretur, an eo tempore triturationis, ne vtilitas frumenti impediatur, quæ publica eſt, capi poſſit, ex l. iam allegata. 4. §. hoc officium. ff. de damno in fecto, & ex Hippolyt. & Menoch. in præcedenti cap. num. 6. allegatis, & ex Ripa in tract. peſtis, titul. de remed. præſeru. contra peſtem, num. 142. & ex eodē Menoch. de arbit. lib. 2. centuria 3. caſu 285. numer. 10. vbi publicæ vtilitatis cauſa, quæ cadauera anothomiæ cōcedi debeant, iudices arbitrantur: multa enim in iure ciuili contra ſtrictam rationem diſputandi pro vtilitate communi recepta eſſe, innumerabilibus rebus probari poteſt, vt vtar verbis Iuliani in l. ſi ita vulneratus, §. quod ſi quis abſurdè. ff. ad l. Aquil. & ex l. ſi quando I. C. de operib. pub. idem Hippol. in ſua praxi. §. aggredior, num. 61. & Mexia de taxat. panis. I. concluſ. a num. I. cum ſeq.

De horreo, ſeu granario, vbi fructus conſeruantur, idem dicendum videbatur, iuxta illud Naſonis: 2

Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri.

Quare appellatione inſtrumenti contineri dixit Vlpianus in l. quæſitum. §. conſeruandi. ff. de fund. inſtr. & colligitur ex l. fundi in princ. ff. de act. empti. & facit quia area, vbi teritur, & horreum, vbi tritum conſeruatur, pari ratione procedunt, quia pari formiter triticum ſuam conſequitur vtilitatem per conſeruationem; & ideo areæ ad triturādum vſufructū legato, poterit vſufructuarius in ea horreum, cauſa fructuum conſeruandorum conſtruere: text. in l. penult. ff. de vſufruct. Sed in caſu huius Pragmaticæ contrarium in horreo teneo, cum d. l. quæſitum; & quæ appellatione inſtrumenti contineri probant, ſint intelligenda in fundo inſtructo, & inſtrumento legato: quo caſu horreum;

horreum, vbi fructus conſeruantur, venire dixit Vlp. ſecus verò hîc, quia pro executione capi poterit, cum fructus ipſi ſeparati capiantur, in quibus maior militabat ratio: quia ſi hæc lex hoc habet intentũ, ne agricultura impediatur, horreo capto non impediri palã eſt: & quando fructus percepit capi non potuiſſent, vtpote qui cauſa ſeminis ſepoſiti eſſent, facile eſſet, eos alibi cuſtodiri, & non eſt impedimentum agriculturæ, cum de facili tolli poſsit, text. in. l. qui poteſt facere, & ibi gloſſ. & Dec. ff. de regul. iur. text. in. c. fin & ibi Pano: mit. de elect. l. quib. dieb. ff. de condit. & demonſt. Rub. in. l. non ſolũ. §. morte. n. 30. ff. de nou. oper. nuntiat. & alij per Ar. Pinel. in authent. niſi tricenale. nu. 48. C. de bon. matern. cui addo tex. in. l. ſed etſi §. hæc clauſula. ff. ex quibus cauſis maiores. Ex quo inducitur non eſſe impedimentum, quod iuſſu iudicis aditi ſubmoueri poſſet.

Summarium capitis octaui.

De executione contra tertium non facienda, niſi virtute pacti de non alienando, nu. 1.

Actio quaſi ſeruiana ſeu hypothecaria in prędijs agricolarum, an per pragmaticam immutetur? nu. 2.

De alijs effectibus hypothecarũ, quæ in rebus cõſtituũtur. n. 3.

prædia frumentaria pignori obligari ab agricolis poſſunt. & de fructibus in ſortem computandis, num. 4.

Inconueniẽs, quod eſt in rebus agriculturæ mobilibus pignorandis, quare ceſſet in hypotheca prædiorum, nu. 5.

De non laborante pro fructibus colligendis, & de conductore agros deteriorante, nu. 6.

Cenſus an ſit contractus, & an ex eius cõſtitutione vẽditio iuris percipiẽdi cõtrahatur, & effectus iſtius quaſi. n. 7.

Im-

ntelligitur, & reſoluitur quæſtio. & nullum caſum propon' ex quo veniat agricultura obuiandum, num. 8.

An prædia frumentaria agricolarũ pro annuo cẽſu hypothecæ ſubmiſſa pro executione capi poſſint. Cap. VIII.

DEinde rei vtilitas publicæ poſtulat, vt differatur quid iuris erit, ſi ipſe agricola pro annuo reditu 1
aliquod prædiũ hypothecæ ſubmiſerit, an valeat iſtius hypothecæ conſtitutio, & an ratione annuæ pẽſionis exigendæ prædium iſtud præ executione capi poſsit? ſi ſatum ſit, aut nouale factum, dubiũ non eſt, quin capi nõ poſsit, vt in hac pragmatica traditur, ſed effectus eſt, an ſicut alia inſtrumenta pignorari nequeunt, ita prædia hypothecæ ſubmitti nõ poſsint, & an ita ſubmiſſa ratione hypothecæ libere capiãtur? nã vt dixi, cum hæc ſint in publicũ introducta fauorẽ, per quẽlibet cõtractũ ab ipſo agricultore renũciari fas erit. Sed in caſu hypothecæ cõſtitutæ aliter iudicãdũ perſpicio cuius ratione alia in iure nõ minus fauorauilia cõceduntur; nã cõtra tertiũ poſſeſſorẽ inſtrumẽtũ guarẽtigiũ nõ habet executionẽ paratã, ſecũdũ Bald. in l. 1. C. cõmunia, de leg. Guillel. Benedict. in ca. Raynũ. in verb. abſq; liberis. 2. de teſtam. n. 158. facit. text. cũ ſua materia in l. a D. Pio. §. ſi ſuper reb. ff. de re iud. Iaſ. in l. iurisgẽt. §. prætor ait. n. 9. ff. de pact. Dueñ. in reg. 278. in limit. 6. Auẽd. in declar. ad l. 4. & 5. tit. *de las excepciones*. n. 26. Roder. in l. poſt rẽ in 1. limit. idẽ Auẽ. 1. p. de mãd. ar in c. 15. n. 6. & nouiſsime Parlad. li. 2. rer. quotid. c. fi. 1. 4. p. §. 5. n. 1. & tñ id fallit, ſi poſſeſſor ſit alicuius hypothecæ, in qua, vt vulgariter ſit, appoſitũ eſt pactũ d

non

non alienando: nam tunc ius exequendi tranſit cótra tertium: vt pluribus probat ipſe Roderic. Xuar. in ſua elegantiſsima repet. l. poſt rem iudicatam, ad. l. Tolet. poſt. 8. ampliat quem refert & ſequitur D. Couarru. lib. 3. variar. cap. 7. num. 6. verſ. illud tamen erit obſeruatione dignum, & Gomez de Leon in ſua Centuria, in deciſ. 59. Menoch. pluribus relatis de adipiſcen. poſſeſ. rem. 6. num. 133. & alijs multis Parlador. libr. 2. rerũ quotidian. c. fin. 4. p. §. 5. nu. 6. & elegantiſsimè vir ille ingenij viribus, & eloquentia, ſummaque eruditione præſtans, Felician. in inæſtimabili tract. de cenſib. lib. 3. cap. 4. n. 6. & 7. qui etſi lib. 1. cap. 10. nu. 3. contrariũ videatur affirmare, eſt quippe reſpectu nullitatis, & iniuſtitiæ, ſi forte in conſtitutione hypotecæ verſetur, aliter namq; eius ſententia procedere non potuiſſet, cũ ideò in illo caſu executio contra tertium detur, quia alienatio contra pactum de non alienando nulla erit, & intelligitur adhuc res apud alienantem eſſe, vt in. l. ſi creditor. §. fin ff de diſtr. pignor. l. fin. tit. 5. p. 5. vt poſtea nu 3. dico.

Actio enim quaſi ſeruiana, ſeu hypotecaria, de cu-
3 ius diffinitione latè á Doctoribus in. §. item ſeruiana, inſtit. de actionib. concedit omnibus creditoribus perſecutionem pignorum, ſeu hypothecarum ad traditionem poſſeſsionis, vel retentionem in cauſam pignoris, vt notat Bart in. l. fin. C. ſi vnus ex pluribus, Panor. in cap ex literis. in. 3. notab. de pign. idem Bart. in. l. ſi fundus. §. in venditione. ff. eod tit. ſitque formandum in hypothecaria libellum admonet Greg. Lop. in. l. 14. tit 13. p. 5. verb. *Que le entreguen.* Quod cum ita ſit per diſpoſitionem iuris ſtabilitũ, nec in præſenti lege mutetur, quare ſtare prohibẽdum eſt? tex. in. l. ſancimus,

:. de teſtam & in. l. præcipimus. C. de appellat. non e-
im inuenio, qua ex parte, vel quibus ex verbis pra-
maticæ deſumi poſsit, voluiſſe actionẽ hypotheca-
iã, eiusq; vim & poteſtatẽ deſtruere, & cũ talis mens
x lege noua non deprehendatur, nequaquã extẽdẽda
rit ad leges antiquas in caſu ſpeciali loquẽtes, vt gloſ.
nagna cõ muniter recepta, & ibi Alex. & Iaſ. in. l. ſciẽ
um. ff. qui ſatisdare cogantur, & ex ſententia Immolæ
x l. ſi verò. §. de viro n. 5. ff de ſolut, matrim.

Eſt equidẽ magna vis hypothecæ in re cõſtitutæ
ũ pacto de non alienando, quæ etiã efficit. vt res non
oſsit vendi, & venditio ſi fiat, erit nulla. l. ſi creditor.
ſi n. ff. de diſtr. pig. l. fin. verſ. *Otro ſi dezimos*, tit. 5. part.
& ibi Greg. notat in glo. vlt. & optimè domin. Coua.
b 2. variar. c. 15. nu. 3. & iterũ eod lib. c. 19. nu. 7. quod
itelligerẽ, ſi ratione pecuniæ numeratæ ad reditũ an
uũ ſoluẽdũ hypotheca cõſtituta ſit in prædio, prout
ıxta leges Regias in cẽſibus redimibilibus perpetuis,
ıt vitalicijs, requiritur: nã omnia circa prædictos cẽ-
ıales cõtractus illæſa, & firma relinquũtur, vtpotè cũ
ex hoc cẽſuali contractu, quã ex qualibet cauſa mu
i, quod agricolæ recipere nõ prohibentur, vt liquet,
oterit aduerſus ipſos tãquã cẽſus conſtituentes, vel
eredes eorum, etſi hypothecas nõ poſsideant, ſed ſint
apud tertios poſſeſſores pro annuo redditu exigen-
ı agi, vt optimè probat D. Couar. lib. 3. variar. c. 7. nu.
& alij, quos refert & ſequitur idem Felician. vbi ſu-
ra, libro. 3. ca. 4. nu. 8. Secus ſi ratione mutui ad ſolu-
onẽ faciendã, pignori fundus frumentarius daretur
nulate, & in fraudem legis præſentis, vt tam ſatus,
ıam cultus ad futura ſemina caperetur, cuius ſaluber
no remedio obuiare facile eſſet, & ſic fraus iſta

nemini opitulari debebit.l.1.§.editiones.ff. de edẽdo, text.in cap.ſedes,& in cap.ex tenore,de reſcrip.l.itaq; fullo.l.eum qui.§.is autem.ff.de furtis.l.non fraudantur.§.nemo,ff.de reg.iur.Bald. & DD. communiter in.l.non dubium.C.de legib.

4 Nec ex eo qđ ſimulatũ pignus reijcio, nemini intelligendum eſt,me ſenſiſſe,pignus fundorum agricolis, aut alijs pro ſubuentione neceſsitatis hac lege prohibitum eſſe: nam luce meridiana clarius eſt,nec dubitatione dignũ:nã id etiã immutatum remanet,quin fundi,& prædia pignori obligari poterunt, ita vt fructus in ſortem creditor computare,vel pignoranti reddere teneatur,vt iure ſtatutũ eſt.l.1.C. de diſtract.pign. l.1.2.& fin.C.de pignor.act.cap.1.&.2.de vſur.c.cum contra,de pignor.l.2.tit.13.p.5.l.4.titul.6.libr.8. nouæ Compil.& iuxta diſtinctionem traditam à Gregor. in ea part.lege,in verb.*Tenudo es de lo deſcontar*, qđ quando fructus conſiſtunt in his rebus,quæ cõmuniter ſeruando,ſeruari nõ poſſunt, debeat creditor cõpenſare in ſortẽ,eos vendendo,vel in vſus conuertẽdo: quod ſi fructus fuiſſent frumentũ,& ſimilia, quæ poſſent durare in tẽpus, quo deberet res pignorata reſtitui, non poſſet illos diſtrahere, ſed ſoluto debito reddere tenetur debitori,arg.tex in.l.is cui.§.quæri poteſt.ff. vt in poſſeſ.leg.Petr.de Anchar.& Ioan.Andr.in.c.1.de vſur.col.1.qui valde hãc ſentẽtiã commendant, & eam probat Greg.vbi ſup. quæ quidẽ tanquã iuri conſona tenenda eſt,& paulò fulcitur ex regula,quæ præmittit in ſpecie accepta eſſet ſoluendũ,& in.l.ſi ſe nõ obtulit. §.ait prætor.ff.de re iud.l.promiſſor.§.fi.ff.de conſtit. pecun.l.itẽ liberatur.§.qui paratus.ff.de quib.mod.pignus,vel hypoth.ſoluitur,& in.l.2.§.mutui datio ff. ſi

cer-

ertum petatur, text. in authentic. hoc ſi debitor, & in manifeſta. C. de ſolu. & vtrobiq; DD. & ſic vides nō mpedire agriculturā, cū fructus nō ſolū percepti, ſed percipiendi in caſu de quo jam dicā, computentur.

Nec obſtat deciſio iuris præcipiētis, animalia arato ia, & inſtrumēta pro cultura terræ neceſſaria, pignori lari nō licere, iuxta d. l. executores. cū ſimilib. l. 4. tit. 13 5. vt etiā ex cōuentione iſta nequaquā poſsint pigno ari, vt ex ea. l. affirmat Greg. vbi ſup. in gl. 1. & text. in 5. tit. 17 lib. 5. nouæ Cōp. ibi, *O pleyto, o poſtura, o renunciacion*, & Ioan. Matiē. ibi in gl. 5. nā cum hæc mobilia a ſint priuilegiata; nō ideò ſequitur, eodē immobilia, e quibus hic, priuilegio potitura eſſe, cum nec in anti uis, nec in noua iſta lege id ſit cautū, & multarū legū orrectio induceretur, quod omnino vitiari oportet t in l. vnic. C de inof. dote. c. cū expediat, de elect. li. c. periculoſe de pœnit. diſt. 1. & quā pluribus allega onibus id exornat Ioan. Roxas in epit. ſucceſ. c. 26. 15. cū ſeq. Neq; etiā obſtāt verba in hoc. 1. c. pragma æ poſita, ibi: *Por deuda deuida, carta, o cōtrato, o en otra alquier manera*: in hoc enim magis ſignificatur, nulla uentione cōtrarium fieri poſſe, ex quacunq; cauſa bitū deſcēdat, vt ſup. probaui ex Greg. & Matienç. æſertim ex l. Regia Compilat. ne agricultura impe atur. Sed hoc incōueniens ceſſat in datione pignoris rū immobilium, quarum fructus in ſolutionem debi reſoluūtur, text. in. d. c. cū cōtra. de pignor. & ibi gl. communiter DD. & in l. 2. C. de partu pign. l 2. ti 13. p. 5. Et quia etſi pignus retineri debeat, nō ſequi r, incultū fūdū relinquēdū eſſe, & ſic agriculturā im diri. cū ſit imputādū illi, qui nō fecit labores in extir do terras incultas & ſūptus pro fructibus colligēdis,

Digitized by Google

ex ſentẽtia Panormitani in cap. ad noſtrã, de reb. eccl. non alienand. n. 4. Quo fit, vt ſi cõductor, vel alius huiuſmodi ex defectu culturæ agros deteriorauerit, tenebitur domino damna, & detrimẽta reſarcire, vt notatur in l. ſi in lege, §. colonus, ff. locati, & in l. quæro, §. inter locatorem, ff. eod. tit. & tradit Ruin. cõſ. 58. lib. 1. adeò vt cõtra eos, qui ex defectu culturæ agros deteriorauerint, poſsit iure optimo in litem iurari, vt inquit Plotus in l ſi quãdo, n. 199 C. vnde vi, de quo etiã multa tradit Ioſeph. Ludou. in deciſ. Peruſ. 22. per totam, præſertim num. 11.

7 Et quia in contractu cenſuali cũ hypotheca, & pacto de nõ alienãdo, minus eſt credẽdũ, legẽ procedere ratione illorũ verborũ, *Carta, o cõtrato*, cũ cõtract⁹ proprie dicatur vltro, citroq; obligatorius, tex. in l. Labeo 2. §. cõtractũ, ff. de verb. ſign. etiãſi large ſumatur pro quaſi cõtractu, vel adminiſtratione, ratiocinio & tutella, trãſactione & ſtipulatione, & omni obligatione & pacto, vt in l. omnẽ obligationẽ ff. de iudicijs l. cõtract. ff. de fid. inſtrumen. & tradit Iacob. de Belou. in c. Romana, §. cõtrahẽtes, de foro cõp. lib. 6. in princ. tex. Cẽſus verò, & hypotheca multa peculiaria in ſe cõtinet, & diuerſo iure à reliquis cõtractibus cẽſetur, vt colligitur ex multis per Felic. traditis in proœm. d. cẽſib. & in tribus c. ſeq. li. 1. & in l. 1. C. de iur. emph. in prin. ibi: *Sed hoc ius tertiũ eſſe cõſtituim⁹, ab vtriuſq; memoratorũ cõtractuũ ſocietate, ſeu ſimilitudine ſeparatũ.* & ibi notat Iaſ. n. 9. Et ſi forſitã ibi id procedat, quia ex contractu emphiteutico manet directũ dominiũ in cõcedẽte rẽ in emphyteuſim, & vtile trãſit in rẽ ad ſolutionẽ; enſionis accipiẽtẽ, vt gl. cõmuniter recepta in c. conſtitutus, de relig. domib. verb. iuxta ratã, & ibi Panorm.

n. 10.

l. 10. cum quam plurimis relatis per eundē Felician. in procem. de cēſ. n. 1. tamen in terminis cēſus redimibilis, cū ex eius cōſtitutione vera cōtrahatur venditio: quia dominus fundi, quē hypothecæ ſubmittit, vendit illud ius percipiendi, vt notarunt Greg. in. l. 28. tit. 8. p. 5. gloſ. 2. verſ. ſed quid de cōtractibus, dom. Coua. lib. 3. var. c. 7. n. 2 Igna. de Laſar. de decim. vendit. c. 20. n. 4. & his non relatis, Felic. vbi ſup. lib. 1. c. 4. n. 9. patet, tāquam emptorem annuæ penſionis ſibi debitæ, & in fundo hypothecato aſsignatæ poſſe iudicis autoritate capere fundum, vt ſibi de fructibus ſatisfaciat, tanquā vſque ad debitam quantitatem eorum fructuum dominum, & tanquam ſuæ rei moderatorem, vt in. l. re mandata. C. mandati.

8 Sed nihilominus hoc non procedit, ſi fundus ſatus ſit, aut ad ſeminandum præparatus: nā per hypothecā nō vēditur fundus ipſe, ſed ius percipiēdi annuum redditū, quod diuerſum eſt: nihilq; fermè lex iſta diſpoſuiſſet, aut facile poſſet eludi; quod minime dicendum eſt per ea, quæ de fraude obuianda ſæpenumerò dixi in his Cōment. Ex qua diſputatione vere & reſolutiue infero, hac lege, & pragm. nō obſtante, poſſe agricolas prædia, & fundos frumentarios hypothecæ ſubijcere pro ſolutione annuæ penſionis, vel alio modo pro mutuo pignorare, ne videatur lex ſuarū rerū vtilitatē, & fructū, & cōmodū eis auferre, & earum fructus ſit, pignori dari licere, vt in. l. fin. ff. de vſur. l. fructus rei. ff. de reg. iur. cū nō de facili reperiatur pecunia, vt ibi dicit gloſ. & Phil. Dec. & tex. in. §. fin. inſtit. quib. mod. recōtrahitur obligatio, & quilibet in re propria ſit moderator, & arbiter, vt in. d. l. in re mādata, & in. l. nemo, C. de Iudæis, la. 2. & in. l. ſed etſi lege. §. conſuluit. ff.

de petit. hæredit. Illud tamen omninò erit aduertendum, creditorem ad exigendum debitũ in omnibus ita cótrà agricultores procedere oportere, vt ne ex eius actione vllo modo agricultura impediatur, quod pro tinus hac lege prohibetur, ſed ita ſuo iure vti debere, vt collectio fructuum non retardetur, fundũ incultũ, aut deſertũ relinquendo, aut agriculturæ aliâs obuiãdo, arg. tex. in l. creditor hypothecas, verſ. ſi quid itaque per fraudé. C. de diſtr. pign. vbi creditor in diſtract. pign. bona fide, & ſine dãno procedere debet, potiſsimũ cum hic publica verſetur vtilitas, cuius cauſa extenſio rationis fit de ſimilibus ad ſimilia, etiam in exorbitantibus, gloſ. verb. alia cauſa in l. illud. ff. de ſacroſ. Eccleſ. & text. in l. cætera. §. ſed ſi quis. C. de leg. 1. cũ alijs congeſtis per Hippol. de Marſ. in conſ. 54. num. 9.

Summarium capitis noni.

1 *AD conſeruationem ſatorum, nouale conſeruari requiritur, & quid ſit nouale, latè diſputatur, num. 1.*

An de nouali agro nuper ad culturam redacto pragmatica ſentiat, an potius in terra, quæ ceſſat in anno, eius diſpoſitio procedat, n. 2.

De omni nouali pragmaticam ſenſiſſe reſoluitur, num 3.

An ager reſtilis pro executione capi poſsit, ſubtilibus rationibus diſſeritur, num. 4.

Pulchra ratio cõſideratur, quare nouale capi nõ debeat, & quid ſi terra in totũ praſciſſa nõ ſit, ſed incæpta praſcindi n. 5. ¶ Noualia non neceſſaria futuræ ſationi an pro executione capi poſsint? num. 6.

Dubias quæſtiones circa pragmaticam per rationem in fauorẽ agriculturæ facientem decidi cõgruum eſt, num. 7.

De ratione fructuũ habendatã in pignore dato, quã in executione

entione facta, quod in praxi frequens eſt: nu. 8.
Labores agricolarum perceptione fructuum facilius tollerantur, & expenſa compenſantur, num. 9.

De noualibus pro executione non capiendis, Cap. IX.

VT congrua rei frumentariæ ratio habeatur, cui prouidet pragmatica noſtra in omnibus acuratiſſime, omninò campi proſcindendi ſunt, obſeruatis documentis traditis à Collumella in libro 2. cap. 4. de re ruſt. & quia terrã cum primũ arant, præſcindere appellãt, & terrã præſciſſam noualẽ dixerit Marc. Varro de eadem re, lib. 1. c. 29. neceſſario noualia pro executione capi nõ oportere pragmatica oſtẽdit, dicẽs, *ni en barbechos*, deſiderãs, nõ ſolũ ſata, ſed etiã terrã cultã apte ad ſeminãdũ in ea frumẽtũ neceſſariã eſſe agriculturę, & rei frumẽtariæ, cuius præcipua hic ratio habetur: neque exiſtimauit ſequẽtia, hoc eſt, ſata cõſeruari poſſe, niſi antecedẽtia, ſcilicet noualia, cõſeruarẽtur: nã quod iuris eſt de vno, idẽ de altero: tex. in. l. ſi cognati. C. de neg. geſt. c. trãslato. & ibi gl. fi. de inſtit. text. & ibi tradũt DD. in. l. ad rẽ mobilẽ, & in. l. ad legatum ff. de proc. l. 2. ff. de iuriſ. omn. iud. & ibi gl. & DD. nã ſi antecedẽs tenet, tenet & conſeques. & deſtructo antecedẽti, & deſtructio eius cõſequẽtis, vt ſequatur neceſſe eſt, tex. in. c. cũ in offi. de præſcrip. & ibi Panor. & Bal. in cõuẽtic. C. de epiſc. & cler. & in. c. paſtoralis, in principio. de offi. ord. Sed ne præter intẽtionẽ pragmaticæ executio forte fiat, vel iniuſte retardetur, quid ſit noualè, a iure petendũ erit. Nouale eſt, inquit Gaius, terra præſciſſa, quæ anno ceſſat, in. l. ſylua. §. noualis. ff de verb. ſign. Sed Laurẽt. Vlla lib. 6. Elegant. c. 43. inquit,

nouale aruum eſſe nuper,& cũ magna cura ad culturã redactũ,ꝙ nõ diſplicet Alciato,lib.4.de verb.ſigni. de defenſionibus iuris conſultorum ab impugnationibus Vallæ:idque eſt de mẽte Caliſtrati,in l.agraria,ibi: Aut ex ſylua cædua nouale.ff.de termino moto. Nec id diſplicuiſſe Gaio Alciatus opinatur vbi ſup.ego autẽ inuenio iure expreſſo,eãdẽ ſententiã non fuiſſe alienam a mente Gaij in l.vtiles.ff. de petit. hæred. & ibi notat Acurſ.in gl.2.vbi traditur,nouale eſſe terrã,quæ ď nouo colitur,quia prius erat nemus. Quod priusquã argueret,debuiſſet aduertere Valla,quẽ apparet non iuris rudimẽta tẽtaſſe,licêt grãmaticã percæpiſſet. Sic Oſeas c.10.inquit:*Innouate vobis nouale*,& D.Hier. ibi interpretatur dicẽs,*Nouale eſt ager nũc primũ præſciſſus*, de quo eſt tex.in c.1.& in c.quid per nouale, de verb. ſign.& Rebuf.in d.l.ſylua.§.nouali,verſ. quinto requiritur,& in verſ.ſeq.quatenus dicit, ꝙ in probando nouali,teſtes debẽt dicere,ꝙ antea erãt loca inculta,lupis,& feris tãtũ ſeũtibus patẽtia,& viderũt ibi nemora, aut paludes:& Marc. Varro.vbi ſup.generaliter nouale terrã præſciſſam appellat. Quod cũ ita ſit,an de no-
2 uali terra culta,quæ ceſſat in anno,vel de agro nuper ad culturam redacto lex iſta ſenſerit,dubiũ eſt? Et primò de aruo ad culturã redacto intellexiſſe deprehenditur,quia hoc ſignificatũ nouali cõuenire frequentius eſt,vt patet ex proximè adductis, & apparet ex priuilegio cõceſſo nouali,in c.fin.de priuil.nã illi cõceditur,quod de agro nunquã culto nuper ad culturã reducitur,& in c.ex parte,el 3.de decimis,& gl.in verb. de nouo,in d.c.quid per nouale,& ibi Panor. Ex quibus cõſtat,ita cõmuniter verbũ,nouale,accipi,vt ſit aruũ nuper ad culturã redactũ:& ď hoc ſignificato legẽ ſen-

enſiſſe dicẽdũ eſt, cũ ſit ſenſu cõmunis, & intellectus requẽtior admittẽdus, iuxta tex in l. librorũ. §. ꝙ tñ Caſsius. ff. de leg. 3. vbi gl & Bart. & idẽ Bart in l. talis criptura, in princ. ff. de leg. 1. l. cũ delanionis. §. aſinã. f. de fund. inſtr. l. 3. §. vlt. ff. de ſupp. legata. l. nõ aliter, f. de leg. 3. Bart. Rom. & Alex. in rub. de nou. oper. nũ iat. Secundo dici poteſt, potius legẽ ſenſiſſe de terra præſciſſa, quæ in anno ceſſat, iuxta difinitionem Gaij in d. l. ſyluæ cædua. §. noualis: quia plerunque, imò ſemper in agriculturæ terminis, de quibus agitur, nouale verificatur in terra illa culta, quę in anno, vel pluribus, ſecundũ terræ qualitatẽ non ſeminatur, vt plus quando ſemen accipiat, fructificet, & hoc videtur de mẽte Acurſ. in d. §. noualis verb ceſſat: & ſic ex Plinio li. 18. c. 1. 9. in d. §. noualis, verſ. & quãuis poſtquã. Rebuf. dicit eſſe nouale, quod alternis ſeritur annis, & paulò ſuperius in verſ. & ſic terra, inquit, tã de iure canonico, quã ciuili, eſſe terram præſciſſam, quæ ceſſat in anno: quod cũ conſuetum ſit verbum *Barbechos* in hoc Regno ſic cõmuniter accipi, & de his ſit intelligẽdus tex. in l. 10. tit. 4 lib. 3. fori, quæ praxi recepta eſt, vt ſupra dixi. Hoc quippe intelligẽdũ eſt ſecũdum cõmuniorẽ modũ, & cõſuetũ in hoc Regno, in quo omnes accipiũt, ex notatis per Bart. in l. hæredes mei §. cũ ita ff. ad Treb. & Greg. Lup in l. 2 tit. 15. p 2. in gloſ. 1.

3 Sed quid his immoror? cũ ſatis perſpicuũ ſit, ad vtrũq; nouale tã terrã præſciſſam, quæ in anno ceſſat, quã ad aruum ad culturam nuper redactũ, verba pragmaticæ referri, cũ hæc prædia rei frumẽtariæ ſint deſtinata & plenius ſignificatum eſt, omnes has terras cõprehendere, & omne verbũ in potiori, plenioriquè ſignificato accipiendum eſt. l. 1. §. fin. cum l. ſeq. ff. ſi

ager

ager vectig l. ſi duo patroni. §. 1. ff. de iure iurando, cũ alijs à Tiraquello congeſtis, lib. 2. de retract. §. 2. gloſ. vnica. n. 8. Et ſic habes, hæc noualia capi non poſſe, cũ ſint præparamenta ad ſata, & idem ac de ſatis iudicandũ eſt, dũmodò terra præſciſſa ſit ad ſeminãdũ, aut nũ per ratione futuræ ſeminationis ad culturã redacta: nã & hoc plenius eſt ſignificatũ, & cõmuniter agricolæ, & omnes noualle appellant terrã illã, quæ iã culta eſt ad futura ſemina: vnde ante quã colatur, etſi terra ſit, quæ in vno, vel alijs annis, ſecundũ terræ qualitatem ceſſauerit, nouale nõ appellabitur, ſed ager reſtilis, vulgò, *Raſtrojo*, iuxta tex. in. l. 10. tit. 5. p. 7. & l. 5. tit. 11. libr. 7. nouæ Cõp. Et ſic cũ in cõmuni ſenſu ſit accipiendũ, videtur quòd terra iſta cum nõ ſit nouale, ſed reſtilis,
4 pro executione capi poſsit. Quãuis non ignorem, contra hoc argui poſſe ex ratione text. in. l. penul. cum ſimilib. ff. de milit. teſtam. nã ex quo citò veniet colẽda & ſeminãda terra illa pro nouali, tanquã ad futura ſemina præparata habenda eſt, cũ aliàs fructus de proximo recolligẽdi habẽtur pro recollectis, ſecundũ gloſ. & Bart. in l. diuortio. §. interdũ. ff. ſolut. matri. & ex traditis late per Hippol. de Marſ in cõſ. 94 à n. 10. vol. 2. & quia ſtatim reſtilẽ illũ agrũ, tãquã terrã cultiuãdã incẽdio cõcremari, vtile eſt ad culturã, cũ per incẽdium ager inutilẽ humorẽ exudet, vt ex Iſidor. lib. 17. Etym. c. 2. tradidit Greg. in. l. 10. tit. 15. p. 7. in verb. *Tierra mejor*. Vnde etiam Maro lib. 1. Georg. cecinit elegãter.

Sæpe etiam ſteriles incendere profuit agros,
Atque leuem ſtipulam crepitantibus vrere flammis,
Siue inde occultas vires, & pabula terræ
Pinguia concipiunt, ſiue illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor.

Et

Et quod hîc ſtipula, ager reſtilis appellatur, & eodem
verbo, ſtipula, pro reſtili vtitur Iuris conſultus Paulus
in l. qui occidit. §. in hac. ff. ad l. Aquil. & patet ex eius
concordãt. l. 10. tit. 15. p. 7. Sed nihilominus, vt dixi, in-
trepidè tenēdū eſt, agrū reſtilē ꝑ executione capi poſ
ſe, nã Columella dicit, agrū fruměti vtiliorē probari,
qui anno ſuperiori vacuus fuerit, quã qui calamos fa-
baceæ meſsis eduxit, & refert Pallad. de re ruſt. lib. 12.
tit. 1. Quare nõ eſt mirū capi poſſe, cū etſi vacuus ſe-
mine ſit, & incultus, ad futura tñ ſemina fœcundetur.
Non verò terrã præſciſſam ad ſeminandū, nam impe- 5
diretur protinus agricolationis intētū, cū fructus vi-
deãtur colligi tēpore, quo aratur, & terra præparatur
ad futura ſemina, vt ex l. diuortio. §. nõ ſoluū. ff. ſolut.
matr. & ex Iaſ. in l. ſi pecuniam. ff. de cõdit. ob cauſ. re-
fert. Caſſan. in Cat. glor. mundi. p. 11. conſiderat. 37.
verſ. quia coloni. Quod extende, etiam ſi terra in to-
tū pręſciſſa nõ ſit, ſed incœpta præſcindi, vt in l. 1. ff de
orig. iur. ibi: *Et certè cuiuscunq; rei potiſsima pars princi
piū eſt*, & ex l. etſi non ſint. §. infecti. ff. de aur. & argēt.
leg. & ibi tradit Acur. in verb. magis facti, vbi in his,
& ſimilibus cœptū ꝑ impleto habetur: & facit nota-
bilis quæſtio, quòd ſi quid certo tēpore permittitur ex
trahi extra Regnū, poterit extrahi tēpore prohibito, ſi
permiſſo tēpore erat cœptū extrahi, vt ex Ioã. And.
& Ant. de Butr. in c. 2. & fin. de cõſtit. notat Caſtel. in
l. 1. Taur. verb. *En los lugares*, verſ. & nota quod in ma-
teria, quē ſequitur Mexia de German. leg. Pontius in
decl. prag. panis in 1. cõcl. n. 134. ꝙ ad multa obſerua
tione dignū eſt. Et in proximioribus terminis; quia ſi
pars agri fuerit culta, dicet̃ totius ager noualis, quia
pars culta trahit ad ſe incultam; ſingulæ enim glebæ

colendæ

colendæ non ſunt.l.poſsideri.ff. de acquiren.poſſeſ.vt tradunt Anchar.& Cardin.in cap.1.de decimis, libr.6. quod etſi ad computationem decimarum non approbet Rebuſ.in.d.l.ſylua §.noualis,verſ.quarto requiritur:tamen in fauorem agriculturæ ne retardetur, admittenda eſt Anchar.& Card.ſententia.

6 Si tamen contigerit,quem tot fundorũ iugera præſciſſa habere, vt vltra neceſſaria ad ferendũ aliqua ſuperſint,quæ etiã præſciſſa ſint, an pro executione capi poſsint,quæ ſuperſunt,non ita planũ eſt, vt hac non egeat diſſertione,ſed cũ rei frumentariæ ratio obuerſetur hic ante reipublicæ oculos, eius cauſa videtur potius tuenda,ſcilicet,vt dicã pro executione capi nõ debere,cũ hæc publica vtilitas priuato creditoris cõmodo anteferẽda ſit,ex l.vnica §.fin.vbi Bar.C.de caduc. tollẽd.l.vtilitas.C.de primi pil. lib.12. Sed verius exiſtimo,poſſe iugera quæ ſuperſunt,pro executione capi,idq; de mente pragmaticę eſſe:inquit enim,*Ni en ſus ſembrados,ni barbechos.* Et licet præter ſata reliqui fundi præſciſsi,noualia appellari poſsint: tñ id debet eſſe in cõſideratione,quia noualia dicit, quatenus neceſſaria futuræ ſationi, & quæ præparamẽta ſunt ad futura ſemina.Cũ verò in hoc caſu ſuperſint iugera, iã ſunt extra caſum agriculturæ,& extra vtilitatẽ ſatorũ, & noualiũ:nã ſi lex ſenſiſſet de omnibus prędijs, non his verbis ſpecifice vteretur,ſed omnia agricolarum prædia frumentaria exprimeret. Idque duabus motus rationibus affirmare audeo: nam ſata, & noualia, tanquam in actu, & in proximitate actus fructuum colligendorum,pragmatica excipit,ſed cum ea, quæ ſuperſunt, non ſint iſtius rationis, quicquid verba ſonent, impropriari licet, vt huic intentioni deſer-

ſeruiant. l. inſulã. ff. de præſcriptis verb. l. ſed etſi poſſeſſori. §. itẽ ſi iurauero. ff. de iur. iur. l. non codicillũ. C. teſtam. & quia voluit, vt nõ ſolũ prædiũ frumentariũ foret, ſed etiã ſatũ, aut ad ſerendum in eo præparatũ eſt nouale: & cum in his iugeribus, quæ ſuperſunt, deſit iſta qualitas præparationis ad futura ſemina, cum alia ad id ſint præparata, nec iſta quæ ſuperſunt, ad ea ſint neceſſaria, ſequitur, quod etſi frumentaria ſint ex defectu principalis intentionis, vt hoc priuilegiũ non conſequãtur, tex. in cap. quoniam frequẽter. §. porrò, iuncto. §. ſint autem, & ibi Panorm. in fine. vt lite non conſtet. Hippol. de Marſil. in. l. ſi quis viduã. col. 1. ff. de quæſt. Rip. in. l. ex facto. n. 14. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. Tiraq. in libello cauſa ceſſante limit. 22. nu. 12.

Imò ita fieret, vt ſic pro executione iugera quæ ſuperſunt capta, in rei frumentariæ vtilitatẽ conuerterẽtur, cũ ea colere, & ſeminare creditor debuiſſet, ſi inde debitum percipere deſideraſſet. l. 2. C. de pign. act. l. 2. C. de partu pign. & ibi DD. & Panor. & Ant. Card. & Ioan. de Immola in cap. cum contra, de pign. vbi habetur, fructus perceptos, & percipiendos ſortem extenuare, etſi approbata Hoſtienſis opinione ſolum perceptos in ſortem computari debere dicat Greg. in. l. 2. tit. 13. p. 5. verb. *Eſquilme, ò deſcuente*, vbi etiã dicit, percipiẽdos cõputari, vbi aliqua in eo fraus detegeretur, vtpote ſi ſua, & nõ aliena prædia colebat, tex. in. l. tutor ſecundũ dignitatẽ §. nõ eſt audiẽdus. ff. de adminiſt. tutor. vbi quod quis facit de ſuo, præſumendũ eſt, quod potuerit facere de alieno, vt notat ibi Bart. & communiter Doctores cum traditis per eundem Greg. in. l. 4. tit. 3. p. 5. gloſ. pen. vbi eleganter agit de illo, quia ſaluis ſuis rebus exiſtentibus, aliena dicit perdidiſſe, quod

ad

ad hoc omninò eſt diligenter notandum, cui adde Anton. Neguſſan. in tract. de pignor. part. 5. n. 620. in. 5. limit. & Panor. in cap. ad noſtram num. 4. de reb. eccleſ. non alienand. vbi imputandum illi eſſe ait, qui terras reliquit incultas.

8 Nec obſtabit, ſi obijciatur, id in pignore locum ſibi vẽdicare, ſed diuerſum fore in executione, ex qua in poſſeſsionẽ rerũ captarũ deuenire ſolet: nã adhuc eadẽ militat ratio, cũ in his bonis pro executione captis plerũq; enormiſsima læſio cõtingat, & tũc dolũ interueniſſe cautũ eſt, quia ipſa læſio cõtingẽs dolo ex propoſito æquiparatur. l. ſi ſuperſtite. C. de dolo. l. ſi quis cũ aliter. ff. de verb. oblig. & quam plurimis citatis id exornat Ioan Matiẽ. in. l. 1. tit. 11. glo. 8. n. 48. & 49. lib. 5. nouæ Compil. Quod cũ ita ſit, rem cum fructibus reſtituendã, conſequitur, debito ſoluto, vel in ſolutionẽ debiti ipſiſmet fructibus cõputatis, ex. l. 1. & fin. & per totũ tit. l. ſi vendito pignore agatur, & obtentum ita fuiſſe, Gom. de Leon in ſua iuris centur. in deciſ. 19. idque literis Regijs fieri ſæpe præcipitur, & id nouiſsime videtur voluiſſe Parlad. in. 2. p. rer. quotidi. cap. fi. in. 5. p. §. 13. n. 2. præſertim cũ debitor res immobiles, & ſic prædia addita in executione, poſsit intra nouem dies retrahere, & debito ſoluto liberè accipere, & res mobiles intra triduũ, vt de cõſuetudine obſeruari aſſirmant Caſtellus in. l. 70. Tauri verb. *Remate*, & D. Couar. lib. 2. variar. c. 11 n 3. Did. Perez in. l. 4. tit. 8. libr. 8. ord & Gũd. de Paz in ſua praxi. 5. p. 1. tom. de via executiua. c 3. nu. 48. & eo non citato, idẽ Parlad. in. d. lib. 2. quotid rerum, cap. fin in 5. p. §. 16. n. 3. Et quia in hoc caſu creditor in poſſeſsionem miſſus debebit colere, aut locare prædia: nã ſi id efficere poteſt, & omittit, & ipſe

ipſe

Digitized by Google

pſe non percipit fructus, dolus eſt, vt in. l. prætor ait. . n eũ n. ff. de bon. autor. iud. poſsid. & in. l. dolus. ff. nãdati. Quo fiet, vt ſibi in debitũ cõputabit, vel debi-ori reddet, vt in. d. l. prætor ait. in princ. & in. l. in ven-litione. §. ſi quis fructus: & in gloſſ. verb. culpa. in §. de ẽpore eiuſdẽ legis. ff. eod. tit. de bon. aut. iud. poſsid.

9 Nec à cultura deterrebunt creditorẽ labores, & ex-ẽſæ, cũ prius ex fructibus ſint deducendæ, & nullus aſus ſit, qui hãc deductionẽ impediat. l. fundus qui. ff. amiliæ erciſcundæ. Auenda. in reſponſo 5. num. 3. & ext. in. l. 11. tit. 15. p. 5. & ibi Greg. in verb. *en razõ de los rutos*, ex eo potiſsimũ, quia etſi agricola, ſeu colonus, ut quilibet alius, nullas expenſas fecerit, vtpote qui ũis manibus agros coluerit, ſeuerit, ſepſerit, & collegeit, adhuc tñ laboris proprij æſtimationẽ recipere de-ẽt, vt tradũt Abb. in c. ad noſtrã n. 8. de reb. eccleſ nõ ienã. Bald. in l. ſi quis ſciẽs. C. de reiuẽd. Paul. in. l. di-ortio. § impẽdia. ff. ſolu. matr. Boer. dec. 44. n. 12. etiã melioramẽta ex labore prouenientia ſolo affixa eſſẽt, fundo veluti eradicata cohærerent: nã adhuc dedu-poſsent ex relatis per Ioſeph. Lud. in dec. Peruſ. 24. 20. nã in fundo culto reperitur labor, cura, & diligẽ a cultoris, quẽ cũ acceperis ex cultũ pẽdẽtibus frũcti s, meã operã, curã, & diligẽtiã accipis, & ſic nimirũ agricultor laboris æſtimationẽ recipiat, vt cõſidera-à Ioan. Garſ. de expẽſ. & melior. c. 1. n. 14. & ſeq. præ tim cũ terra ipſa nũquã ſine vſura reddat, quod ac-pit, vt dixit Cicero de ſeneſt. in illis verbis, *Veniã ad lupates agricolarũ, quibus ego incredibili ẽr delector, quæ c vlla impediũtur ſenectute, & mihi ad ſapiẽtis vitã pro nẽvidẽtur accẽdere, habẽt enim rationẽ cũ terra, quæ nũ ĩ recuſat imperiũ, nec vnquã ſine vſura reddit, qđ accipit:*

ex

ex quo habetur, fundos, qui præſentibus, & futuris ſeminibus ſuperſunt, magis eſſe de mente pragmaticæ, capi poſſe, cum ſic creditoribus caueatur, & agriculturæ non præiudicetur, ſed incrementum afferatur, & noualia dici in hoc caſu non poſsint, quæ à neceſſaria præparatione alienā ſint: pro quo facit traditum per Speculat. 2. p. de probat. nu. 20. verſ. vltimo quæritur, cū ceſſante cauſa, ceſſet effectus. l. adigere. § quanuis. ff. de iur. patr. l. quod dictum. ff. de pact. cap. cum ceſſāte, & ibi Panor. n. 2. & cōmuniter DD. de appella.

Summarium capitis decimi.

Quaſtio de prædijs leguminibus ſeminatis, propoſita quadam diſtinctione reſoluitur, num. 1.

Fundus perpetuò leguminibus mancipatus capi pro executione poteſt, num. 2.

De ipſis leguminibus, aut arboribus in prædijs frumentarijs pendentibus, & quid appellatione frumenti cōtineatur, eleganter diſſeritur, num. 3.

Bladi appellatione quid contineatur, & de communi intelligendi vſu propriæ ſignificationi præferendo. nu. 4.

Fundi, vbi millium Indicum, aut panicum ſeritur, an capi poſsint. num. 5.

Poma & arbores, & alia quæ pendent in prædijs frumento ſeminatis an capi poſsint, non leuibus rationibus ambigitur, nu. 6.

In venditione fundorum, qui regij dicuntur, an veniant arbores in eis pendentes, & quid in venditione reliquorum prædiorum, nu. 7.

Quam infeſtentur, & peruruntur agri ſeminatione leguminum, niſi ſtercore refoueantur, oſtenditur, nu. 8.

De

e prædijs leguminibus ſeminatis poſt colle ctionem leguminum, frumento ſeminandis. Cap.X.

Ed quia frumentum non ſemper ſeritur in aliqui- 1
bus prædijs, imò frequenter agricolæ ſeminant in cãnabes, cicera, linum, fabas, lẽticulas, piſum, phaum, & alia legumina, quæ maxime grata, & in vſu minum videntur, ex Columel. de re ruſti. lib. 2. c. 7. in huiuſmodi prædijs, pendent arbores fructiferæ, nuces, nuglãtes, & alia poma, & infructiferæ, vt vl-, & populi, & alia lignorũ genera, an hęc, & fundi, ib⁹ hærẽt, capi pro executione poſsint? Quod diſtione decidẽdũ arbitror: aut fundi poſt collectionẽ leminũ, vt cõmuniter fit, frumento ſunt ſeminandi, cũ ronq; cauſa ſtercorandi etiã ſoleant ſeri, vt in ſimiabetur, in §. item is inſt. de vſu & habitat. & nullo do capi poterũt, quia adhuc fundi frumẽtarij ſunt, rumenti cauſa parati per text. in l. quęſitũ. §. ſi ali-i. ff. de fund. inſtr. ſicuti etiam & mulæ aratoriæ nõ inent frui priuilegio, propterea quod nõnunquam alios exportandi, itinerisq; faciendi vſus diuertan-, cũ cauſa frumẽti, quod cætera pro ſui bonitate ex it, rei frumẽtariæ cauſa principalius deſtinari dicã- prout faciunt tradita per Rebuf. in l. frugem. ff. de b. ſignifi. verſ. frumẽt. dicitur, vbi inquit, quòd fruntũ capitur ſtrictius pro nobili ſpecie tritici, & prin alius nomẽ retineatur, cũ a fine denominetur quæ :t res, cap. cõmiſſa de elect. li. 6. l. ſi ſtipulatus eſſem te. l. ſi inſulam intra bienniũ. ff. de verb. obligat. l. on ſint. §. perueniamus in fine. ff. de auro & argẽto

F legato,

legato, & quia cauſa principalis debet attendi, cum det eſſe rei, & ad diſcernendam prohibitionem, ſeu permiſsionem ſit cõſiderãda, tex. in l. 1. in princ. & ibi per Dinũ. ff. de aut. tutorum. l. ſi quis nec cauſam. ff. de rebus creditis, & ibi Iaſon. n. 27. cum ſeq. & idẽ Iaſ. in l. morẽ. 12. ff. de acqui. hæred. l. ſi in empt. & ibi Bartol. n. 2. ff. de contrah. empt. Barbac. conſ. col. 7. vol. 2. & Alexand. conſ. 119. col 3. verſic. quod autem vol. 5.

2 Aut fundi, in quibus iſta leguminum genera ſeminantur, ſemper huic rationi inſeruiunt, & capi poſſe non dubitatur, cum ratio pragmaticæ, quæ in re frumentaria tãtũ verificatur, in his leguminibus deficiat ex vulgata. l. illud. ff. ad leg. Aquil. pro quo facit Marcelli reſponſum, in l. qui ſaltum ff. de leg. 3. vbi teſtator per legatũ rei, quæ in loco aliquo eſſe ſolet, de illa quæ ibi perpetuo eſt, intellexiſſe creditur, ſic fundũ perpetuo his leguminibus mancipatum capi poſſe credendum eſt, aliter enim & horti minus capi potuiſſent, cum in eis eadem inueniretur ratio: nec ſufficit eſſe fundos, niſi etiam rei frumentariæ deſtinatos, nam quod ſint fundi, & frumentarij cauſa qualitatis opus eſt, & per conſequens non ſufficit fundus ſine qualitate, præſertim cum qualitas ſit tanti effectus. l. nõ ſolum. §. ſed & probari, vbi Bart. ff. de noui operis nunciatione. l. matrẽ. C. de probat. gloſſ. & Angel. in l. eum actum. ff. de negot. geſtis, & plura alia huc ſpectantia tradit copioſe, & eleganter Euerar. in loc. argument. leg. in loco ab effectu eorum, quæ ſimul requiruntur abeſſe. n. 6.

3 De fructibus iſtis, aut arboribus pendẽtibus planũ eſt, quia ſi id frumẽti cauſa prohibetur, quod eius cauſam non attingit; nõ prohibebitur: loquitur enim pragmatica de fundis frumentarijs vulgô, *Tierras de pan lle*

nar,

:& ſic hoc nomen frumentum, potius quam aliud conuenire exiſtimo, cum Iulianus Gaij ſententiam obans frumentum id eſſe, quod ariſtam in ſe teneat, finiat in l. frugem. §. frumentum ff. de verborũ ſig. & recte quidem quod ſolum ariſta tenere inuenie ,triticum, ordeum, auena, cea, vulgo, *Cèteno*, de quo oſcorides lib. 2. cap. 80. & ibi Doctor Laguna c. 82. fine, & habet ariſtã ſiligo, ex qua panis albus valde icitur, teſte Laguna, ibi. Quam ſiliginem Laconicã pellauit Alciatus in d. §. frumentum, quanuis cea & go nonnunquam pro hoc, quod *Centeno* Hiſpani dĩ ius promixcue accipi videam, de quo non curo, cũ undum Lagunam, ſic vt aio nominetur, & ſic nomĩ ur a gl. in l. 1. C. de condit. in pub. horre. lib. 10. & Lucas de Pena, & a Rebuffo vbi ſup. in d. verſ. fru- ntum, ſed frumentum quod ariſtã habet, eſſe, ſcru- oſe ſatis tenerem, cum appellatione frumẽti in ali- bus caſibus ordeum, & ſimilia non cõprehendi cer i ſit ex Platea in l. modios. C. de ſuſcep. prępoſit. & an n. 1. lib. 10. Sed ibi ne legis pœnalis extenſio ali modo daretur, videlicet ſi prohibetur extrahi fru ntum, de tritico intelligendum eſt, non vero de or, in quo ratio prohibitionis ceſſat, vt ibi Platea, ꝙ e extrahi de ciuitate & territorio prohibetur, vt cĩ s abundantiam habeat, vt per bona iura probat Rẽ i tract at. de peſte. 2. part. num. 16. & 189. quem ſe- ur Auendan. de mand. princip. in 2. part. capit. 19. 1.35. in fine, & Mexia Pont. in pragm panis. 1. con- . numer. 56. & tenet expreſſe Auiles in capitibus tor capit. 17. verbo, *Arazonables*, numer. 36. ver- & ideo Et ſic pro tritico ſolum ibi accipitur, ne præ extenſio in odioſis, & pœnalibus daretur, & rur-

ſus alibi frumenti appellatione omnia,quæ ad victum ſunt neceſſaria continentur,vt notat gl.in rubr. C. de canon.frumẽ.lib.10.& Plat.vbi ſup. & Alphen.in d.l. frugem in fine,fabas,& lupinum, cum nullam habeãt ariſtam,appellatione frumenti contineri ait , & ibi Acurſius in gl. fin.dicit,quòd pro bonitate frumenti ſolum de illo,ex quo panis fit,ſit intelligẽdum,& ſic merito farina eius appellatione comprehenditur,quæ nõ cenſetur noua ſpecies a frumẽto ſed ea quæ primo latitabat detecta,vt per textum in l.adeo.§ cum quis.ff. de acq rerum domi.tradit idem Mexia vbi ſup.in 4.cõcluſ.n.2.vnde extrahere prohibetur frumentũ,non poterit extrahere farinã,vt Guid Pap.in deciſ. Delph. q. 373.quem ſequitur Rebuf.vbiſup. verſ. & prohibitus.

4 Sed & verbum,bladum,magis proprie rei frumẽtariæ conuenire fortè dicetur,cum ſit illud,quod in area teritur,ſecundum Acur.in l.triticum.ff.de verb.ſigni. ꝙ Bart probat in l.1.§. de eo opere.ff. de aqua pluu. arcenda.Sed cum etiam cicera,& alia in area triturentur,de quibus hæc pragmatica nõ ſenſit,hoc vèrbo vti periculoſum erit,quãuis vt hoc euitetur , bladum eſſe omnia,quæ ariſta tenentur,præterquam leguminatradit Rebuf.in d.l.frugem.verſ. penult.per text in cap. 3.ibi,ď blado & vniuerſis leguminib.extra de decimis. Sed omitto,ne ſit inanis hæc contentio,tanquã ſolum de nomine habita,quia cum nomina ſignificandorum gratia ſint reperta,quoquo modo id intelligatur,modò ſciatur,nihil intereſt,vt in l.3.ff.ď leg 1 & in §.quis in nomine,inſt.de leg.Hoſtienſ.in ſumma de verb.ſignificat nu.6.quare hoc nomine frumentum vtens,intelligo triticum,ordeum,auenam,ceam,ſeu ſiliginem, prout intelligit etiam gl.in d.l.1.C. de condit. in pub.

horreum

orreum lib. 10. & Luc. de Pena, & Rebuf. vbi ſup. cũ t conſuetus intelligendi modus, & cõmunis intelligẽ i vſus, propriç ſignificationi vocabuli præferatur. l. §. vltimo. ff. de ſuppel. leg. l. nõ aliter. ff. de leg. 3. cum õgeſtis a Doctor. in rub. de noui operis nunciatione.

Sed milliũ Indicum vulgo, *maiz*, & panicũ, & fun- 5 i, vbi ſeminatur, cum ex eis panis fiat, vt inquit Lagu- a in d. lib. 2. cap. 89. & 90. & pro communi hominum ictu, in nonnullis locis preſertim Indicis præparetur, lem cõſequi priuilegium exiſtimo, cum eadem in eo ilitet ratio, ac æque ex eius ac ex triticei panis vendi one decima non debeatur, vt probat Laſarte in ſuo act. de decima. vendit. cap. 20. nu. 4. Et probatur etiã x eo, quòd etſi in aliquo loco frumentũ nõ colligatur d viuant homines de caſtaneis, inducuntur etiã feriç d colligẽdas eas ex ſent. Bald. in l. 1. ff. de ferijs, & Ia- nis ibi n. 1. quã approbat Greg. in l. 37. tit. 2. p. 3. in gl. in princ. vnde nimirũ ſi diſpoſitum in prædijs frumẽ rijs, vt cum ſata aut noualia effecta ſint, pro executio non capiantur, procedat etiam in illis fundis, vbi illiũ, aut panicũ ex quo panis efficitur, ſeminatur, identitate rationis, præſertim fauore publico intro ctæ ex Bart. in. l. ſi cõſtãte in 19. oppoſit. ff. ſolut. ma Hippol. de Mar. in conſ. iam allegato. 54. n. 9. vol. 1. ec extenſionem in hoc fieri exiſtimo, ſed vna eadẽ e ratio decidit hũc caſum, ſicut genus cõprehendit ecies ex multis per eundẽ Hippolytũ relatis in alte cõſ. 61. vol. 1. n. 9. Pau. Caſtr. in cõſ. 472. vol. 1. inci- 6 , In cauſa capturæ. n. 5. Et vt hac me expediã quæſ- ne, cætera legumina, & poma, & arbores pendẽtes fundis hac leg. priuilegiatis frumento ſeminatis, aut ualibus pro executione capi poſſunt, nam legumina

illa de facili a ſolo ſeparari poſſunt,text.in l.qui pēdē tem vindemiam ff.de act empt & licet quid non priuilegiatū,ſolo priuilegiato inhæreat,ſolū tamē emptum,aut captū non dicetur,de quo per Doctores in l. ſi fundum.ff.de leg.3.Bald.in rubr.de cótr.empt.n.26. & ex traditis per Bart.in l.vnica.ff.de glande legenda, & ex text.in l.arboribus.ff de contr.empt.l.18. tit. 28. part 3.& l.14.tit.5.part 5. Quod in nonnullis locis frequens eſt,vbi multi nuces nuglantes in alienis prædijs frumentarijs habēt,quibus euulſis in earum loco alias inſerere licet,quod ita & conſuetudine, & conuentionibus obtentum eſt:& facit text. in l. agri. vſufructu. ff.de vſufructu,vbi inquit Paul.quòd agri vſufructu legato in locum de mortuorum arborum aliæ ſubſtituēdæ ſunt,& argum.eorū,quę traduntur in l.vetus,verſ. 7 plane,ibi:Debebit exnatis gregē ſupplere, id eſt in locū capitū defunctorum,& in l ſeq.ff.de vſufr.Et e cōtra ſolū ipſum,vt fundi,& alia prædia capi & emi poſſunt:& licèt arbores ibi pēdeāt,vt quercus,& aliæ ſylueſtres,offerri poterit caſus,in quo ipſæ arbores capi, aut vendi non dicentur,vt in venditione fundorum regiorum,qui *Tierras valdias y realengas*,vulgo dicūtur, quæ per iudices regios fieri ſolet:nam communia cuiuſcunque vniuerſitatis ſunt montes,& reliqua,de quibus text.in l.9.tit 28.part.3.& quod quis tempore conceſſionis habet,non videtur Rex cōncedere,vt in cap. 1.& ibi Bald.de capit.qui cur.vendid.vbi inquit, quòd ſi Rex fecerit conceſſionem alicuius caſtri cum pertinentijs ſuis,non venient in cōnceſſione molendina,& defenſæ,quæ propria tunc communitatis erant, quia tantum videtur Rex concedere, quod eius videlicet concedentis erat proprium,l.ſi domus.§.fin.ff. dē leg.

1.l.

.l. vxor. patrui. C. de legat. l. qui tabernam. ff. de cõtr.
mpt. Aretin. conſ. 15. col. 3. Quod non obſcure fateri
identur Mexia Pont. ad leg. Tolet. 9. part. 2. fundam.
er totum, maxime n. 76. & Auend. de mand. 1. p. c. 12.
um. 29. licet regulariter planctæ, quæ ſolo coaleſcũt,
olo ipſi cedant. l. idem Pomponius. §. de arbore. ff. de
ei vendicat. l. adeo, in fine & l. ſequent. & l. qua ratio
e. ff. de acquir. rerum domin. & ita nimirum, ſi quiſ-
iam vendiderit pratum, & arbores in eo cõtentas, vẽ
idiſſe videatur. l. quintus. ff. de act. empt. quia arbores
on ſunt ſeparatum corpus a fundo, vbi pẽdent, prout
adit eleganter Petr. Rebuf. in l. pratum, ver. notan-
um eſt. ff. de verborum ſignificatione.

Et tandem extra frumenti cauſam, nullum fauorẽ
is leguminibus impendendum concluditur, niſi qua-
:nus ad frumentum prædium, vbi ſeminata fuere, prę
ıretur, quia plerunque hiſce leguminibus infeſtatur
ger, peruritur, & emauciatur, & ſolo, vbi frumẽtum
rendum eſt, maxime obeſt, vt Virgilius ait in Geor-
cis:

Vrit enim lini campum ſeges, vrit auena,
Vrunt Letheo perfuſa papauera ſomno.

iſi ſtercore campi adiuuentur, & abſumptæ ſoli vi-
s hoc velut pabulo refoueãtur, vt tradit Columella
: re ruſtica. lib. 2. cap. 14. & niſi (vt perfectum in hoc
pite veluti viridarium deſcribatur) irriguis agris ta-
ſemina ſpargantur, cum in eis bis in anno fructus ca
antur, vt Papinianus notat in l. diuortio. §. quod in
ıno. ff. ſoluto mat. & ideo agri, qui poſſunt cõmode
igari, vt Aquilani & Sulmontini, & ſimiles amplius
cari debent in ſubuentionibus & collectis, cum eis
citas aeris in nullo poſsit officere, ſed ex eis fructus

opimi decurrentibus irriguis aquis percipiantur, vt in l.vſus aquæ.C.de fund.rei pri & ſalt.lib.11.notat Luc. de Pen.in verſ.& ideo,& ē cõtra prout verū eſt,experientia docetur agros aquarum irrigatione, aut pluuia carentes,nullos,vel ferme exiguos fructus agricultoribus præſtare:nā hortus ſine aqua,& quercus folijs defluens comparatur ex Luc.de Pen.vbi ſup.adducente illud ex Iſai.cap.1.in fine,ibi:Et erubeſcetis ſuper hortis,quos elegeratis,cum fueritis velut quercus defluētibus folijs,& velut hortus abſque aqua.

Summarium capitis vndecimi.

AN diſpoſitio huius pragmaticæ procedat in reb⁹ monaſteriorum,aut clericorū,cum in his,quæ publicā concernunt vtilitatem comprehendantur, & ciues, & de populo eſſe dicantur,num.1.

Propoſita quæſtio alijs rationibus fulcitur, & in quantū clerici ciues,& de populo ſint,oſtenditur,num.2.

Ex mulis aratorijs,& inſtrumentis clericorum, res etiam frumentaria,& agricultura ſuſtinetur.num.3.

An prædia frumentaria, & inſtrumēta culturæ monaſteriorum,Eccleſiarū,aut Clericorum immunitate huius pragmaticæ gaudeant? Cap.XI.

1 CONuertam nunc orationē ad alia hanc ad rem ſpectantia, ad quorū fundamētū,videlicet prædia frumentaria,& inſtrumēta agriculturæ deſtinata,monaſterij,Eccleſiæ,aut Clericorum plena huius legis ſecuritate gaudere,facere videntur ſequētia,

quia

quia in omnibus his, quæ publicã concernunt vtilitatẽ, Clericos cóprehendi manifeſtum eſt. l. addictos. C. de epiſc. audiẽt. l. ad inſtructionẽ. C. de ſacroſanct. Eccle. vbi notãt Iacob. Butr. Alberi. & Bald. propter quod ſtatuto, ſeu cõſuetudine generali laicor. quæ ipſis monaſterijs, aut Eccleſis, ſeu Clericis mere fauorabilis eſt, ipſimet Clerici & Eccleſiæ, aut monaſteria vti poſſũt, c. dilect. de foro cópet. c. cóſtitutus de integr. reſtitut. & vtrobiq; Panor. & Doct. notant, & idem Panor. in cap. Eccleſiæ ſanct. Mariæ col. fin. de cóſtit. & ibi Feli. id 7. & 8. quæſt. tradit Alex. conſ. 200. n 13. & 14. & in conſ. 211. nu 1. lib. 4. cum pluribus congeſtis per And. Tiraq. de primog. q. 44 n. 8. & ſeq. At verò Pragmat. hæc fauorabilis eſt ipſis & omnibus rebus publicis, & ſic non eſt mirandũ ſi ipſos cóprehendat, & quia Clerici & monaſteria reputantur ciues eſſe ciuitatis, tradit Bart. in l. 1. n. 10. ff. ad municip. Panor. in cap. 1. de vita & honeſt. Clericor. Oldral. cóſ. 32. Ioan. de Lecerier. de primogenit. lib. 1. queſt. 24. verſ. primo, quia Clerici, & Gregor. in l. 9. tit. 28. par. 3. verb. *Comun a los ricos* prope finem. Et quod in materia fauorabili, & priuilegiata Clerici dicantur de populo, poſt Panor. & Lecerier, vbi ſup. eſt text. de iure regio, vbi Greg. in gloſſ. 2. in l. 5. ti. 2. par. 1. incipit: *Pueblo, tanto quiere dezir, como ayũtamiẽto de gentes de todas maneras de aquella tierra, do ſe allegã, è deſto no ſalẽ home, ni muger, ni Clerigo, ni lego*, & ſic cũ hæc pragmatica vniuerſis laborantibus indulgeat, & Clerici de vniuerſitate ſint, patet eius beneficio perfrui poſſe eo caſu quo fundos, & aratorios boues, ſeu mulas, & inſtrumenta reliqua habeant.

Præterea ſi Clerici in bonis agricolarum executionem expoſtulent, legem ipſam agriculturæ fauo- 2

rabilem,

Digitized by Google

tis iure optimo fieri poſſunt, recenſentur, num. 4.

Quàm leue detrimẽtũ creditoribus Pragmatica attulerit conſideratur, num. 5.

Reliqua bona, quæ iure cõmuni capi prohibentur, an ex defectu aliorum capi poſſint per extenſionẽ huius legis? n. 6.

Prouiſio diſpoſitionis legalis non reſpicit ea, quæ diſſimilem rationem habent. num. 7.

Multa ad vniuerſos fauorabilia ſunt, etſi ſingulis ſeparata dura videantur, num. 8.

An agricola propria autoritate poſſit recuperare a manu executoris bona prohibita capi? num. 9.

An bona hac lege prohibita capi, pro executione capiantur, vbi alia bona agricolæ debitoris non reperiuntur? Cap. II.

1 DEinde quærendum erit, ſi prædicta quæ huius legis beneficio gaudere ſupra probaui, etiam ſi alia bona, in quibus executio fiat non reperiantur, pro executione capi, & pignorari poſſint? Et videtur reſolutiue tenendum quòd non, expreſſis verbis huius pragmaticæ diſponentis, *Aunque no tengan otros bienes*: quod antea ſic etiam erat conſtitutum per textum in l. 5. tit. 15. lib. 5. nouæ Compilationis, & tradit nouiſſime Parlador. lib. 2. rerum quotid. capit. fin. in. 5. part. §. 3. n. 21. Sed hoc in debitis priuatis procedebat, nam in fiſcalibus, & in his quæ ab agricola fundi domino debentur, ſi alia bona non reperiebantur, tunc ſupra priuilegiata capi poterãt, vt aduertit Ioan. Matiẽt. in præ allegata l. Compilationis gloſſ. 4. & in ſtylo Cãcellariæ tit. 1. præeminẽtia. 17. caſu. 20. declaratione

9. in

in princ. in gloſſ. 6. Sed de iure communi ſi alia bona on reperirentur, pro executione poterãt capi, pro de itis etiam priuatorum, gl. verb. aratorium in l. execu-ores. C. quæ res pig. oblig. non poſſunt. Sequitur eam udo. Gomez in §. item ſeruiana n. 37. inſt. de actio. & equitur Dueñas in reg. 275. in 1. 2. & 3. limitatione & ræter ipſum text. eſt in l. commodis. ff. de re iud. & in ſtipendia. C. de executione rei iudicatæ, & text. in l. tit. 27. part. 3. ibi: *Fallando otros bienes del vencido*, & ibi Greg. noſter notat. in gl. 9. Sed hodierno iure etiamſi lia non inueniantur, capi non poſſunt, & ita in Regno iciliæ ſtatuto caueri dicit Rober. Marã de ordi. iud. part. 3. & vltimo actu de executione n. 28. nec nouũ ut durum videri debet quô deficientibus etiã alijs bo is hoc priuilegium rebus agriculturæ ſit indultum.

Nam antea ſimile in alio, in quo non tam vrgens, el ſal im par ratio verſatur, conceſſum extat, in l. 23. 2
t 22. part. 2. ibi: *E aunq̃ no fallaſſen coſa en q̃ la fizieſſen, o los deuen tomar los cauallos de ſus cuerpos*, ex quo du-ito an errauerit Dueñas, qui illius partitæ legis obli-us equũ militis, ſi alia bona non habeat, poſſe capi di erit in d. reg 275. in 5. limitatione, cum ſaltim equos onis alijs deficientibus capi lex illa prohibeat, atque tiam tam arma militum, quàm libri aduocatorum pro re alieno, etiam alijs bonis deficientibus, capi nõ poſ nt, cum ſicut miles ſine armis militare, ſic aduocatus ine libris patrocinia præſtare non poſsit, vel ambo mi itare pariter dicãtur. l. aduocati. C. de aduocat. diuer. udi. Quam ſententiam, vt receptam tradit etiam Re-uffus de priuileg. Scholar. n. 123. & eam defendit idẽ Parlador. in d. lib. 2. rerum quotid ca. fin. 5. part. § 3. n. 2. & 23. Et ne omnia ſigillatim perſequar, nec veſtes, quibus

Digitized by Google

expreſſa mente pragmat. ibi: *O por la renta delas tie-*
rs del ſeñor dela heredad. Nec obſtat autoritas Bart.in
l.aſsiduis, vbi quidẽ ipſe ſentit cũ gl.ibi, tacitã hypo-
ecam non competere in fructibus perceptis cura &
duſtria hæredum mariti, cùm bona hæredũ non ve-
int in obligatione defuncti, vt dixit ibi Bart. perperã
aſone intellectus. Vnde habes domino fundi fructus
citè eſſe hypothecatos.

Aduerte præterea, verba pragmaticæ non ſolũ ad 5
ctus ſatos, ſeu perceptos, aut ad noualia referri, ſed
am ad boues, & alia animalia, & inſtrumenta arato-
, quia clauſula iſta in fine capituli poſita refertur ad
nnia præcedentia, l.1 C.de lib.præteritis, vbi latè Iaſ.
DD.& Did.de Seg.in repert.l.3 §.fin.n.81.& 84 ff.
lib.& poſth.& in apoſtil.ibi Did.Perez,n.3.præſer-
cum ex tali relatione nullũ ſequatur abſurdũ, ſeu a-
d inconueniẽs, aut aliqua iuriũ correctio, iuxta text.
gularẽ ſecundũ Panor.ibi in c.Eccleſia veſtra, 2 de
ct.Bart.in l.prætor, la 1. ff. vi bonorũ rap. Ant.Corſ.
ſuis notab.in verb.clauſula, verſ.2. Præſertim hęc e-
clauſula ad pręcedentia omnia porrigenda, cũ in eis
lla fiat ſpecialis, & ſeparata ꝓuiſio, ſed ad iſtã rẽ con-
rnẽs l.cohæredi, §.qui partẽ, ff.de vulg. & pup. ſub-
l.alimenta, ff.de alimẽt.legat. Rom elegãter in cõſ.
3.n.4.& in conſ.152.n.3.incipit, Præſens; cũ additis
Mãdoſ.ibi in 2.annot. Et quia per iſtã limitationẽ,
aqua agitur, receditur à generalitate regulæ in prin
io poſitæ de bonis ibi enumeratis nõ capiẽdis, & pro
itio ceſſat in terminis exactionis, vel executionis ꝓ
pita domino fundi penſione, & ſic regulæ non erit

H ſtandum,

ſtandam, cũ agatur de caſu limitationis, ex l. in fraudẽ, ff. de milit. teſtam. l. ab ea parte, ff. de probat. Couarr. lib. 2. variar. c. 12. n. 4. Aimon in conſ. 25. n. 8. Tiraq. de
4 retr. lib. 1. gloſ. 9. §. 1. n. 209. Sicuti cùm quis locat domum, vel prędium, omnia inuecta, & illata ſunt tacitè hypothecata locatori pro penſione, & deterioratione domus, vel prædij, vt in d. §. item Seruiana, tex. in l. certi iuris, C. de locato, l. ſi non inducta, C. in quib. cauſ. pign. vel hypot. tacitè contr. Quod de illatis in prędium ruſticũ ita procedit, ſi dominus ſciat, quid ſit illud, quod illatũ eſt, vt ex Bart. Bald. Alber. & Fulg. & Iaſ. in l. item quia, ff. de pact. percipitur, & ex DD. per tex. ibi in d. l. certi iuris, C. de locato. Eſtq; pro domino præſumptio, qui ſcire in dubio intelligitur, quid ſit illatũ, cùm ruſtici nõ ſoleãt inferre, niſi ligones, & aratra, & alia agrorum cultui neceſſaria: quia ſanta ruſticitas omnia palã habet, vt ex gl. in d. §. itẽ Seruiana, dicũt cõmuniter DD. in locis ſupra citatis, & idẽ Iaſon in d. §. n. 29. cũ ſeq. & ibi Ioan. de Platea n. 81. & Greg. in l. 5. tit. 8. p. 5. in gl. fin. licèt in hoc, ſicut in omnibus alijs à cõmuni diſſentiat acutiſsimi ingenij vir dom. Ferd. à Mẽdoça in diſp. iur. ciuil. in tit. de pactis, lib 2. c. 4. à n. 16. vbi, & per omnẽ illũ percelebrẽ tractatũ magna ſui ingenij documẽta edidit, arduũ bellũ omnibus iuris Do-
5 ctoribus (ne dicã Iuriſcõſultis) infligẽs. Quibus cõſtat, quã ſit cautũ omni iure dominis prædiorũ, qui tãtam etiã pẽſionis à colono exigẽdæ habẽt facultatẽ, vt iure optimo poſsint colonũ ipſum à fundo locato expellere, ſi terminis prçfixis, aut in fine anni pẽſionẽ non ſoluerit, atq; etiã ſi per biẽniũ in ſolutione ceſſauerit, non obſtãte expreſſo pacto & cõuentione de nõ expellẽdo, vt colliges ex tex. in l. quæro, §. inter locatorẽ, ff locati,

& ibi

& ibi gloſ. Bart. & Bald. in d. l. ędem, C. eod. tit. & in authent. qui rē, C. de ſacr. ſanct. Eccl. Alex. conſ. 106. magnifice prætor, col 1. vol. 3. & ex tex. in l. 5. tit. 8 p. 5 in princ. & in l. ſeq. circa fin. verſ. *La quarta*, & in d. l. 5. Greg. Lop. in gl. 1. & ibi gl. verb. *Por el logrero*, inquit, ꝙ etſi dñs colonū expellat ſupradicta ratione ꝑ eſionis non ſolutæ, poterit adhuc penſionē petere illius tēporis, quo re locata colonus fruitus eſt. Idq; etiam colligitur ex quæſt. à Sceuola propoſita, in l. colonus, ff. locati, & ibi Paul. Caſtrenſ. & Bart. n. 3. Ivreq; optimo dominus fundi poteſt cōpellere colonum, vt frumentū, & alios fructus ſibi potiùs vendat, quàm alij extraneo, vt in l. 1. & ibi notat Bart. & Ioan. de Plat. C. de metallis, & metallarijs, lib. 11. per quem text. ibi Lucas de Pen. elogāter dixit, poſſe dominos terrarū colonos, & alios vaſſallos cōpellere, vt res, quas venales habent, ſibi potiùs, quàm alijs venditas tradant: & id confirmat Greg. in l. 55. tit. 5. p. 5. in gloſ. 1. & in l. fin. vbi latè Iaſ. n. 10. C. de iur. emph. Boer. deciſ. 107. n. 1. Ioſeph Ludou. in deciſ. Peruſ. 24. n. 27. prout etiam traditur infra lib. 3. cap. 3. num. 5.

Quod non ſolū procedit in dño fundi, qui eius habet plenū dominiū cū poteſtate alienādi, vel quādo cōcurrit vſusfructus cū ꝓprietate, iuxta tex. in l. fin. §. ſimiliq; modo, C. de bon. quæ lib. & in l fœminæ, §. illud, C. de ſecūd. nup. & ibi Bald. & Iaſ. in l. traditionib. n. 11. C. de pact. & Pinel. in l. 1. 2. p. n. 3 & 4. C. de bon. mater. verū etiā in dño, qui alienare nō poteſt, immò poſt mortē alijs tenetur reſtituere, veluti maioratus poſſeſſor, ſeu alius, qui poſsidet fideicōmiſſum, ſeu anniuerſariū cū onere reſtituendi: nā adhuc iſte dñs eſt, text. in l. non ideò minùs, ff. de rei vendic. l. vlt. C. cōmunia, de legat. 6

vbi non ideò minùs dominus dicitur, quòd careat facultate alienandi, vel quòd poſt mortem dominium abire ſperetur, cùm etiamſi res concedatur nomine vſusfructus, porpterea q; adſit onus reſtituendi, non tollitur domini nomen in vita, vt in l. vlt. ff. de vſufru. earum rerum, quę vſu conſum. l. ſpecies, ff. de auro & arg. leg. Paul. Caſtren. in l. Titia, cum teſtam. § vlt. ff de leg. 2. & Alciat. in l. rectè dicimus, ff. de verb. ſignificat. probat optimè Ant. Gom. in l. 40. Tauri, num. 76. Arius Pinel. vbi ſup. n. 5. Greg. in l. 7 tit. 4. p. 5. verb. *Y el ſeñorio*, in fine, & alij per Lud. Molin. de Hiſp. prim. lib. 1. cap. 7. numero 8. & cap. 19. num 4. cum ſeq. Et in clerico etiam procedit ſui beneficij prędia locante, cùm dominus ſit rerum ſui beneficij, vt eruditè multis argumentis probauit dom. Franc. Sarm. de red. Eccleſ. in 4. part. cap 6. per totum, & iterum in dicta 4. part. in c. 1. in princip. & procedere aio in vſufructuario diſtincto, & ſeparato à domino proprietatis: nam vſufructuarius dicitur habere dominium illius iuris, ſcilicèt vſusfructus, l. qui vſufructum, ff. ſi vſusfr. petat. probant Ant. Gom. in l. 43. Taur. n. 2. Pinel. vbi ſupra n. 18. quos ſequitur Matienç. in l. 10. tit. 7. lib. 5. Nou. Compil. gloſ. 1. à n. 7. cum ſeq. multò tamen magis in domino fundi emphyteutici, in quem dominium directum transfertur, gloſ. recepta, verb. iuxta ratam; in c. co[illegible]tutus, de relig domib. & Panorm. n. 20. Et omnes id firmare dicit Iaſ. in authent. qui rem, n. 10. de ſacr. ſanct. Eccleſijs, & in l. 1. n. 39. C. de iur. emphyt. text. in l. 29. tit. 8. par. 5. & ibi Greg. in gloſ. 2. & in gloſ. verb *Al ſeñor*, & Iul. Clar. in §. emphyteuſis, q. 1. pręſertim cùm proprietas fundorum comitetur dominium directum, & in eo ſit eradicata, ſecundum Bald. in l. ſi de proprietate, nu. 13. verſ.

verſ.& nota,C.ſi à non compet.iud.& eundē in l.pro-
prietatis dominium,n.1.C.de prob.Phil. Dec.in c. cæ-
terum, n.16. de iudicijs, & Alexand.in conſil. 159. n.9.
lib.5. Pinel.vbi ſup. n. 6. ac procedit in domino etiam
vtilis dominij, cùm dominiũ ſit duplex,directum ſcili
cet,& vtile, vt notatur in l.1. ff. ſi ager vectig. Bart.in
l.ſi quis,§.differentia, ff.de acquirend. poſſeſ. Et ſic a-
gens actione reali, dicens ad ſe pertinere proprietatē,
obtinebit,ſi dominium probauerit vtile,vt dicit Iaſon
in §.ſed iſte,num.142. inſtitut. de action. & alij relati à
Pinello vbi ſupra, num. 8. Et ea ratione, quare habeat
in vſufructuario locum, in dominio vtili habebit, cùm
tale dominium ſit ſeruitus quædā, & vſusfructus, tex.
in l.ſi tibi homo, §.1.de leg.1,l.1.§ quod ait, ff. de ſuper-
ficie. Didac. Caſtellus in l. 74. Tauri, n 3.in verb.dire-
cto dominio, & in his omnibus debent intelligi verba
illa *Del ſeñor dela heredad*, cùm eorum effectus in eis ve
rificetur,cũ verbum,quidem,dominium latum, & am
plum ſit, & cadat in omni iure,quod quis habet, text.
in l.qui vſufructum, ff. ſi vſusfructus petatur, & nota-
tur in l.naturaliter,§.nihil commune, ff. de acquir.hæ-
red.Bart.in l.qui vſufructũ, n.3.ff.de verb. oblig. Et in
eo tandem,qui bona anniuerſariorum poſsidet, proce-
det,quando alicui rei per teſtatorem imponitur onus
celebrandi annuatim ſacrificia:nā per iſtā impoſitionē
perpetuum fideicommiſſum inducitur,in quo iure ma
ioratus ſucceditur, vt inquiunt Couar.in pract.cap.38.
n.13.verſ.ego verò,Molin.de Hiſp.primog.lib.1.cap 1.
num.26.& ſeq.& iterum lib.3. cap.6. n.42. & in cap.7.
numero 19. eiuſdem libri. Et in hoc Seguntino Epiſ-
copatu ſine dubio procedit illa diſpoſitio, & indu- 7.
ctio ex anniuerſariorum inſtitutione, ex capite 10.

Digitized by Google

tit. 13. de parochijs, lib. 3. conſtit. Synodal. quę debet intelligi, quando ex verbis teſtatoris bona extra familiam alienari nequeunt: ſecùs autem, quando alienari non prohibentur; quia ex ſola oneris impoſitione non efficiuntur alienari prohibita, vt in l. nihil proponi, ff. de legat. 1. vbi Vlpianus ait, nihil proponi, cur prohibeatur hęres ædificia diſtrahere, è quorum reditu ſportulę ſint relictę, ſalua tamen cauſa legati. Ex quo patet, illa bona poſſe, cum ſuo tamen onere, alienari, & ibi Bart. notat, quòd onus pręſtandorum redituum alienationem proprietatis non impedit, prout in noſtris terminis latiſsimè corroborat Velaz. de Auend. in l. 40. Taur. gloſ. 2. n. 61. & 62. & in l. 41. gloſ. 3. num. 12. Quia me iam tertia vocat pragmaticę limitatio.

Summarium capitis decimiquinti.

AN Quis obligatam habeat rem, in cuius refectionem, aut conſeruationem pecuniam credidit? num. 1.

Quid ſi dominus prædiorum non ſit, qui ad eorum culturam mutuum dederit, quæritur eleganter? num. 2.

Dominis prædiorum quàm interſit, ſi benè colantur, quantā'q; erga colonos circa culturam habeant poteſtatem. num. 3.

Pignus an retineri poſsit pro melioramentis in eo factis? & quid de expenſis in depoſito erogatis, deque alijs melioribus effectis? num. 4.

Mercatores an præferantur in mercibus à ſe traditis ad creditum, ſi extent? & an creditor in re depoſita extante? n. 5.

An creditor habeat priuilegium; ſi in refectionem, aut culturam pecunia non ſit expenſa? num. 6.

Traditur ſingularis, & ſubtilis ratio, quare dominus fundi hoc priuilegium per mutuum ad culturam obtineat, & non domino denegetur? num. 7.

Qui

Qui habita fide pretÿ mulas, aut boues ad arandum vendidit, an poſſit mulas, aut boues pro executione capere? ibiq; cautio traditur, & de eius periculo aduertitur. num. 8.
Diſſeritur de illo, qui mutuas pecunias dedit agricolæ ad mulas, ſeu reliqua agriculturæ neceſſaria comparanda, an habeat in eis priuilegium? vbi multa ſcitu digna referuntur. num. 9.
Expenditur argutè differentia inter tacitam & expreſſam hypothecam in rebus inductam. num. 10.
Res empta ex pecunia dotali an ſit dotalis, & an vectigal, ſeu decima debeatur, ſi conſtante matrimonio res pro pecunia dotali in dotem aſſignetur? num. 11.
Quo pacto poſſit quis res pecunia ſua comparatas impunè capere, & in eis prælationem habere? num. 12.

An bona agriculturæ capi poſſint pro illo, quod dominus fundi mutuum agricolæ dederit ad culturam? Cap. XV.

HIS Sic habitis, tertia huius pragmaticæ limitatio diligenter eſt cõſideranda, vt prædicta etiam capi poſſint pro illo, quod dominus fundi agricolæ mutuum dederit, & ſubuenerit ad culturam: quoniam ait lex, *O por lo que el tal ſeñor les huuiere preſtado, y ſocorrido para la dicha labor.* Nec nouum arbitror, quem obligatam habere rem, & taciti pignoris nexui ſubiectam, in cuius conſeruationem, refectionem, aut reſtitutionem, pecuniam credidit, vt dixit Papinianus in l. 1. ff. quibus modis pign. vel hypoth. tacite contrah. textus in l. creditor, ff. de rebus creditis, ſi certum petatur, & in l. ſi ventri. §. Diuus Marcus, ff. de priu. cred. 1

 text.

text. in l. interdum, ff. qui pot. in pign. habeãtur, ibi: *Vt puta ſi in rem ipſam conſeruandam impenſum eſt*, & in l. 1. ff de ceſsione bonorũ, & tex. in hoc caſu expreſſus in l. huius, ff. qui pot. in pign. habeantur. Et probatur de iure Regio in l. 28. tit. 13. p. 5. & in l. 28. & eod. tit. & p.

2 Ex qua limitatione nonnulla dubia exoriũtur. Primũ, quid ſi dominus fundi non ſit, ſed alius, qui ad culturam mutuũ dederit, an poſsit pro executione talis debiti prædicta priuilegiata capere? Et breuiter reſoluo non poſſe: quia lex iſta requirit, ꝙ dominus fundi ſit, qui ad culturã mutuũ dederit, vt tale ſortiatur priuilegiũ, & ex eo ꝙ à lege iſta dominij qualitas requiſita eſt, præciſam neceſsitatẽ inducit, iuxta copioſe & eleganter tradita ex Iacob. de Aret. & Cin. in l. 2. C. de probat. per Hippol. de Mar. in ſua pract. crim. in §. quoniã, n. 52. & Auẽd. in reſpõſ. 14. num. 1. verſ. ſi verò vult. Et quia verbũ, *El tal ſeñor*, poſitum in hac lege, refertur ad dominũ fundi, eiq; conſonat: & qualis iſte fuit, ſcilicet fundi dominiũ habens, talis deſideratur, qui ad culturã mutuũ dans priuilegio per hanc legem afficitur, vt dominus fundi ſit, & talis debet eſſe in præſentia, qui mutuat, qualis erat ille, ad quẽ verbũ, *El tal ſeñor*, relationẽ facit, vt habetur in l. cuſtodia, ff. de peric. & commod. rei vendicatæ, & ibi gloſ. 1. quam commendat Bald. ibi ad declarationẽ legũ, & ſtatutorum, text. opt. in l. 1. C. de ſum. Trin. & Fid. Cat. tex. in l. promittendo, §. ſi à debitore in fine, ibi: Tale nomen conſecutus videretur, quale in obligatione fuerit, ff. de iur. dot. & facit textus cũ ſim, in l. talis ſcriptura, ff. de legat. 1.

3 Quæ ratio fortè procedit, quia domini prædiorum intereſt, vt fundi, ſeu prędia benè colãtur, & ſic ad ſubueniendum agricolæ ratione culturę faciliùs induce-

tur

tur, ſi & priuilegium capiendi, & fundum benè cultũ inſpexerit, cum prædia ſi non colãtur, vel intẽpeſtiuè colantur, deteriorentur, iuxta text. in l. ſi merces. §. cõductor, ff. locati, & in d. l. & hęc diſtinctio, §. cũ fũdũ, ff. eod. tit. tex. in l. 1. & ibi Ioan. de Plat. C. de mancip. & colon. lib. 11. Ant. Corſet. in ſing. ſuis, verbo colonus, tex. in l. 7. tit. 8. p. 5. & ibi Greg. in gl. 2. & 3. Et vt faciliùs mutuũ detur, ſi hoc modo dominis prædiorũ cautum ſit, prout ſimilis ratio in fideiuſſore cõſtituendo conſideratur à Iuſtiniano, in §. 1. inſtit. de fideiuſſorib. & in § fin. inſtit. de replication. & vtrobique Ang. Aret. & Platea n. 3. notant. Et ſemper colonus, ſeu conductor finita locatione tenetur reſtituere prædia in eo ſtatu, in quo accepit, tẽpore quo cõduxit, l. ſi merces, §. conductor, l. hæc diſtinctio, §. vlt. ff. locati. l. cũ cõductore, C. eod. tit. Feder. de Sen. cõſ. 110. in fin. Carol. Ruin. conſ. 80. n. 1. lib. 1. Menoch. conſ. 13. n. 1. lib. 1. Et nunquã in ſtatu conductionis ſuſceptæ terras reſtituiſſet, ſi eas aliquo modo deteriores redderet, l. 3. §. ſi reddito, ff commodati. l. 1. §. ſi res, ff. depoſit. Bart. & Paul. Caſtrenſ. in l. Iulianus, ff. de verb. oblig. Ruin. conſ. 80. num. 2. lib. 1. Menoch. vbi ſupra, num. 2. Quare nimirũ ſi ad hoc per pręſentem pragmaticam prouidetur.

Nec rurſus ideò ꝙ omnes in refectionẽ ędificiorum expẽſas faciẽtes priuilegiũ exigẽdi habeãt, bene ſequitur, omnes etiã priuilegiũ capiendi iſta prohibita habere, cùm diuerſa ratio in refectione, ac in cultura verſetur, vtpote cùm rei pignoratę melioramẽta, ac ipſum debitum principale ſolui debeant, & donec omnia ſoluantur, pignus retineri poſsit, vt in l. ſi fundus §. ſi res, l. Paulus, §. domus, ff de pignor. l. 15. titulo 13. part. 5. & ibi Gregor. in verbo, *A buena fe*, & dom. Co- 4

uar-

uar.lib.1.variar. reſol.c.8.n.2.circa finem, & expenſas
in depoſito factis poterit quis à deponente repètere,
quia depoſitum ſic melioratum eſt, vt in l actione, ff.
depoſiti, & in l. fin. tit.3. p.5. Quæ omnia & alia, quæ
co.liges ex l.fin. C. communia, de legat.& ex l.domos
hæreditarias,ff.de leg.1.& in l.intra vtile,§.fin.ff.de mi
norib.l domũ, C.de rei vẽdic.l.in fund. ff.eod tit. l.41.
tit.28.p.3.Cagnol.in l.2.n.145. C.de reſcind. vẽd. Ne.
guſ.de pign.5.p.4. mẽb. & ex alijs plurimis per Pinel.
in l.2. C.de reſcind.vendit.2.p.c.3. à princ.& ex cumu-
latis per Ant. Gom. & alios in l. 46. Tauri, vbi latè de
expenſis deducendis tractatur, inuenies reperiri in re
ſic meliori, & pretioſiori effecta, valorem ipſum ad-
huc extantem:& qui ſe ipſum oſtendit,præſertim in l.
penult. ff.locati, vbi colonus vineas in fundo inſtituit,
& in l.adeò,§.cùm in ſuo,& in §.ſi alienam plantam, ff.
de acquirend.rerum domin, vbi planta, vel ędificium
adhuc in ſolo extat, & ſic non minùs, quando ædificiũ
reficitur, conſeruatur,aut reſtituitur,valor refectionis,
conſeruationis,aut reſtitutionis exiſtit. Quo caſu non
mirum, ſi creditores omnes in eo, quod eorum cauſa
extat, priuilegium exigendi habeant, vt in l. creditor,
5 ff. ſi certũ petatur, cũ ſimilibus ſupra adductis. Sicuti
in ſimili dicitur de mercatoribus, qui in mercibus à ſe
alteri traditis,cũ extẽt,ſint alijs creditoribus pręferẽdi,
ſi ſtatim pretium recepturos ſe eſſe putarunt, cùm ſic
fidem de eis habuiſſe non intelligantur,vt in l.ſi quaſi,
& ibi Bart.ff.de pignor.act. gloſ.in verb fuerit, in l. in
ciuile, C. de reivendic. quam ibi ſequuntur poſt Cin.
Odofred & Bald & Caſtrenſ. communiter Doctores,
vt dicit Gomezius de Leon in ſua iuris informationũ
centuria, in deciſ. 61. & vt dicitur de creditore, qui
præ-

prçfertur omnibus alijs etiam anterioribus in re depoſita adhuc extante, vt in l. ſi ventri, §. in bonis, ff. de priuilegijs creditorum, & l. 9. tit. 3. p. 5. Vnde nimirum, ſi rem meliorem, ſeu pretioſiorem efficiens poſsit iſta melioramenta deducere, quorum etiam vtilitas ad hæredes etiam extraneos tranſit, prout eleganter reſoluit Andr. Tiraq. de retract. conuent. §. 7. gloſ. 1. num. 5. & alijs relatis id etiam affirmat Ioſeph. Lud. in deciſ. Peruſ. 24. n. 19. & ſeq. Pro quo etiam ſingulariter facit, quia ſi quis mutuã daret pecuniam ad refectionẽ, ſi tñ non conſumpta eſſet in refectionẽ, ceſſaret priuilegiũ prælationis, quia requiruntur duo copulatiuè, vt ad refectionem mutuata ſit, & in refectionem ſit conſumpta, vt limitauit Iaſ. in d. l. creditor, n. 2. ff. ſi certũ petatur, & Acurſ. in l. 1. ff. de ceſsione bonorum, vbi tunc dari priuilegium in domo refecta dixit, ſi in ea extarẽt çdificia. At verò in noſtro themate quando quis agricolç mutuum dat etiam ad culturam fundi, dummodò is qui dat, dominus fundi non ſit, nullum capiendi prohibita priuilegium ſortiri, & conſequi planum exiſtimo, cùm expreſſe hìc dicatur, & cùm hçc mutui natura ſit, vt in accipientem mutui dominium transferatur, l. 2. §. appellata, ff. de reb. cred. ſi cert. pet. l. 1. tit. 1. par. 5. ibi: *Paſſa el ſeñorio de qualquier deſtas coſas al que es dada por preſtamo.* Secùs verò in domino fundi, qui cũ dominium fundi locati in agricolam colonum, ſeu aliũ conductorem non trãsferat, l. cum manu ſata, §. fin. ff. de contrah. emptione, l. 2. § adeò, ff. locati, & text. in l. ſi id quod, §. & per colonos, ff. de acquiren. poſſeſ. & text. de iur. Regio in l. 5. tit. 30. p. 3. Quod eſt extendendum ad conductorem etiã ad longum tempus, vt eſt gl. celebris in l. ſi quis ante, verb. nouiſsimè, ff. de acquirend. poſ.

(Marginal numbers: 6 beside "quia ſi quis mutuã daret…"; 7 beside "çdificia. At verò…")

poſſeſ. & l.1. & fin. cum gloſ. ff. ſi ager vectig. vel emphyt. petatur, l.1. §. quod autē, ff. de ſuperficie. Quæ eſt ratio, vt nullo tēpore præſcribi res locata per cōductores non poſsit, vt in l.4. tit.15. lib.4. Nou. Cōp. & in l.1. in fin. tit.11. lib.2. fori, & ibi Mont. verb. *Arrendada*. Et cū ita ſit, quicquid in fundo excolendo expēditur, ipſi fundo cedit, etiāſi opera & pecunia expenſa aliena ſit, vt dici ſolet de illo, qui in alieno ſolo plantauit, ſeu ædificium conſtruxit: nam ſolo arbor plantata, factis radicibus, & ædificium cedit, l. adeò, §. ex diuerſo, vbi Galus ait: *Qua ratione autem planta, quæ terra coaleſcunt, ſolo cedunt; eadem ratione frumenta quoque, quæ ſata ſunt, ſolo cedere intelliguntur*, text. in l. ſed ſi meis, §. arbor, ff. de acquirēd. rer. domin. §. ex diuerſo, §. qua ratione, § Titius, inſtitut. de rerum diuiſione, l.42. & 43. tit.28. p.3. & in tantum, vt per pactum non poſsit fieri, vt ædificium ſolo non cedat, l. obligationum fere. ff. 1. verſ. planè, ff. de oblig. & action. Bart. in l.1. §. 1. ff. de ſuperficie. Paul. Caſtrē. in l. ſeruitutes, 2. ff. de ſeruit. refert & ſequitur Greg. in d. l 42. in gloſ. penult. Vides ergo differentiā, qua iuſtè fieri poſsit, vt dominus fundi pro mutuo ad culturam priuilegium potiùs, quàm alius, qui dominus non ſit, habeat.

8 Secundum, quod cōſecutiuè dubium ſe offert hîc, an qui habita fide pretij mulas, aut boues ad arandum vendidit, vt ſæpiſsimè contingere video, habeat priuilegium capiendi mulas, aut boues à ſe venditos, non obſtante huius legis prohibitione? In qua quæſtione illud ſine dubio dicendum erit, quòd cùm quāprimū habita fides de pretio ſit, translatum ſit dominium rei venditæ in emptorem, vt in l. quidam, ff de in rē verſo. l. procuratoris, §. quod ſi dedi mercem, ff. de tribu-

toria,

toria, Angel. in l. licèt, C. qui potiores in pign. habeantur, Paul. Caſtr. in d. §. ſed ſi dedi mercem, Iaſ. in d. l. creditor, n. 5. Ang. & DD. in l. 1. §. fin. ff. de ſolut. Cõſequẽs eſt, vt in ipſa re vendita alij creditores anteriores, & nõ ipſe venditor prę̈feratur, ſicuti communi omnium calculo receptum eſt, ex Fabro in §. venditę, inſtit. de rerum diuiſ. Bart. in l. ſi cùm dotem, §. fin. num. 10. ff. ſolut. matr. & Iaſ. in d. l. creditor, vbi ſupra. Quapropter vt venditor poſſit mulas, aut boues ipſos aratorios venditos capere pro executione pretij, cuius fides habita eſt, hoc vti remedio oportebit, vt non aliter ad emptorem eorum dominium transferatur, quàm ſi totum pretium exſolutum ſit, vt tradiderunt Cepola cautela 124. num. 2. Gregorius Lop. in l. 28. tit. 13. par. 5. gloſſa 1. Ant. Neguſ. in tract. de pignor. 4. p. memb. vnico, à n. 33. & in 5 p 2. memb. n. 17. cum ſeq. dom. Cou. lib. 1. variar. cap. 7. n. 3. circa finem, Parlad lib. 1. rerum quotid. cap. 8. vbi alias ad id non contẽnendas cautiones, prę̈ſertim illam de precario proponit: tũc enim magis rem ſuam quis recuperare, quã alienã capere videtur. Sed hęc cautio periculoſa eſt, quippe ſi moriatur animal, periculum, & incommodum erit venditoris: nam etſi poſt perfectam venditionem periculum, & commodum rei venditæ ad emptorem pertineat, etiamſi pretium nec ſolutum ſit, nec facta rei traditio, vt in l. 1. C. de peric. & commodo rei venditę l. 23. tit. 5. part. 5. Pariſius conſ. 59. lib 1. & optimè Couar. lib. 1. variar. cap. 15. num. 2. id quidẽ procedit, quia ipſe emptor eſt iam dominus rei venditę, ex l. quidam, ff. de in rem verſo, cum alijs à me allegatis in huius numeri principio. Sed hic cũ non transferatur dominium per pactum appoſitum, donec totum pretium exſolutum ſit, per cautelam

telam Cepolæ,& aliorum vbi ſupra:conſequens eſt,vt ad venditorē,tanquā adhuc dominū,periculū,& incōmodum mortui animalis ante ſolutionem ſpectet. Vnde hæc cauſatio ſecura non eſt,quapropter venditorē, aut ea vti,aut huius euentus infortunio ſubiectum eſſe oportebit. Cęterū iā vſu euenit, vt iſtud hominū negotiatorū genus faciat in vēditionū inſtrumentis mulas, ſeu boues,habita fide pretij venditos hypothecę affici, cum vſitato iam illo de non alienādo pacto: quia tunc virtute hypothecę illis cōpetit actio perſecutionis pignoris,aut hypothecę ad traditionem poſſeſsionis, vel retētionis in cauſam pignoris,vt notat Bart.in l. fin. C. ſi vnus ex pluribus,Panor.in c.ex literis, 3. not. de pignor idem Bart.in l.ſi fundus,§.in vendicat.ff.eod.tit. DD.communiter in §. item Seruiana,inſtit.de actionibus,Greg.in l.14.tit.13 p.5.verb.*Que le entreguen*,etiā ſi mulę, ſeu boues in alijs, quàm emptoribus,dominis, ſiue poſſeſſoribus reperiātur,cū pactū de non alienādo id non immeritò operetur, vt ſupra dixi c.9. num.3.

9 Tertium erit, quid iuris ſit de illo, qui agricolę mutuas pecunias dedit ad mulas, ſeu boues, aut prædia aliqua, reliquave inſtrumenta aratoria cōparanda, an habeat in eis tacitam hypothecā, & poſsit illa pro executione huius debiti pignorare? In quo ego crederem, ꝙ poſsit, quia mutuans pecuniam alteri ad emendam aliquam rem, eamdem rem ſic emptam iure pignoris obligatam habet pro illius pecuniæ ſolutione, gloſ. in auth.quo iure, C. qui pot. in pign habeantur. Quæ eſt cōmunis ſecundū Bald & Angel.ibi,eāq; ſequitur Iaſ. in d.l.creditor,num.5.circa fin & Caſſan.in Cat.glorię mundi, p.12. conſiderat. 99. verſ. tertiò principaliter limitatur,Alexand.in l.ſi cùm dotem,§.vltim. colum.3. ff.ſo-

ff.ſolut.matrim.Campeg.de dote,4.p.q.8. Sed Bart.in
l.interdum,n.1.ff.qui pot. in pign. hab. diſtinguit. Et
ad hoc propoſitum ex eo colligo, ꝙ ſi quis mutuat ad
rem emendam pacto expreſſo, quòd illa ſit ſibi obliga-
ta, habebit priuilegium in perſonali, & tacitam hypo-
thecam,& prioribus præferetur, vt in l.licet, C. qui po
tior. in pignor. habeantur. Et pro Bart. ſententia ad-
do gloſſam.in l.quod quis,ff.de priuileg. creditorũ, &
expreſſum text. in l. quamuis 3. C. de pignor. vbi in-
quiunt Imperatores Dioclet. & Maxim.in hæc verba:
*Quamuis ea pecuniæ, quam à te mutuo frater tuus acceperit,
comparauerit prædium: tamen niſi ſpecialiter, vel generali-
ter hoc tibi obligauerit, tuæ pecuniæ numeratio in cauſam
pignoris non deduxit.* Et voluit Ripa in l.priuilegia, n.18.
ff. de priuileg. creditorum, & latè, beneq; tradit do-
min.Couar.lib.1.variar.reſolut. cap.7. num.3. verſic.
ſed contrarium expreſſè, vbi paulò inferiùs ſubijcit, fal-
ſam eſſe opinionẽ Bart. quatenus ait, tacitam hypothe
cam hìc competere, cùm potiùs expreſſa competat, ex
eo quòd id expreſſe cautum eſt.

Pro cuius veriori reſolutione expendo text. in d.l. 10
quãuis; nã ibi ſi ſpecialiter prędium obligatur, ſpecialẽ
in eo hypothecam competere palam eſt, tex.eſt etiam
in d.l.licet,C.qui pot.in pign. hab. ibi: *Quod ei pignori
eſſet ſpecialiter obligatũ.* Et id voluit Bald.& Salic.& tex.
de iur. reg. in l.30 titul.13.p.5. Et id ſentire videtur cũ
Bald. Nouello Greg.ibi in verb. *El poſtrimero*, circa fin.
nã ſi expreſſè cautũ eſt, vt res ſit hypothecata, expreſ-
ſa omnino eſt hypotheca, non tacita, l. vnic.§.2. C.de
rei vxor.action. Idq; voluit Cepol.in cautela 124.n.1.cir
ca finẽ:idq; ſati' percipietur ex ꝓprietate tacitę hypo-
thecæ:nã ſicuti, vt dixi, expreſſa cõtrahitur, ex expreſſa
par-

partium conuentione, vt in d. l. quanuis, cum ſimil. & in l. 30. tit. 13. p. 5. & Ioann. Matienç. in l. 7. tit. 16. lib. 5. Nouæ Compil. gloſ. 5. num. 7. & Felic. in tract. de cenſib. lib. 3 cap. 5 num. 22. verſ. tertia eſt. Ita etiam tacita contrahitur ex natura & priuilegio cõtractus, ſeu rei prærogatiua, de qua ageretur ex vi, & poteſtate legis, vt in bonis mariti, quæ tacitè ſunt hypothecata, pro dote reſtituenda, vt in l. 1. §. & vt plenius, C. de rei vxo riæ actione, & in alijs, quæ referuntur à Iuriſconſultis in l. 1 & 2. & per totum, ff. & C. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacitè contrahatur, & l. 23. & ſeq. tit. 13. p. 5. Cuius quidem tacitæ hypothecæ ea eſt virtus, & potẽ tia, vt creditor, qui eius viribus nititur, meritò ſit præferendus alteri creditori habenti expreſſam poſteriorem, l. 1. C. ſi prop. publ penſit. l. hac edictali. §. his illud, C. de ſecundis nuptijs, Ripa in l. priuilegia, num 5. ff. de priuil. credit. Matienç. in l. 7. tit. 16. lib. 5 Recop. gl. 5. n. 10. quem, & alios refert, & ſequitur idem Felic. vbi ſupra num. 8. vbi eleganter de tacita & generali hypotheca aliqua dicit.

11 Rurſus non eſt mirum, ſi in d. l. quanuis expreſſa ſit ex pacto: nam ex eo ſemper erit eius naturę in reliquis conuentionibus, vbi hypothecam apponi conueniatur, prout res empta ex pecunia dotali, quę non eſt dotalis, nec ex tali emptione mulieri quęritur actio, vt eſt text. in l. ex pecunia, C. de iur. dot. & ibi notat Bald. tamen ſi ita conueniatur, vt res empta ex pecunia dotali efficiatur dotalis, proculdubio dotalis erit, eiuſq; actio mulieri competet, text. eſt ſic intelligendus in l. ſi res, ff. de iur. dot. l. ex lapidicinis, l. ita conſtãte, l. fin. ff. eod. tit. gloſ. & Bart. & communiter DD. in d. l. ex pecunia, cùm etiam conſtante matrimonio

de

de dotis commutatione inter coniuges conueniri ſoleat, vt in d. l. ita conſtante, & l. ſi mulier. ff. de pact. dotalib. cũ traditis à Tiraq. de retract. lignag. §. 30. gl. 1. à num. 19. & tetigit Ignat. de Laſart. de decim. empt. & permut. c. 20. nu. 37. quem ibi, & in nu. ſeq. animaduerto dixiſſe, ex conuentione dotis, cõſtante matrimonio, ſi pro pecunia fundus aſsignetur, vt in dictis iuribus, decimam deberi, non obſtante l. 35. tit. 18. lib. 9. Nouæ Compil. quæ dotis conſtitutione, etiamſi res in dotem conſtituta æſtimetur, non ſolui gabellam, indulget: nã præter ea, quod nihil, quod etiam eius ſententiam firmet, allegauerit; tamen Ioann. Patlad. in lib. 1. rer. quotid. c. 3. §. 6. verſ. ſed finge, quem ipſe nec refert, nec refellit, optimis rationibus contrarium probat. Egoque feſtinanter (quia alia ad rem ſpectantia nos vocãt) probabo; tũ, quia beneficiũ Imperatoris Caroli in d. l. 35. dotibus cõceſſum pleniſsimè eſt interpretãdũ, vt cõſuluit Iabolenus in l. beneficiũ Imperatoris. ff. de cõſtit. & habetur in c. olim de verb. ſign. & quia in ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt l. in ambiguis. ff. de reg. iur. tũ, quia ex eo ꝙ diuerſis tẽporibus dos æſtimetur, aut aſsignetur, nõ conſtituitur in dote diuerſa ſpecies, vt in l. fin. ff. de fund. inſtr. & quia mulier dotata à principio, poteſt etiã, cõſtãte matrimonio, dotẽ cõſtituere. l. ſi cõſtãte. l. fin. poſt princ. verſ. quare enim. C. de donat. ante nup. Palac. Rub. in repet. rubr. §. 53 nu. 1. & 2. & § 24. nu. 2. & Bald. & Bart. in l. 1. nu. 189. ff. ſolut. matrim. Baeça de dotibus. c. 5. nu. 16. & 17. vbi aſſerũt, dotẽ, conſtante matrimonio, conſtitui poſſe, quinimò nõ ſolũ, ſi à principio fuit mulier dotata, verũ etiam etſi nõ fuerit; poteſt tñ eo matrimonio cõſtante tã per cõfeſsionẽ, quã ꝑ numerationẽ illã conſtituere, dũmodò

non ſit in fraudem creditorũ, vt ex l.fin.& authẽt.ſed iam neceſſe, C.de donat.ante nupt. probat idẽ Palac. vbi ſup.§. 30. n 12.& ad cõſtitutionẽ arrharũ ex parte viri poſſet extendi,ex trad tis per eũdem Palac. vbi ſu pra in §.24.n.2.Rod.Suar.in l.1.tit. *De las arras*, lib.3. fori,verſ.ſed pone quod tẽpore,Greg.in l 1.tit 11. p.4. in gl.litera D. Baeça de dotib.c.5.n 12.& 18.Vnde meritò eo tẽpore,quo actus fieri poteſt,ſuũ debet priuilegiũ ſortiri, cum verba legis Regni ſint generalia, & ad rem multiplicabilẽ referãtur,ſecũdum ea,quę trad t Alciat.in l bou s, § hoc ſermone, ff de verb.ſign. vbi ſatisfacit h s,quę pro primo actu diſpoſita intelliguntur. Et pręter Alciatũ tandem aio,priuilegium tale dotibus cõceſſum ſuapte natura eſſe perpetuũ:nec primo actu finiri,vt in reg.decet,de reg.iur.in 6 & in authent.quę de dign.§.fin circa fin.latè Oldrad.conſ.300.pręſertim n.3 & latiſsimè Tiraq.in d.l. boues, §. hoc ſermone,in li it.6.& 8.& 12. Et ſic patet, illud, quod conſtante matrimonio qualibet conuentione pro dote ſtatuitur, à decima immune eſſe.

12 Et vt ad ea,vnde digreſſa eſt, mea conuertatur oratio,in quęſt ſuprà propoſita reſoluẽdũ eſt, tũc mutuãtẽ ad emptionẽ rerũ,quę hìc capi ꝓhibẽtur,res eius pecunia emptas poſſe capere, ſi pro pecunia exigẽda ſpecialiter obligatę ſint, iuxta d.l. quãui s,& l.licet,col.3. tit.13.p.5.& d.cautela 124.n.1.& ſeq.Bartholomęi Cepolę,& iuxta tradita per dñm Cou.& Greg.ſupra relatos.Et quamuis iſtę leges,&DD.ſentiẽ vid ãtur,vt creditor pręferatur per iſtud pactũ ſpecialis hypothecę,& obligationis reliquis etiã anterioribus creditoribus,vt etiam ex Felic.cõſtat,vt in lib.3.de cenſib,c 5.n, 12.verſ.tertia eſt,tũ per ea,quæ ſupra hìc , n. 8. tradita

ſunt,

ſunt, capiendi liberè priuilegium operabitur: vel recurrendum erit ad cautiones, vt vel dominium non transferatur, vel res in precario ſit, quouſq; totũ ſit pretium exſolutũ, vt dixi ſupra ex dom. Couar. lib. 1. variar. c. 7. n. 3. & Parlad. lib. 1. rer. quotid. c. 8. Quæ cauſa licet ad prælationem itidem ſpectet, ad libertatem quoq; capiendi pertinebit, cùm quis rem ſuam tunc capere intelligatur ex à me congeſtis hic num. 8.

Summarium capitis decimi ſexti.

Limitationes pragmaticæ, quando alia bona non inueniuntur, procedere, exemplo à bonis alienari prohibitis ſumpto, demonſtratur. num. 1.

Ad diſtractionem bonorum maioratus quando poſsit deueniri. num. 2.

Quando ex bonis truncalibus, vbi forus de Sepulueda viget, æs alienum eſt ſoluendum? num. 3.

An nullitas inducatur, ſi in immobilibus, priùs quàm in mobilibus executio fiat? num 4.

Debitum pro alenda vxore, & pro filio familias ſuſtentando, an ab ipſis, & non à marito, vel patre ſolus debeat, & quãdo. num. 5.

Quando bona, in quibus regulariter executio fieri poteſt, non ſufficiunt, an pro reſiduo, vel pro toto ad prohibita poſsit deueniri? num. 6.

Quando priùs expreſſa ſit hypotheca exequenda, quàm ad generalem deueniendum, oſtenditur. num. 7.

Illa'ũ in prædiũ vltra quantitatem pẽſionis, an poſsit pro mercede detineri, & id egregia diſtinctione deciditur, num. 8.

Mulier vendens ſimul cum marito fundum dotalem, quando ſoluto matrimonio eius ſaltem æſtimationem poſsit repetere ab hæredibus viri præmortui. num. 9.

De vno pari boum nullo caſu capiendo, etiamſi alia bona deficiant, diſputatur, & quã capitale eſſet antiquitus, aratorios boues mactari, ex Solonis lege proponitur. n. 10.

An in tribus caſibus ſuperioribus exceptis bona agriculturæ capiantur, etiamſi alia inueniri poſſint. Cap. XVI.

1 SVperiores tamen limitationes, ſcilicet vt pro debito fiſcali, & pro pẽſione debita dominis prędiorum, & pro mutuo agricolis à domino fundi ad culturam dato prædicta capi poſſint, reſtringit, & ſublimitat hæc lex, vt tunc procedat, quando alia bona non inueniantur, ex quibus exſolui poſſit: quia pragmatica noſtra ſubijcit, *Y en eſtos tres caſos quando no tuuieren otros bienes, de que puedan ſer pagadas las dichas deudas.* Et ſic antequàm ad bona, quæ in hac lege capi prohibentur, deueniatur, inſpiciendum eſt, an alia ſint, quæ pro executione liberè capi poſſint. Ad cuius ſententiæ confirmationem multa faciunt. Nam bona etiam alienari prohibita, non poterunt alienari, vt ſatisfiat creditoribus, ſi eis aliunde poteſt ſatisfieri, textus in l. filiusfamilias. § diui 2. verſ. ſed hæc neq; creditoribus, & ibi Iaſ. num. 11. & in 2. l. ſtura. num 14. ff. de legat. 1. text. in l. fin. §. etſi præfatam. C. de iur. deliberãdi, l. pacto ſucceſſorum, C. de pactis. Et quãuis debita à ſucceſſore maioratus ſoluenda ſint, ſi per inſtitutorẽ ſint contracta, arg. text. in l. cùm fidei hæredis, ff. de fidei cõmiſ. liber. vbi ſeruus alienari ꝓhibitus poteſt alienã pati ſeruitutẽ, ſi id fiat ex cauſa obligationis ipſum alienari ꝓhibẽtis, tex. etiã in l. peto, § prędiũ, ff. de le. 2.

iuncta

Iuncta gloſ. in l. alienationes, ff. famil. erſciſc. verb. neceſſariam, & tex. ibi: *Non quæ vetuſtiorem cauſam, & originem iuris habent neceſſariam*: l. ſenatus, in princ. ff. de legat. 1. Palac. Rub. in rub. de donat. inter in §. 19. n. 14. in fin. cum ſeq. Ant. de Meneſſes in l. vnum ex familia, §. ſi de Falcid. n. 7. ff. de legat. 2. Peralta in l. 3. §. qui fidei commiſ. n. 106. cum multis ſeq. ff. de hæred. inſtituend.

Verùm enim verò hoc intelligendum eſt, niſi bona libera ſuperſint, ex quibus debita exſolui poſsint: nã tũc ea libera vendi & nõ prohibita alienari debebũt, text. in l. pater filium, & ibi notat Bart. in prin ff de leg. 3 & tex in d. §. diui, & ibi Iaſ. & idẽ Peralta latiſsime vbi ſupra n. 138. in fin. & in n. ſeq. probat, deuẽtũ ad vẽditionẽ rerũ, quę maioratus ſunt, eſſe ſubſidiariũ, quãdo ſcilicet alia bona libera non ſuperſunt, vt notãt etiã Alex. in cõſ. 19. vol. 5. & Greg. in l. 4. tit 15. p. 2. verb. *Sus deudas*, verſ. ſi tñ maioria, & Ioan. Matiẽç. in l. 6 tit. 7. lib. 5. Nou. Cõp. gloſ. 3. n. 21. Et facit ad inueteratã huius Epiſcopatus Segũtini conſuetudinem, vt etiam cõtra teſtamentũ in bonis truncalibus per eos, qui de trũco ſunt, ſuccedatur, ſicuti per Regias Pincię ſententias approbatam eſſe vidi. Et hanc cõſuetudinem valere probat Auẽd. in l. 6. Tauri, gloſ. 11. n. 8. nam iſto caſu debita ſoluẽda ſunt de bonis liberis, videlicet de nouo per teſtatorẽ quæſitis, quæ extra bona de patrimonio, aut trunco ſint, quæ ſi defuerint, tũc, & nõ aliàs, ad bonorũ trũcaliũ diſtractionẽ deuenietur, per text in d. l. pater filiũ, ff. de leg. 3. d. l. ſi filius famil. §. diui, & ibi Iaſ. d. n. 11. ff. de legat. 1. cum cõgeſtis à Ludouico Molina lib. 1. de Hiſp. primog. c. 20. n. 4. nã ſicuti bona truncalia poſſeſſor neutiq; alienare prohibetur in his terminis per cõtractũ inter viuos, ſic etiã per mutuum acceptũ, bonis

2 (margin, beside "Verùm enim verò")
3 (margin, beside "Nou. Cõp.")

liberis deficientibus alienata bona truncalia dicentur: ſatis enim alienare dicitur, qui debitum contrahit, tex. in l. ob æs. C. de præd. min. l. hæreditarium. ff. de bon. autor. iud. poſsid. & ibi notat Bart. l. cum emancipati, §. illud. C. de collat. bon. vbi dicitur: *Illud autem intelligendum filium in bonis habere, quod deducto ære alieno ſupereſt*, l. non vſq; ff. ſi quis à paren. fuerit manum. l. ſub ſignatum, §. bona. ff. de verb. ſignifi. cum latiſsimè cōgeſtis à Ioãne Rojas in epit. ſucceſ. c. 9. à n. 4. 5. 6. & 7. & ſeq. Nec obſtant ab eodem Rojas tradita in d. tract. c. 30. n. 25. vbi affirmat, ex bonis de trunco debita eſſe ſoluenda, iuxta æſtimationem omnium bonorũ, vt qui plura poſsidet, plura ſoluat, vt in l. Celſus. ff. de relig. & ſump. fun. l. ſi vir vxori. ff. ad l. Falcid. nam id procedit in eo caſu, de quo loquutus eſt, nẽpe quando forus iſte ab inteſtato obſeruatur, vt idẽ Rojas vbi ſup. nu. 14. cũ cõmuni traditione Scribentiũ in d. l. 6. Taur. & omnes hanc probant vt veriorẽ ſententiam, niſi vt dixi, contra teſtamentum legitima cõſuetudo obtinuerit, qua introduci poteſt, vt ſuccedatur in bonis alicuius familiæ, excluſa teſtamenti factione, vt dixit idem Auend. vbi ſup. dict. num. 8. & in l. 41. Tauri latiùs probauit.

4 Quod cũ ita ſit, nõ minus in hoc themate priùs quærenda erũt alia bona in iſtis tribus caſibus exceptis, quã ad pignorationem, ſeu executionẽ, aut diſtractionem rerũ, quæ capi prohibeť, deueniatur, prout generaliter in immobilibus ſtatutũ eſt: nã prius quã ad ea deuẽtus fiat, mobilia ꝑ executione capientur. l. à D. Pio. § in vẽditione. ff. de re iud. l. 3. tit. 27. p. 3. l. 19. tit. 21. lib. 4. Recop. ita vt ſi executio facta eſſet priùs in immobilibus, eſſet nulla, tãquam cõtra legis formã facta, & idẽ eſſet, ſi priùs illa capiantur, quæ tantũ in ſubſidiũ capi poſſũt,

cùm

Digitized by Google

cũ modus ab ipſa lege impoſitus,& datus ſit obſeruã-dus,& eius trãſgreſsio reddat proceſſum nullũ, vt in l. certa ratione. C. quando prouocare non eſt neceſſe, gl. verb. inhibentes, in 1. Clemẽ. 1. de iure patr. Bal. in l. etſi ſeuerior. C. de his, qui notantur infamia, Pariſ. de Put. in tract. ſyndicatus, in p. 1. verſ. at ſi poteſtas, num. 11.

Et hac ratione procedit, ꝙ ſi maritus accepit mutuo pecuniã ad alẽdã vxorẽ, ipſe ex bonis proprijs tenetur ſoluere, cũ onus alẽdi illi incũbat. l. ꝓ onerib. C. de iure dot. l. quæ doc. C. ſolut. mat. & in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſæuiſsimo. ff. eod. tit. & ex Taur. conſtitut. 61. & ibi Didac. Caſtel. in verb. *Veſtir y comer*, & Ioann. Lup. de Palac. Rub. in nu. 11. & ſeq. & multis antiquis, & recentioribus citatis Anton. Lar. latè proſequitur in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his, à num 19. cum multis ſeq. ff. de lib. agnoſcend. & tamen ſi maritus nulla habeat bona, hoc diſcuſſo deueniri poterit ad bona ipſius vxoris, vt ex illis bonis debitum in eius alimenta conuerſum ſoluatur, & ſic in ſubſidium, quia maritus non habet, ab vxore exigitur, gloſ. verb. proficit, in l. his ſolis, ff. de condict. indeb. & Bart. ibi, & Ioann. de Plat. in l. vxorem, in fin C. de decur. lib. 10. tradit eleganter Ioan. Matienç. in l. 3. tit. 9. lib. 5. nouæ Cõpil. gl. 7. nu. 5. & latiſsimè idẽ Ant. de Lar. vbi ſup. à nu. 83. qui poſt lõgam altercationem in hac veriſsima reſidet ſententia ſu n. 115. Ideq; erit, ſi pater ex pecunia mutuo accepta liberos alat: nã ſi ipſe nulla habuerit bona, hoc primum perſpecto, bona filiorum, quæ ex matre habuerũt, ad faciendã ſolutionẽ capientur, vt in d. gl. in d. l. his ſolis, & ibi Bart. & Ang. & Rom. in ſing. 210. incipit, *Pater erat pauper*, & Cepola in cautela 246. Palac. Rub. in repet. rub. §. 66. n. 6 qui cogitãdũ reliquit, etſi cõtrarium velint Did. Caſtel. & alij, vt Ant. de Lara notat vbi ſup.

videlicet quòd abſque vlla dubitatione vxor, filijque conueniantur, ſi nõ ſit ſoluendo maritus, ſeu pater, qui mutuo acceperunt, vt eos alerent: quod ratione, æquitateq; naturali introductũ eſt, vt ibi expenditur, & cõprobatur. Pro qua etiã confirmatione facit: nam priùs
6 quã quod in tertios poſſeſſores tranſlatũ eſt, poſſit capi, debẽt excuti principales debitores, aut eorum fideiuſſores, vt in Authent. hoc ſi debitor. C. de pign. l. 14. tit. 13. p. 5. & ibi latè Greg. in verb. *Primeramente*, vbi decem & octo limitationes conſtituit: & aduerto non requiri bona, quæ priùs debent capi, quã ad prohibita deueniatur, debere ſufficere ad ſolutionẽ debiti exacti in his tribus caſibus: nã etſi debito ſufficientia nõ ſint, adhuc in eis ꝓ vera quãtitate, & valore, executio priùs fieri debet, & ꝓ reſiduo in bonis, quæ capi prohibẽtur, tex. eſt ſic intelligẽdus in l. à D. Pio. §. in vẽditione. ff. de re iudic. ibi: *Si nõ ſufficerit, etiã ſoli pignora capi iubẽtur*: hoc enim priuilegiũ conceſſum eſt omnibus illis bonis agriculturæ neceſſarijs, atqui eorũ parti cõceſſum intelligẽdũ eſt, cũ quod iuris ſit de toto quoad totũ, idem iuris ſit de parte quoad partẽ. l. quæ de toto, & ibi gloſ. & Bart. notãt ff. de rei vendic. l. iuris gẽtiũ. §. adeò, & ibi Iaſ. & DD. ff. de pact. l. ſi vnus. §. ſi cum tibi, cum §. ſeq. eod. tit. latiſsimè Euerard. in loc. arg. legalib. in cap. 8. de toto ad partem, per totum, præſertim nu. 5. & ſeq.
7 Et ita procedit, quod in generali, & ſpeciali ſimul hypotheca verificari ſolet, vt creditor nõ poſſit aduerſus poſteriorẽ creditorẽ generali hypotheca ad reuocandum ſolutum agere, niſi priùs conſtet, rem ſpeciali hypotheca obligatã nõ ſufficere ad prioris debiti ſolutionẽ: nã quod deficit in ſpeciali, id ſolũ à generali petendũ erit, eſtq; de mẽte tex. in l. 2. C. de pign. quẽ ſin-

gularem

gularẽ dixit Bald. in c. 2. de offic. leg. & Franc. Cremẽ. in ſing. 35. incipit, *Obligauit tibi domũ*, put latè refert, & proſequitur dñs Cou. lib. 3. variar. reſol c. 18. à princ.

Pro quo omninò facit, quia inuecta, & illata in prædium ruſticũ, aut vrbanum, pro ſola pẽſionis quãtitate detineri poſſunt, & detentio earum rerum, quæ penſionẽ ſuperãt, vt ſuperuacua vitanda erit, arg. tex. in l. Moſchis. §. Æmilius Prætolinus. ff de Iure fiſci, vbi ſola cõductionis quãtitas ſoluenda eſt, & tex. in l. 2 C. de debitorib. ciu. li. 11. per quæ iura ita reſoluit Ioã Faber in §. itẽ Seruiana. nu. 2. inſtit. de actio. Quod ſi in detẽtione id locũ habet, multò magis in ſolutione id locũ habere debet, arg. text. in l. ſi cõuenerit. ff. de pign. act. vbi ex iuſto pignoris valore debitũ exſoluẽdũ eſt, in ca ſu quoad ſolutionem diſtrahatur, & reſiduũ debitori reddẽdũ. l. fi. C. de iure dom. impetr. Ang. in ſum. verb. pignus. § 7. & itidem Sylu. in eod. verb. q. 10. Et quãuis in caſu retentionis rerũ, quæ inuectæ ſunt, Iaſ. dubitauerit in d. §. item Seruiana, nu. 61. per tex. in l. quamdiu. C. de diſtr. pign. vbi propter ſolum quadrãtem pignus etiam pretioſum retineri poteſt, tamen hoc intelligendum eſt, quando pignus pretioſum eſt indiuiſibile: nam ſi diuiſibile ſit, & ſeparatis partibus conſtet, tunc pars, quæ debito penſionis æquipolleat, retinenda erit, vt altè, & eleganter aſſequutus fuit dom. Ferdin. de Mẽdoça in diſput. iur. ciuilis, lib. 2. c. 4. nu. 28. Et ſic opinio Fabri defenſa eſt, & obiectioni Iaſonis ſatisfactũ, præſertim in caſu ſolutionis faciendæ, de qua à principio capitis agitur, in quo non vrget hoc Iaſonis argumentum, etſi Iam per intellectum legis, quamdiu ceſſet, cũ vltra quantitatem debitam ſolutionẽ fieri periniquũ, & fœneratitium ſit, vt in d. l. fin. C. de iur. dom. impe. 8

&

& Ang.& Sylu.vbi ſup. & Nauarr. in Manuali Latino in cap.17.num.204.cum ſeq.

9 Plurimum etiam conducit, quòd ſi maritus ſimul & vxor, vendiderint rem dotalē, poterit nihilominus mulier ſoluto matrimonio petere ab hæredibus viri pretium illius dotalis rei venditæ, nec ſibi mulier generabit præiudicium, etiamſi cum iuramento, & reliquis iuris ſolēnitatibus cū marito vnà vendiderit, niſi quatenus mariti bona nō ſuffecerint, cum totum pretium ad maritum præſumatur perueniſſe, iſq́ue vxorem, eiusq́ue bona adminiſtret, & gubernet, pro communiori calculo traditur receptum à Roland.de Valle in conſi.64 lib.1.& à deciſ.Pedemon.43. nu.5.& ab alijs, quos congerit acuratiſsimus Gutierrez de iuramento confirm.1.p.c.1.nu 14.itidemq́; in conſ.22.nu.15. Vnde ſolùm id vtilitatis emptor conſequitur ex obligatione mulieris, vt rem ipſam ab ipſo per eam nō poſſe ſoluto matrimonio vendicari intelligat, quāuis ipſa pretium, quo venditio conſtitit, ab hæredibus mariti, vel hæredes vxoris à marito poſsint expoſcere.

10 Et tandem ſublimitatur hæc diſpoſitio, vt nec in his tribus caſibus, nec in alijs, vnum par boum, ſeu mularum, aut aliorum animalium, quæ ad arandum deſtinata ſunt, pro exequutione capi poſsit, cùm lex dicat: *Y que en vn par de bueyes, mulas, o otras beſtias de arar, no puedan ſer executados en los dichos tres caſos, ni por otro alguno:* nā etſi in his tribus caſibus priuilegium capiendi bona prohibita competere dictum ſit: tamen quia per vnum ſaltem par boum, aut mularum, animaliumve aratoriorum, agricultura omninò impediretur, in qua adeò verſatur publica vtilitas, meritò & in hoc priuilegium ſpeciale nō habere locū, ſancitū eſt. Tanto enim

fauore

fauore veteres rē ruſticā proſecuti ſunt, vt Solonis lege capitale eſſet, aratorios boues mactari, ſeu occidi, vt autor eſt Plin. lib. 8. c. 45. & ex Catone de re ruſtic. id etiam tradit Rebuf. in l. boues, verſ. item ſi de damno, ff. de verb ſign. & eo non relato Parlad. lib. 2. rerum quotid c. fin. 5. p. §. 3. n. 16 Vnde meritò publica vtilitas cuilibet eſt priuilegio præferenda, l. fin. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. l. iubemus nullā: & ibi Bald. notat. n. 2. C. de ſac. ſanct. Eccl. eſſet enim in magnū agriculturæ detrimentū, & in omnium damnum inſigne, licet vtilitas paucorū, nempe horū trium caſuū conſideretur, cū vtilitatibus priuatorū præferri debeant, quæ proſunt omnibus, vt in authent. res quæ, C. ad Sen. Conſ. Trebel. l. vnica, §. hæc autem, C. de caduc tollend. & inibi notat Bart. n. 2. Quod extende, vt iſtud par boum, aut animalium arandi, etiamſi alia bona deficiant, nullo caſu capi poſsit, annotauit anteà Ioan. Matienç. in l. 6. tit. 17. lib. 5. Nou. Comp. in gl. 1. Idq; expreſſe volunt hæc vltima verba: nā cū anteà dixiſſet lex, vt in iſtis tribus caſibus ſi alia bona inuenirentur, iſta prohibita capi non poſſent, adijcit, vt vnum par boū, aut iſtorū arandi animaliū nullo caſu capiatur; quod ſuperfluū eſſet adijcere, ſi etiam deficientibus alijs bonis non intellegeretur, nec vllum ſortiretur priuilegium vnum par iſtorum animalium, ſi in ſubſidium potuiſſet capi, cùm id paulò antè omnibus alijs agriculturæ neceſſarijs conceſſum eſſet: & ſic hæc vltima diſpoſitio de vno pari boum, & animalium in iſto tantum caſu verificari poteſt, vt etiam alijs non extantibus bonis capi nō poſsit: & ſic habetur pro expreſſo, ac ſi de eo fuiſſet mentio facta, l. fundus, qui locatus. ff. de fund inſt. l. pediculis, §. cùm quæreretur, ff. de auro & arg. leg.

COM-

COMMENTARIORVM PRAGMATICÆ in fauorem rei frumentariæ, & agriculturæ.

LIBER SECVNDVS.

ACTVRVS Sum, præclariſsime Mecœnas, de ipſorum perſonis agricolarum, quod non tantum ruſticitatis, quantum dignitatis habet, vt multi Imperatores, multique Reges, & viri clariſsimi hoc agreſtis operis ſtudio detenti teſtantur. Vnde iam non me impudentię, aut temeritatis, aut ſaltem audacię nota inuſtum iudicabis, quòd has inuſitatas de agricultura vias indagauerim, quas tuę ſummę dignitati conſecrem. Aranti igitur mihi, & ſerenti per libellum hũc, & reliqua agriculturę opera expedienti, ſi tu Princeps ampliſsime, patronus velis aſsiſtere, non minùs profectò continget, ac illi nobiliſsimo Lincinnato, cui aranti Romana Dictatura, ſumma omnium dignitas; allata eſt, aut quod Abdolomino obuenit, cui agrum colenti regi-

Digitized by Google

regimen Tyriorum traditum eſt. Si tamen prout tua eſt clementia, & manſuetudo animi in huiuſmodi ſtudia & literas benigni, ruſticum hoc opus nõ dedignaris ſuſcipere, ſed tuo patrocinio non illud deſpexeris nobilitare. Accidet quidem in te maximo Principe illud memorandum Attali Regis, & cuiuſdam alterius Imperatoris, qui ex ſolio dignitatis ad tranquillitatem rei ruſticę ſe contulerunt. Quare ſub tuę celſitudinis pręſidio, ceu ſub Aiacis clypeo fultus, ruſticari per amœniſsimas ſyluas, hilareſq; campos incipio.

Summarium capitis primi.

Mirificè vtilitas ex opera agricultorum proponitur, ſineq; eis mortales non poſſe conſiſtere, oſtenditur. num. 1.

Multis autoritatibus comprobatur, Reſpublicas nullis magis hominibus indigere, quàm agrorum cultoribus, numero 2.

Quanta ratione procedat, vt iſti publicæ vtilitatis miniſtri intacti relinquantur, curioſe demonſtratur num. 3.

Opus agriculturæ tàm laudatum per agricolas ſortitur effectum, & nonnullis id exemplis decoratur. num. 4.

Sine hominibus agrum colentibus prædia frumentaria inutilia reputarentur. num. 5.

Peſtis & fames ex cauſis diuino numini reſeruatis, & ex ira Dei prouenit. num. 6.

Peſtis & fames ne in Republica ingruat, cura & diligentia hominum eſt præcauendum, quod exemplo ſacræ paginæ comprobatur. num. 7.

De

Digitized by Google

De perſonis agricolarum agricultura neceſ ſarijs pro debitis ciuilibus non capiendis. Cap. I.

1 HActenus de priuilegio rebus agriculturæ neceſſarijs conceſſo actum eſt: de eo autē, quod perſonis ipſis agricolarū conceditur, ſupereſt, vt deinceps agam: nā quāuis Iuſtinianus à perſonis, tanquā dignioribus rebus in omnibus incipiendū eſſe cōſuluerit, §. omne, inſtit. de iur. nat. gēt. & ciu. idq; propter hominis dignitatē, vt ex ſentētia Pedij Paul. reſpōdit in l. iuſtiſsimè, ff. de ędilic. edict. de cuius excellentia plura cōgerit Chaſſan. (ne actū agā) in Cat. glor. mū di in 2. p. & in 2. & 3. & reliq. conſiderat. Ego tñ ab hoc ordine recedā, vt pragmaticę ſeriem inſequar. Parum quidem eſt inſtrumenta agrorum culturæ deſtinata eſſe, niſi ſint, qui eis vtendo agrū colere poſsint, vt in authent. agricultores, C. quæ res pign. obligari poſsint, vbi Imperator ait: *Agricultores circa rem ruſticam occupati, dum villis inſident, dum agros colunt, ſecuri ſint in quacunq; terrarum parte, ita nullus inueniatur tàm audax, vt perſonas, & boues, & agrorum inſtrumenta, aut ſi quid aliud ſit, quod ad agrorum operam ruſticam pertineat, inuadere, aut capere, aut violenter auferre præſumat.* Vnde Cicero lib. 1. Rhetoricorum, nihil eſſe dicit agricultura melius, nullamq; rem vtiliorem fructibus aridis, qui ſine colonorū labore non proueniunt: quem refert Fortunius in l. item quia, ff. de pactis. Vides igitur, quàm eſſet inanis labor, & vana contentio, ſolùm inſtrumenta ruſtica immunia effici: nam, vt ait Columella in lib. 1. in proœmio, ſine agricultoribus nec conſiſtere mortales, nec ali poſſe,

poſſe, manifeſtum eſt. Ex quo deprehenditur, maximã omnium eſſe vtilitatem, agricolas eſſe, tẽporeq́; meſſium, & dum agros colũt, prætextu cuiuslibet debiti capi non poſſe, & ſic pragmatica iſta prodita eſt, dicẽs, *Que las perſonas de los dichos labradores no puedan ſer preſas.* Quod ſemper ita conſtitutum fuit, vt in d. Authẽt. agricultores, etſi perperam in rerum publicarum exitium, cõmunemq́; ſtragem obſeruatum: id enim ſemper ante reipublicæ oculos obuerſari debuit, vt agricolæ ſemper ſedulò agriculturæ vacent, vt in l. 1 C. de colò. fund. patrim. lib. 11. Et Plato apud Græcos id apprimè neceſſarium eſſe dicebat, vt eſt autor Renat. de priu. ruſt. lib. 1. p. 1. cap. 1.

Et agricolas ſic incolumes debere eſſe de iure diuino, ſacra pagina oſtẽdit, cũ Nabuzardã Princeps militiæ Nabucodonoſor mira ſæuitia Sedechiam Regẽ, & eius filios in cõſpectu patris trucidauit, & omnes penitus interfecit, & ciuitatem, & templum ſpoliauit; & tamen pro publica vtilitate, vt eſſent qui terram colerent, vinitoribus, & agricolis pepercit, vt habetur Ierem. vlt. cap. & eorum vtilem operam referens, hoc etiam memorauit Chaſſan. in Catal. glor. mundi, in 11. par. conſid. 37, verſ. pariter Nabuzardam. Nullis enim artificibus, negotiatoribus, aut miniſtrantibus magis reſpublica indiget, quàm ipſis agrorum cultoribus, ſine quibus genus humanum perire certum eſt, vt ſupra, & in exord. 1. c. lib. 1. ꝓbatum eſt, & denuò confirmatur ex ſententia Caliſtrati, hoc idem aſſerentis in l. 2. ff. de nundinis. Et plurimum ad hoc cõducit memorabile dictum Marci Catonis de re ruſt. in princ. dicentis: *Et virum bonũ cùm laudabant, ita laudabãt; Bonum agricolã, bonumq́; colonum. Ampliſsimè laudari exiſtimabatur, qui ita laudabatur. Mercatorem autem ſtrenuum, ſtudioſumq́,* 2

rei

rei quærendæ exiſtimo: verum vt ſupradixi, periculoſum, & calamitoſum: at ex agricolis & viri fortiſsimi, & milites ſtrenuiſsimi gignũtur; maximeq́; pius quæſtus, ſtabiliſsimusq́; conſequitur, minimeq́; inuidioſus: minimeq́; malè cogitantes ſunt, qui in eo ſtudio occupati ſunt. Hactenus ille. Quæ verba literis aureis inſculpenda eſſent in ſilice.

3 Quare ſi agricultura iuuatur in eo, quod eius inſtrumenta capi prohibentur, multò magis agricola, per quem inſtrumenta ad effectũ perducuntur, capi prohiberi debet; nam hæc extenſio ſemper fieri permittitur, etiam in his, quæ ſtricti iuris ſunt, cũ ſtatutũ etiam extendatur ad caſus, ſine quibus diſpoſita per ſtatutum non poſſunt commodè ſortiri effectum, text. in l. ſi ſtipulatus fuero per te. ff. de verb. oblig. l. non diſtinguemus §. de officio, ff. de arbitr. Bart. in l. omnes populi, nu. 60. verſ. primo caſu ff de iuſtit. & iur. & in l. oratio, nu. 2. ff. de ſponſal. Bald. in l. 1. nu. 13. C. ſi rector prouinciæ, text. in l. 2. & ibi latè Iaſ à nu. 2. Bart. & communiter DD ff. de iuriſdict. omn. iud. text. in cap. præterea, & in cap. ſuſpicionis, de officio delegati. Quo patet, diuinitus è tenebris in lucem editum fuiſſe, vt ſicut inſtrumenta culturæ, ita cultores ipſi non capiantur. Quod nullus adeò agreſtis ingenij, nullusq; profectò fermè barbarus dubitauit, cum etiam de conſuetudine Indorum intacti, inuiolatiq; relinquebantur iſti cõmunis vtilitatis, & publicæ miniſtri, & Regia Gallorum lege perſonis ruſticorum tributum eſt, ne ob æs alienum qualecumq; abducantur in carcerem. Ita Renat. Coppin. de priuil. ruſt. lib. 1. 1. par. cap. 2. & in cap. 7.

4 Ideq; dici de militibus poteſt: nã parũ eſt, ſi arma, & equi ipſorum capi nõ poſsint, vt gl. in l. nepos proculo, verb. dignitate. ff. de verb. ſign. Iaſ. in §. item Seruiana,

nu 66.

nu.66.inſt.de actio.ſi milites, qui arma mouere debent, caperentur, & ideò inter illos numerãtur, qui vltra quã facere poſſunt, non conueniuntur. l. miles. l. itẽ ſi miles. ff. de re iudicata, cum traditis late à dom. Couarr. lib. 2. variarum reſolut. cap. 1. nu. 4. nam effectus inſtrumenti aratorij, & armorũ per agricolas & milites accipitur, ſicut etiam effectus iuris per iuriſperitum, vt inquit Põponius in l. 2. §. poſt originem. ff. de origine iuris, ibi: *Per eos, qui iuridicundo præſunt, effectus rei accipitur, parum eſt enim ius in ciuitate eſſe, niſi ſint, qui iura reddere poßint*: facit quod tradit Bald. in l. dictam nu. 5. C. de cõdict. ob cauſam. Panormit. in procemio Decretalium in 1. lectura poſt medium in nu. fin. verſ. ſecundò quæro, de cauſa efficienti, & tradit Rober. Marãt. in Speculo aureo de ord. iud. 2. parte in princ. nu. 21. vbi apparet, cauſam efficientẽ eſſe illam, quæ facit actum, vel opus mediante materia, & ſic in ipſis agricolis laborantibus conſiſtere palã eſt. Vnde conſequitur euidenter, finem agriculturæ obtineri nõ poſſe, ſi quemadmodum inſtrumẽta ei deſtinata nõ capiuntur, ita & agricola, qui eis vtẽs agrũ colere debet, nõ capiatur: & ex identitate rationis quã do hic, nec in dict. Authẽt. agricultores, expreſſum eſſet, extendendũ foret diſpoſitum inſtrumentis ad agricolas ipſos, per quos inſtrumenta ſortiuntur effectum, per text. in l. his ſolis. C. de reuocan. donat. Bald. in Authẽt. quas actiones nu. 4. verſ. ſed ego dico, & ibi etiam Iaſ. & cõmuniter DD. & idem Iaſ. in l. iuris gentiũ. §. ſed cum nulla, nu. 30. ff. de pactis, cum alijs per Nũniũ de Auend. de mãd. exeq. lib. 1. c. 14. n. 7. Et ſic hactenus perperã acceptũ eſt, agricolas, dum agros colunt, prætextu cuiuslibet debiti capi potuiſſe, cùm publicæ vtilitatis ratio id prohibeat, extante præſertim d. Authent.

agricultores,& ſuffeciſſet,tex.in l.5.tit.17.lib.5.nouæ Compil.cum ſimil lib. quarum prohibitio de capiendis inſtrumẽtis extẽdi debuiſſet ad perſonas,cùm de re ad perſonã,ſi eadem ratio ſit,validum ſit argumentum,vt probat Euerar.in ſuis locis legalib. in cap. à perſona ad res:& cum extẽſio hæc tendens in fauorem publicum etiã in correctorijs permiſſa ſit,vt in d.l.his ſolis,& Hippolyt.bellè in cõſ.54 n.9 in 1 par.criminaliũ,&ex idẽtitate rationis expreſſæ potiori iure procedere debet extẽſio;dicunt enim & clamant omnia iura, *Ne agricultura impediatur*,in qua publica conſiſtit vtilitas,vt DD. cõmuniter,& ibi tex.in d.l.executores.l.pignorũ, & d. Authẽt.agricultores.C.quæ res pign.oblig.poſſunt, & in d.l.5.Compilat.ibi: *Ni los aparejos,que ſon para arar y labrar,y coger pã*,& hæc pragm.in præfatione,& in qua-
5 libet parte id exprimit,& intẽdit. Et ſic cùm hæc ratio expreſſa ſit,ſemper ad ſimile,in quo ratio verificari poteſt,trahẽda erit,text.in Authent. de hęred. ab inteſt. venient §.ex his autẽ,iũcta gl.collat.9. & in l.humanitatis.C.de impuberũ,& alijs,& ibi Alex. nu. 5. Curtius Iunior.n.15. Iaſ.nu.6.& alibi dixi: Quin ex eo,quod ſit eadem ratio,ipſamet ratio decidit omnes caſus nõ per extenſionem,ſed ſicut genus comprehẽdit ſpecies,ſic generalis ratio diuerſas ſpecies caſuum emergentium, vt hanc ſententiam pluribus exornauit idem Hippol. in conſi.61.nu 9 in d.1.parte. Quod potiſsimum ſemper procedere debuiſſet, cùm id ſemper iura voluerint, & obſeruationem ipſam non minus ac publicam vtilitatem reputarint: & ſic homines qui agrum colunt, appellatione inſtrumẽti cõtineri dixit Vlpianus, & ibi gloſſ. in l. inſtrumenta.ff de fundo inſtruct. idque ſenſit Conſtantinus in d.l.executores,ibi, Seruos aratores.

Hono-

Honorius & Theodoſius in d.l. colonos nunquam, C. de agric. & cēſit. lib. 11. ibi. Vt nec pacto quidem temporis debeāt amoueri, Valētinus & Valens in l. quemadmodum, & Conſtantinus in l. 2. eod. tit. & lib. Quæ conſtitutiones publicam vtilitatem reſpiciunt, ne agricultura detrimentum patiatur in graue reipublicæ diſpendium. Idque ex alijs multis notabat Couar. in cap. quamuis pactum, lib. 6. 2. relect. parte, §. 1. num. 2. in declaratione text. in d. l. 2. & l. quemadmodum, vbi ob eumdem fauorem non poterat quis vendere prædiū, & retinere colonos agriculturæ prædiorum adſcriptos, quia ſine eis prędia inutilia, & meritò reputabantur: & ob id ab indictionibus, & aliorum tributorum generibus eſſe ſubleuandos, vt diuitijs excreſcant, & nullo modo opprimantur, dixit Renatus in 1. parte, & 1. lib. de priuilegijs ruſticorum cap. 3. vbi nec minimum quidem ruſticum inuentum fuiſſe ęgenum, his remedijs Bela Panoniæ Rege vtente memorauit: nam & in medio bellorū ſtrepitu hoſtes mutua cæde graſſantes ab omni in ruſticos iſtos ſe abſtinebant iniuria. Itidem exemplo Nabuzardam à me ſuperiùs tradito: & ex alijs demoſtrat idem Renatus vbi ſup. cap. 2.

Et quāuis coloni & cenſiti, adſcriptitij, & originarij, certis & peculiaribus cauſis agriculturæ deſtinati, de quibus præter Couar. vbi ſup. optimè Panor. in cap. in dicante à n. 1. de immunit. Eccleſ. multis rationibus diſcernantur ab agricolis hodierni temporis, qui generaliter referuntur ad omnem colentem agrum, vt alibi dictum eſt: quia tamē præcipua agriculturæ ratio in eis omnibus conſideratur, hæc ſaltem ad hoc ſufficiens eſt, vt quemadmodum illi amoueri ab agricultura non poterant, ſic etiam omnes agricultores non amo- 6

Digitized by Google

uteantur debitorum ciuilium prætextu: nã ex duabus, pluribuſve rationibus ſufficit, vnam adimpleri ad validitatem diſpoſitionis, text. in l. ſi ventri, §. in bonis, ff. de priuileg. creditorum, l. liberorum, §. notanter, ff. de his qui not. infamia, §. affinitatis, inſt. de nuptijs, & faciunt multa ſimilia congeſta per Mexiam Pontium ad declarationem l. Toleti, 12. partis, 1. fundamento à nu. 29. cum multis ſeq. Quod cùm ita ſit, & tamen vſq; ad hoc tempus agricolæ in vincula coniecti, pro paruis & exiguis fortè debitis, agriculturam deſerere compulſi ſint, nimirum ſi hac tẽpeſtate tãta ingruerit fames, tantaq; frumenti penuria ſit: quod etſi alijs diuino numini cauſis reſeruatis euenire cõtingat, text. eſt in c. reuertimini 16. q. 1. vbi Hieronym. ſuper Malachiam inquit: *Si quando fames, & penuria, & rerum omnium egeſtas opprimit mundum, ſciamus hoc ex ira Dei deſcendere:* & Geneſis capit. 34. poſt hominum in Deum ingratitudinem enarratam, incipit caput illud, *Interim fames omnem terram vehementer premebat:* & Amos 4. capite, *Ego dedi vobis indigentiam panum, & non eſtis reuerſi ad me:* & 4. Regum 6. capite habetur, quod facta eſt fames magna in Samaria, & tandiu obſeſſa eſt, donec venundaretur caput aſini octoginta argenteis, adeò vt matresfamilias filijs etiam veſcerentur, & ex veteribus, nouiſque chronicis demonſtratur. Eſt enim fames, vt in veteri prouerbio habetur, acutiſsimus enſis, & ſic quemadmodum quis non tenetur obſeruare iuramentũ, per quod incidit in periculum mortis, ita neq; id, per quod incidit in opprobrium, & exterminiũ famis. Ita Vitalis de Cãbanis in tract. de clauſ. tit. ſed an legibus in fi. requir. poſsit renũ. §. ſed an iuri n. 2. & ex alijs à me traditis in lib. 1. cap. 1. n. 9. in fine.

Tamen

Tamen non ideò curſui temporum eſt relinquendum,ſed hominum cura & induſtria, ne fames ſit pręcauendum,idq; ex eiuſdem libri Geneſis cap. 47. comprobatur,vbi poſtquam de fame,quæ Ægyptũ opprimebat,dictũ eſt, *Dixit Ioſeph ad populos: Accipite ſemina, & ſerite agros,vt fruges habere poſsitis,quoniam Rex bonus non eſt,ſub quo famẽ populus patitur*, text.in cap.audacter circa finem. 8.q.1. Vnde dominus Ferdinandus huius nominis tertius Rex inuictiſsimus ex eo maximè laudatur,quòd nec fames, nec peſtis fuit in eius Regno per triginta & quinque annorum ſpatium, quibus regnauit,vt videre eſt apud Greg. in prologo Partitarũ, verb. *Don Fernando*: quare ad euitandum malũ famis, quę genus ignobilis mortis eſt, & quam frequentiùs teterrimus reipublicę hoſtis peſtis ſubſequitur,vt tradit Ripa de peſte tit. de remedijs ad conſeruat. vbertatis nu.1.& ſeq. Tiraq.lib.1.de retract.§.26.nu.14. & ſequent.exactè per Regem maximũ Philippum pręſenti pragmatica cautum eſt, ne agricultores pro ciuilibus debitis detrudantur in carcerem, ad obſeruantiam reducentem diſpoſita in d. Authentic. agricultores: nam hęc publica vtilitas à Regibus, & Principibus eſt ſemper cogitanda, vt in Authentic. de hęredib. & Falcid. in princip. collat.1. & ibi Bart. num.4. & in Authent. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. in princ. collat.2. & in Authent. vt hi qui oblig. in princip. collat.6. Vnde meritò dãnantur nõnulli legũlatores Gręcię,qui arma, aratrũ, & quidvis ruſtico operi neceſſariũ inſtrumentũ prohibuerunt capi, ſeruorum, ſeu ruſticorũ corpora,qui eis vtũtur,capi nõ prohibuerũt,vt ex Diod.Sicul.li 2.retulit Menoch.de arbit.lib.2.cẽt.4.caſ.378.n.3. & ſic rectè hic pro ære alieno agricolæ capi nõ poſſunt, ex quibus mor-

mortaliũ vita pendet, vt cõſideraũit Menoch. vbi ſup. nu. 2. & Ariſtotel. lib. 7. Politicorum cap. 8. Non igitur, inquit, ciuitas ſine his conſtare poteſt, à quibus operæ præſtantur, hoc eſt, ſine agricolis, &c. Quos poſt ſapientes primum in republica locum occupare debere ex conſuetudine Indorum dixit Arrianus in lib. rerũ Indicarũ, & ex eo, & Strabone Petr. Greg. de Syntag. Iuris 2. parte lib. 18. cap. 5. num. 2. vt eleganter retulit Caſtellus à Bouadilla in 2. par. Polit. lib. 5. c. 9. num. 1.

Summarium capitis ſecundi.

PER alios laborantem pro ære alieno capi non poſſe, quomodo ſit intelligendum, num. 1.

Artifices alij per ſubſtitutum prædia laborantes pro ære alieno an capi poßint? num. 2.

Nonnulla exempla eorum, qui ſuo muneri per ſubſtitutũ non poſſunt incumbere, recenſentur. num. 3.

Nobilitas quibus artibus, ſeu officijs amittatur, & an ratione culturæ per ſe exhibitæ, ſeu ruſticitatis amittatur? nu. 4.

Exemplis etiam, qualem ſe agricola præſtare debeat, quantumq; ſolum eius induſtria in cultura terræ valeat, proponitur. num. 5.

Non modicam videtur præſtare opẽ, qui conſiliũ præſtat. nu. 6.

Quantam vim habeat prudentia, & conſilium in rebus agriculturæ peragendis, oſtenditur. num. 7.

An per ſubſtitutum laborare dicatur, qui mittit ad laborãdũ operarios, & ipſe otio deditus eſt. num. 8.

De agricola per ſubſtitutum laborante eleganter diſputatur. Cap. II.

1 NOn erit inanis labor, aut vana contentio, ſi latiùs reaſſumam hic, quæ perfunctorie memini me decla-

declaraſſe in lib. 1. horum Commentariorum cap. 2. à n. 2. & ſeq. de agricola per ſubſtitutum laborante, fuit enim ibi ſatis opportunum, vt enucleatio primi capitis Regię pragmaticę expleretur, de cuius intellectu in eo libro primo longo ſermone, prout res tanti ponderis expoſtulat, traditum eſt. Itaque ibi dixi, res agricultura, & ruſticana inſtrumenta cuiuslibet etiam per ſubſtitutum laborantis, ſine diſtinctione non capiēda; perſonam verò illius, qui per operarios laborat, tunc capi pro debitis ciuilibus non poſſe, cùm aliqua ratio agriculturæ per conſilium, induſtriam, aliamve operationem id ſuadet, cùm non ſit de legis mēte, alios, qui verò agricolæ non ſint, per ſubſtitutos prædia colētes hac immunitate afficere. Idque tanquam quæſtionem de perſona non capiēda habitam, in hac parte, vbi omnis de perſonis agricolarum ſermo habetur, tractaturum pollicitus ſum. Igitur conſiderabam, quòd in hac conceſsione ea potiſsimum ratio verſatur, ne agricultura per incarcerationem ruſticani hominis retardetur, & impediatur, vt in d. Authent. agricultores, ibi: *Dum agros colunt*, forſan aliter contingere poſſet, vt non inueniretur, qui agrum coleret, & reliqua rei ruſticę opera expediret. Quam rationem cùm laborans per ſubſtitutum non adimpleat, nec mentem legiſlatoris opere compleat, nimirum ſi capi poſsit (ratio enim legis debet attendi, tamquam intrinſeca virtus ipſius) notatur in §. 1. Inſt. de leg. patr. tutel. Bald. in authēt. poſt fratres 2. C. de legit. hæred. idem Bald. in cap. 1. §. & quia vidimus, n. 13. verſ. extra quæritur de his, qui feud. dare poſ. in vſibus feudorum. Et quia ad hoc, vt capi non poſsit, pro qualitate agricola eſſe requiritur, & tunc verè debet eſſe agricola ad priuilegium conſequendum, non

Digitized by Google

verò ficte, & per conſequens agrũ colere debet, ex doctrina Franc. Aret. in l. ſi diuortio circa finem, ff. de verborum oblig. relati à Ioã. Lup. in rub. de donat. inter. in §. 69. n. 2. verſ. ex quo infert ipſe. Nec obſtat ſi adducãtur verba pragmaticæ poſita in cap. 1. ibi, *Que los labradores que por ſus perſonas, o criados, o familia labraren*: & rurſus verba in 2. capite, ibi, *Que las perſonas delos dichos labradores*, Vnde videtur, quòd hæc vltima verba referantur ad prima, & per conſequens relata eſſe dicãtur cum omnibus ſuis qualitatibus, l. à filio, §. teſtator, ff. de alimen. & cibar. leg. l. 1. §. ſed cum plures, & ibi Bartol. ff ſi familia furtum feciſſe dicatur, l. 1. in princ. ff. de receptator. cum alijs cõcordantijs à Philippo Decio relatis in conſil. 539. num. 9. & in conſil. 449. & per Tiraquellum de legib. connub. gloſ. 7 num. 183. Nam cùm hæc lex expreſſe diſponat de tempore ſcilicet, vt illis ſex mẽſibus, nẽpe Iulio cum ſequent. vſq; ad finem Decembris, agricola nõ capiatur, procedit reſpectu actus agriculturæ, qui illis menſibus fit. Vnde cùm actus iſte non inueniatur in laborante per ſubſtitutum, tempus non capiendi illum nunquã accedet, cùm in ipſo actus etiam nũquã accedat, l. ait lex, ff. ad leg. Aquil. l. annus, ff de calumni. l. mariti, §. ſex menſium, ff. de adult. l. 1. §. dies, ff. de liber. agnoſ. l. vltima, ff. de manum. teſtam. Mens enim & ratio legis viget in agricultura, & in ea ſolùm diſpoſitio ipſius debet habere locum, cùm in ipſa tantum ratio vigeat, gl. 1. in l. de quibus, ff. de leg. l. de pupillo, §. ſi quis riuos, ff. de noui operis nunciatione, l. filium, ff. ad Sen. Conſ. Macedon. l. cum hi, ff. de trãſact. l. finali, C. de iuris & facti ignor. Quòd ſi ita
2 amplè verba illa intelligerẽtur, vt omnis qui per famulos, aut alios ſubſtitutos laboraret, illis ſex menſibus capi non

non poſſet, omnibus ferè mortalibus datum hoc priuilegium conſequeretur: nullus enim artifex, nullus caupo, aut ſtabularius, nullus faber, fullo, lanificus, mercator, aut tonſor, aut quilibet alius eſſet, qui ſaltem prædiolum non emeret, vt illud per operarium colendo, hac ſecuritate gauderet: qui omnes cùm capi poſsint ex traditis per domin. Couarruu. lib. 2. variarum reſolut. capit. 1. num. 3. non eſt intelligẽdum, pragmaticam hanc, quatenus agricolam in vincula conijci prohibet, ad eos eſſe extendendam qui agriculturæ non aſsiſtũt: nam id omninò requirit text. in d. authent. agricultores, & text. in cap. fin. de tregua & pace; ſcilicet, vt in agricultura exiſtentes non capiantur, & ſecundum iſtud ius commune hæc Regia lex eſt intelligenda, l. 2. C. de noxal. lib. act. cap. cùm dilectus, de conſuet. Bartol. in l. omnes populi num. 55. ff. de iuſtit. & iure, Panor. conſil. 19. in princip. vol. 1. cum traditis à Roxas in epit. ſucceſsionum capit. 3. num. 38. & corroboratur ex eo, quòd ad hoc vt agricola capi non poſsit, eius perſonę miniſterium deſideratur, & ſic ad hoc beneficium conſequendum non ſufficit id per alium id implere. Pro quo expendo textum in l. vnica, §. ne autem, C. de caducis toll. verſic. ſin verò talis, & ibi notat Bald. n. 3. cui conſonat text. in l. iubemus, ibi: *Manu ſua, &c.* C. de erogat. milit. annon. lib. 12. vbi is, qui manu, voce, & perſona propria, aliquid facere tenetur, non poteſt id per aliũ explere. Quod facit ad quæſtionẽ, an Doctor cõſequatur ſalariũ, legens per ſubſtitutũ? In quo DD. ſi nullum ſubſit impedimentũ, docere, aut legere per ſubſtitutum non poſſe dixerunt, vt conſtat ex Cino in d. §. ne autem, & ex Bald. ibi, n. 5. Bart. in l. nemo eſt qui neſciat, n. 1. & ibi Ioã. de Imol. ff. de duob. reis, Iaſ. in l. quęcunque 3

cunque

cunque, n.12.ff.de officio eius, cui mand. eſt iuriſdict. Panormit.in cap.extirpandæ,§.qui verò,in repet.n.6. de præbend.& dignit. & latè Felin.in cap.fin, §. his autem de offic.& pot.iudicis de leg.Ideóq; opinor in medico procedere, vt non poſsit per ſubſtitutum curare, nec ſic curans adipiſci poſsit ſalarium, cùm non omnes operæ ſint eædem,l.ſi non ſortem,§.libertus,ff.de condict.indebiti, vbi ex varietate perſonarum operæ variantur, & ibi notat Iaſon n. 12. & communiter DD. & text.in l.inter artifices, ff.de ſolut. vbi Vlpianus ait: *Inter artifices longa differentia eſt, & ingenij & natura, & doctrina, & inſtitutionis.* Pro quo etiam adduco textum in l.ſi pupilli,§.fin.ff.de neg.geſtis, & quæ notat Greg. Lopez in l.9.tit.15.p.7 gl.2. etſi contrarium conſuetudine obtentum ſit, quæ conſuetudo in terminis valida eſt,vt dicit Bartol.in d.l.nemo, vbi ſup. quia conſuetudo loci contractus eſt inſpicienda,l.ſi fundus, ff de euiction.Greg.in l.15. tit.1. p.1. verbo, *Poſtura, ó yerro,* Alber.Brun in tract.de ſtatutis exclud.fœm.q.25. Gozad. in conſ.49.n.11.& 17. & Ioan.de Lecerier de primog. lib.2.q.7. Sed in laboratoribus, & ruſticanis non inuenitur conſuetudo, vt per ſubſtitutum laborent. Ius igitur in eis erit ſeruandum. Idem in notario verificari nõ dubito, qui ipſe per ſe ipſum, & non per ſubſtitutũ officium id exercere debet, idem Bald.in d. §. ne autem, n.22.& facit text.in l.55.tit.18. p.3. & pragmatica Regia Matriti anno 1590. quæ officium tabellionatus locari,& per alium,quàm per ipſummet tabellionẽ exerceri prohibuit. Et quia priuilegia, quæ militibus, vt dixi concedi ſolent, in caſu gloſſæ receptæ in l. nepos proculo, ff. de verborum ſignificatione, & de quibus Otalora de nobilitate, 5.parte,cap.fin.n.3.tunc verum

eſt

Digitized by Google

eſt obtineri, quando in armata militia, & expeditione ſunt, vt in d.l.miles,& l.item ſi miles. ff. de re iud. ibi: *Miles, qui ſub armata militia ſtipendia meruerit.* Et ibi: *Itē miles, qui ſub armata militia*, gl. 1 in l. milites omnes. ff. ex quibus cauſis maiores: vbi ſex neceſſaria requirūtur ad hoc, vt quis miles vocari poſsit: facit text. in l.1. de militari teſtamēto, & in §.1. inſtit. eod. tit. l. ex eo tēpore, cum l. ſequenti. C.eod.tit. & ibi Bart. vbi dicit, Quòd milites noſtri temporis, qui nō occupantur pro republica, non habent priuilegium militum, & ſequitur Paul. Caſtren. in d.l.1. C. de milit. teſtam. idem Bar. in l. veterani. ff. ad l. Falcidiam, & in l.1. C. negotiatores ne militent, lib. 12. l. 4. tit. 1. part. 6. & ibi Gregor. Lop. in gl. 1. Idq́; latiſsimè proſequitur alijs citatis Ioann. Matien. in ſtylo chācell. tit. 1. præeminen. 17. caſu 20. declaratione 9. §. 2. gl. 4. nu. 8. & 9. Item ſcholares ad hoc, vt priuilegijs ſcholarium gaudeant, debent ſtudere, & in ſcholas ingredi, vt dicit Raphael Cuman. in l. 1. ff. ſolut. matrim. per textum in l. qui duas. §. penult. ff. de excuſation. tutorum, Bartol. in l. qui ſub prætextu. C. de collat. & cart. & nu. lib. 11. Rebuf in tract. de priuilegijs ſcholarium in 3. priuilegio, n. 11. licet alij contrarium ſentiant, vt videre eſt apud Petrum Dueñas in reg. 213. in limitat. 2. vbi Doctorum opiniones concordat. Item, quia quandò quis ad eccleſiam curatam promouetur, alijs hanc curam promotus committere nō poteſt, nec parochus officium id per ſubſtitutum expedire poterit, quin ipſe reſidere debebit, vt eſt text. in cap. fin. §. fin. de offi. & poteſt. iudicis delegati, text. in cap. is cui, eod. tit. lib. 6. Panormit. in cap. extirpandæ. §. quia vero, nu. 3. verſ. & prædictorum ratio. Idq́; renouat ſanctum Concilium Trident. in ſeſ. 6. cap. 1. de refor-

reformat. & in ſeſs.23.in cap.1.de reform. & iterũ in ſeſs.24.de reform.verſic.præterea.

4 Nobilibuſque etiamſi priuilegia conceſſa ſint, ne pro debitis ciuilibus carceri mancipentur, & alia quæ colliges ex Chaſſan.in catal.gloriæ mundi in 8.part.cõſiderat.24.cum omnibus ſequentib. & ex Tiraq. de nobilit.à cap.20.& ex Otalora de nobilit.5.part. cap.vltim. Tamen requiritur, vt in ipſius nobilitatis actibus exiſtant: nam ſi vilibus artificijs, & mercimonijs ſe ingerant,ea protinus amittent.l.ne quis.C.de dignit. lib. 12.vbi Lucas de Pena,& Ioann.de Platea, & in l. ſi cohortalis in fine.C.de cohortibus eod.lib.l.12. tit.21. p. 2.ibi: *Dezimos,que no deue ſer ome cauallero, que por ſu perſona anduuieſſe faziendo mercaderia.* Et ibi Greg. notat in verbo,*Por ſu perſona,* text. in l.nobiliores. C. de comercijs & mercat.latiſsime Tiraquel.de nobilit.à cap. 27.cum multis ſequent.Mexia Ponce in pragm.panis concl 6.num.23.& ſequent. & optimè Sarmient, *lib. 1.* ſelectarum interpretationum cap fin.num.2.vbi ait,q; etſi per vilia artificia reliqua nobilitatis priuilegia amittantur,non tamẽ id amittitur, quod à tributis liberat: quod tũc procedit, quando per nobilem tale officium pro ſuſtentatione vitæ exercetur:nam non amittet priuilegium collectas non ſoluendi, licet reliqua amittat: & ita id intelligit Lucas de Pena in l. vltima, colum. 3, C de fund.limit.lib.11.Pontius etiam vbi ſup. num.45. Pro quo ego pondero verba poſita in curijs de Madrid celebratis anno 1593.ibi: *Que ſe les guarden ſus priuilegios a los nobles hijosdalgo,*ac ſi velint ibi verba illa, vt illis qui artibus mechanicis,& vilibus officijs ſe mancipãt, talia priuilegia non obſeruentur, cum hi non nobiles, ſed abiecti,infimi,ac humiles potius appellari debeant, text.

text. in l. humilem, C. de inceſtis nuptijs, & in l. 1. C. de natural. liberis: iſtos enim negotiatores ſordidos homines appellat idem Lucas de Pena in d. l. nequis. Et expreſſe, quòd huiuſmodi homines mechanicis officijs intenti nobiles nõ ſint, tenet Antonius in rubr. ne clerici, vel monachi, Cepola in tract. de Imperat. milite eligendo, in materia nobilitatis in 18. opinione, & Mexia vbi ſup. in d. n. 23. verſic. ex eo, & Otalora de nobilit. 2. parte 3. partis in cap. 5. n. 15. etſi refragetur Garcia de nobilit. gl. 1. §. 1. à num. 58. vbi conſtanter affirmat, nobilitatem per exercitium vilis artis non amitti, quod intelligit de ea, quæ iure ſanguinis acquiritur, & à maioribus deriuatur, quoad ius non collectandi, cum Pontio & Sarmiento vbi ſup. Nec minus intelligendum eſt eo caſu, quo nobilis mercaturam exerceret: tunc enim non exiſtimarem, iura amitti nobilitatis, vt voluit de iure Regni text. in l. 4. tit. 19. lib. 5. Nouę Compilat. vbi inquit text. *De aqui adelante ningun mercader que ſe alçare, no pueda gozar, ni goze del priuilegio de la hidalguia.* Et ſic infertur ex ea, quòd ſi nobilis non decoxerit, per id quòd mercaturam exerceat, nobilitatem non amittet, vt notauit ibi Ioan. Matien. in gloſſ. 1. numer. 2. & Azeuedo ibidem in princ. vbi ad alia etiam loca ſe remittit, in quibus latiùs hanc queſtionem reaſſumpſit. Ego autem hæc omnia longiori ſum proſecutus ſermone, vt mei inſtituti excellentiam melius patefaciam; quippe cùm videam per exercitium agriculturæ, & operæ ruſticitatis nobilitatem non amitti: nam ſi per mercaturam non amittitur, multò minùs per agrorum culturam, tanquam rem excellentiorem, erit amittenda. Idque Romanorum exemplo traditur: nã ex illis, qui nobiles appellabãtur, mercaturam vt rem vilem, atq; ab-

ie ctam

iectam contemnebant, cultui agrorum, & rei ruſticæ vacare,gregis,atque armentorum curam gerere, quęſtum viro nobili dignum arbitrabantur,vt ex Pogio retulit idem Otalora de nobilitat.5.parte prin.cap.2.n.3. & generaliter, quòd nobilis ſuis manibus in proprijs fundis rem ruſticam exercens nobilitatem non amittat,deciſum & concluſum fuit in Parlamento Delphinatus, vt traditur à Guidone in deciſ.41.fuit dubitatũ ſi nobiles,& in deciſione 296.nobiles etiam,col. vltim. verſic. ſed vtrùm nobilis, & in deciſ.392. ſed quid de nobilibus.Optimè etiam id aſſerit Guill.Bened.in cap. Rainũtius verb.dotem,quam ei dederat,n.52.de teſtament. & conſtanter affirmat Alciat.de præſump. in regul.1.in præſump.48.n.9.vbi Perſij carmina allegat,& ex his refert idem Tiraquellus in d.tract. de nobil. in c. 32.n.2.& nouiſsimè Gutierrez in conſil.1.num.7.

5 Ac pro hac vera reſolutione, agricolam, qui capi nõ poſsit,illum debere eſſe,qui agrũ colat,& in agricultura ſoleat exiſtere laborans, & alia huiuſmodi operá faciens,pręter dicta ſupra exempla,hoc vltimo,& excelſiori cõtentus ero: quia omnis homo profeſsionẽ ſuam operibus debet oſtendere,iuxta textum in cap. cauete 22.q 5.vbi Ambroſ. ait: Nõ ſolũ in fabuloſis verbis, ſed etiã in ſimulatis operibus mendaciũ eſt:mendaciũ nãque eſt, ſe Chriſtianũ dicere, & opera Chriſti nõ facere:mẽdaciũ eſt epiſcopũ ſacerdotẽ & clericũ ſe profiteri, & contraria huic ordini operari; & ſic in hoc caſu agricolã ſe eſſe nõ probabit, qui opera agricolæ nõ fecerit:nam ipſius agricolæ induſtria in cultura terræ plurimum poteſt, cuius hominis induſtria in dubio cẽſetur electa,vt traditur in l.fidei cõmiſſa,§.fin.verſic.ſiquis, & ibi Bart. ff. de leg.3. text.& Bart.in l.inter artifices,

ff. de

ff. de ſolut. & ſic per alium id explicare non poteſt, ſaltim ad priuilegium conſequendum, vt colligitur ex ſententia Bart. in l. per hāc. C. de erogat. milit. annon. lib. 11. quibus ad text. in l. denique. §. penultimo. ff. de minoribus. l. ſi quis arbitratu. ff. de verbor. oblig. l. vnica. § ne autem. C. de caducis tollendis, & Panorm. in cap. fin. §. is autem nu. 5. & latè n. 6. de offi. & poteſt. iudicis deleg. Sed ego non inficior textum in d. Authent. agricultores ibi, Dum villis inſident, ſic accipiendū nō ſolum agricolas, dum in labore agriculturæ exiſtunt, ſed etiam dum ea, quæ neceſſaria ſunt præparant, capi non poſſe: & ſic ſunt concordādæ opiniones à Doctoribus diuerſimode acceptæ, nam licet Bart. in l. 1. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. & Alexand. in l. 1. ff. de ferijs, dixerint non cōcedi ferias, niſi in ipſis meſsibus, & vindemijs occupatis, & è contra Ioann. de Imol. in cap. fin. & ibi Panorm. in num. ſi. de ferijs, & Speculator in eodem tit. in § 1. verſic. item nota, tenuerūt, ferias iſtas etiam alijs, quàm ruſticis & colonis, vtpote artificibus & clericis, & militibus concedendas: nam iſta opinio intelligi debet, quando eorum cura, & conſilio prouideri fructibus poterat: nam quando de grano & vino prouidendum eſt, feriæ conceduntur, vt inquit Angelus in l. Præſides. ff. de ferijs. Ac non minus laborās per ſubſtitutum, quando eius diligentia & conſilium, aut interuentus neceſſarius eſſet, proculdubio capi non poſſet, nam in hoc modo verba huius pragmaticæ cōgrue intelliguntur, ibi: *Que por ſus perſonas, o por ſus criados*, nam non modicam videtur præſtare opem, qui cōſilium præſtat, vt inquit Bart. in l. in furti. §. ope, num. 6
3. ff. de furtis, ſicuti etiam aſsiſtens maleficio, auxilium præſtare præſumitur, licèt arma nō moueat, nec extrahat,

extrahat, vt tradidit Innocẽtius in cap. fin. de clerico percuſſore, Bald. in l. raptores n. 6. C. de Epiſ. & cler. & in l. 1. C. de ſeru fugit. Hippolyt in l. vnica, n. 180. C. de raptu virginum, & in l. ſi in rixa num. 40. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Ita etiam, etſi quis per ſe ipſum non laboret, dum tamẽ aſsiſtat his, quæ pro cultura ſunt neceſſaria, auxilium conferre videtur, præcipiens fortè, & quæ fieri conueniunt, ſuggerens agricultoribus: nam ille dicitur facere, qui facit fieri, vt notatur in l. furti. §. mandati. ff. de his qui not. infamia, text. in l. ita autẽ. §. geſsiſſe. ff. de adminiſt. tutorum, l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi & vi armata, cap. mulieres. §. illi vero, & ibi gloſſ. & Panorm. & Felin. latè de ſentent. excõmunicat. & in reg. qui per alium, & ibi Dinus de reg iuris lib. 6. Nam factum facientis, & facere iubẽtis, vnum factum probabat eſſe Bald. in d. l. vnica. §. ne autem, num 9. & 10. C. de cad. tollẽdis. Oportet enim in his, quæ agriculturæ
7 conueniunt, recta ratione vti, ſcilicet prudẽtia, quæ recta ratio agibiliũ appellatur à Philoſopho 6. Ethicor. quæ etiam in ſecularibus negotijs verſatur, iuxta tradita à Gratiano in cap. 1. diſtinct. 36. & qui cuncta agit cum conſilio, regitur ſapientia, Prouerb. 13. cap. & vbi conſilium, ibi ſalus, eodem lib. cap. 11. & 14. & Bald. in l. 1. colum. 3. C. ne liceat tertio prouocare, & Panorm. in cap. cum in veteri, de elect. col. penultima, cũ traditis à Greg. noſtro in l. 3. tit. 21. p. 3. & ſic de milite dici poteſt, quòd licet corpore pugnare non poſsit, non dicitur inhabilis ad pugnandum, ſi polleat conſilio, vt inquit idem Panormit. in cap ex multæ num. 7. de voto & voti redemptione. Ex quo infertur verus intellectus ad textum in l. aduocati. C. de aduocatis diuerſorũ iudi. vbi dicitur: *Nec enim ſolos noſtro Imperio militare credi-*

credimus illos, qui gladijs, clypeis, & thoracibus nituntur, ſed etiam aduocatos: militant namq; cauſarum patroni, qui glorioſæ vocis confiſi munimine, laborantium ſpem, vitam & poſteros defendunt. Hactenus Imperator, nã vir ſapiens fortis eſt, & vir doctus robuſtus eſt, vt habetur Prouerbiorum 24. capite, *Et quia parua ſunt foris arma, ſi non eſt conſilium domi*, vt idem Panormit. vbi ſup. hoc ex Cicerone 1. Officiorum refert, & ſic Imperator Alexander victoriam obtinuit ex eo, quòd conſilio gubernaret exercitum, vt ait Trogus Pompeius, lib. 11. & faciunt congeſta per And. Tiraq. de leg. connub. leg. 1. & ex eo de peculatus eſt Chaſſan. in catal. gloriæ mũdi part. 9. conſiderat. 44. Ex quibus infero, illum, cuius 8
conſilium eſt neceſſarium, tum quia agricultoribus aſsiſtit, tũ quia eis neceſſaria præparat, licèt per ſubſtitutũ aut operarios laboret, capi non poſſe, cũ hæc ſint agriculturæ præparamenta; & idem priuilegium præparanti ad actum æque, ac in actu exiſtenti competit. l. qui mittuntur. §. penul. ff. ex quib⁹ cauſis maiores, Bar. in l. ſi impuberi, nu. 2. ff. de tutor. & curat. datis ab his, Plat. in l. 1. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. nu. 3. circa fin. Pro qua reſolutione eſt text. expreſſus in l. 4. tit. 20. p. 2 vbi lex de agricolis agens, inquit, *Que los vnos lo han de fazer por ſus manos, y los otros que non ſupieren, o non les conuiene, deuen mandar como ſe faga*: nõ vero ſentiam de illo, qui etſi ad colendum fundum ſuum mittat operarios, ipſe tamen huic culturæ non intentus, ſed otio vacans in ciuitate, aut oppido manet, nam non ſolum non eſt priuilegijs afficiendus, ſed potius tanquam ignauus damnandus, iuxta illud Prouerbiorum capite 29 *Otioſi, ignaui, & inutiles patriæ ſuæ, magis oneri quàm honori ſunt*, & legem à quodam latam fuiſſe ferunt, vt otij

L. damna-

damnatus capite puniretur, quæ lex etſi temeritate plena eſſet, tamen quæ damna ex otio reipublicæ veniant, mirificè oſtendit, & id adeò damnabile priuilegium, & fauorem nō mereri, nemo eſt qui neſciat, multam enim malitiam docuit otioſitas, vt apud Eccleſiaſt. cap. 33. vnde meritò, inquit text. in cap. niſi cū pridem. §. verum de renuntiat quod otioſitas, & voluptas arma ſunt antiqui hoſtis ad miſeras animas captiuandas, & ibi gloſ. verbo, otioſitas, refert carmina ſatis à nonnullis laudata:

Otia ſi tollas, periere Cupidinis artes,
Quæritur, Egiſtus quare ſit factus adulter?
In promptu cauſa eſt, Deſidioſus erat.

Ac Imperatores his calamitatibus obuiare conati ſunt per diſpoſitionē tex. in l. vnica. C. de mendi. valid. li. 11. præterquam quòd à ſtultitia nemo emergit, niſi ad laborem manum porrigat, vt autor eſt Seneca, ſine quo nihil in rebus humanis frugiferum geri poſſe dicebat Philoſtrat. in vita Sophiſtarum, & tandem laborem oportet ſubire eos, qui ſibi feliciter eſſe volunt, cuncta enim cum eo deprehendi poſſunt.

Summarium capitis tertij.

Priuilegiū de agricolis nō capiendis quomodo ſit perſonale, & perſonam agricolarum comitetur, conſideratur, n. 1.

Priuilegium hoc perſonale quare non duret ſemper cum perſona, ſed dum opus agricultura expenditur? num. 2.

De agricultore ad aliud fortè officium migrante proponitur quæſtio, & nonnullis exemplis decoratur. num. 3.

Immunitas hæc merito laborantibus mercede accepta conceditur, idq́; cum quadam traditur limitatione. nu. 4.

Melius prouidetur creditoribus per laborem, quàm per incarce-

careerationem agricolarum. numero 5.
Cõſolatur autor delicatos creditores à cõtrahẽdo cũ agricolis ſe abſtinentes, eiſq́ debiti exigẽdi remedia varia prabet. nu. 6.

De agricola bona agricultura non habente, ſed ad laborandum mercede accepta conducto. Cap. III.

DVbitatur prçterea, an ad hoc, vt huius legis beneficio quis capi non poſsit, neceſſarium ſit, vt habeat, prædia propria, quç colere poſsit; an verò ſufficiat ſe ad aliena colenda pretio accepto præponere? Ego autem in eo conſiderabam, priuilegium ab hac lege agricolis datum eſſe omninò perſonale, & perſonã ſcilicet, vt eſſet, qui agrũ coleret, proximã fuiſſe cauſam priuilegij, & ſic ipſos, quibus datũ eſt, ſequi, vt in l. maritum, cum lege ſequenti, ff. ſolut. matrim. l. ſciẽdũ, l. etſi fideiuſſ. §. ſi maritus, ff. de re iud. l. maximarum, & l. ſordidorum, C. de excuſat. munerum, lib. 10. l. 1 § perſonis, ff. de iure immunitatis, tex. in l. dabimus, § 1. ff. de priuileg. creditorũ, l. in omnibus cauſis, & l. priuilegia. ff. de reg. iuris, & in cap. priuilegiũ, eod. tit. lib. 6. nã quãuis in dubio priuilegia cenſeãtur realia, potiùs quã perſonalia, gl. in ſumma 25. q. 2. & in cap. hic eſt 26. q. 1. & text. in l. forma, §. quãquam, ff. de cenſibus, & ibi Bart. & idẽ in l pater, n. 4. ff. de ſeruit. leg. Bald. in l. omnia, C. de epiſcop. & cler. Socin. in conſ. 34. vol. 1. & Alex. in cõſ. 86. lib. 1. Sed quia huiuſmodi conceſsio de perſona ipſorũ agricolarũ facit mentionẽ, omne prorſus dubiũ tollit, cũ tunc perſonale eſſe appareat, & perſonã protinus comitetur, de quo per DD. maximè per Alex. in l. quia tale, ff. ſolut. matrim. nam ratione facti hoc indul-

tum eſt,& factum iſtud,nempè agriculturæ per agricolam expeditur, & ſic perſonam facientis reſpicit, cũ factum perſonæ cohæreat, text. in l.ſicut,§.fin. ff.quibus modis vſufr.amittatur,l.nõ ſolum, §.tale, ff.de liberat. legat.facit gl. verbo perſonaliter, in Clem.1.de vita & honeſt.cleric. Panor.in cap fin.§.is autem, n.5.& ibi in addit.ad illum Anton.Franc.de offic. & pot.iudicis de leg.quod etſi priuilegium perſonale ſit, non tamẽ perſona expectãda eſt, vt finiatur, ad hoc vt cum ea etiam priuilegium extinctum eſſe dicatur, niſi quatenus in
2. certo agricola cõſideretur. Nam etſi regulare ſit, vt priuilegium cum perſona finiatur, vt in d.l.maritum cum ſeq.& ſimilibus. Verùm in hoc caſu, etſi dixerim paulò ante, proximam & immediatam priuilegij cauſam eſſe perſonam agricolæ, intellige quatenus conſideratur in eo opus colendi, vt per illum operetur, & fiat; nõ verò eſſe in ſe immediatã: quia potius perſona ipſius mediata cauſa eſt, cũ ratione agriculturę ipſi tale priuilegiũ concedatur, & ſic quatenus durat cauſa, vt ſcilicet ſit agricultor, eatenus durabit priuilegium, l. 2. §.vltimo, & l.generaliter, ff. de donat. Dinus in d.reg. priuilegiũ num.8. & faciunt tradita à Modeſtino in l. tempus, ff. de re iud. ibi: *Quia cauſa magis, quàm perſona beneficium*
3. *præſtatur*. Ex quo infero, quòd ſi agricultor, depoſito agriculturæ officio, ad aliud fortè migrauerit, poterit quidem pro quolibet etiam ciuili debito in carcerem mitti, cùm ceſſet cauſa priuilegij, & per conſequens priuilegium ceſſare videatur, textus in l. athletæ, §. 1. l. Geometræ, & l. idem Vlpianus, ff. de excuſat. tutorum cum ſimilibus à me iam traditis. Et facit celebris text.in l. non ſolũ, §. qui primipilũ, ff.de excuſat.tutorũ, vbi priuilegio finito, quo quis excuſatur à tutela, tutelam

telam ſubit, ſi iterum reaſſumit priuilegium, habet vacationem à tutela, ac non minus in hoc caſu dicendum eſt, quoties quem eſſe, vel non eſſe agricolam mutatione facta cōſtiterit. Atqui etiam adhuc in intellectu illo eſſe agricolam cauſam immediatam, reſpectu operis à ſe expediendi, ſi perſona ipſius mutetur reſpectu alterius officij, mutabitur etiã, & extinguetur priuilegiũ, argum. tex. in l. Paul. & ibi Bart. ff. de acqui. hæred. l. licitatio §. vltimo. ff. de publi. & vect. g. l. 1. C. de impoſ. lucr. deſcrip. lib. 10. Bald. in rubr. C de vſuris in quæſt. 4. cum congeſtis per Andream Tiraq. in tract. cauſa ceſſante. 1. part. num. 210. & ſeq. quod procedit eo iure, quod dicitur priuilegiũ perſonæ ratione certi loci cōpetens, extra locum non competere, tex. in cap. quoniam, & ibi notat Panormit. num. 2. de priuileg. & text in cap. 1. §. eos eodem tit. lib. 6. aut ſicut de conceſsione facta alicui ciuitati dicitur, quę comprehendit omnes in ea ſucceſsiue perpetuò habitantes, vt in d. l. forma. §. quanquam. ff. de cẽſibus, cum traditis à Dino in d. c. priuilegium, num. 12 de reg. iuris: nam non minus omnes id agriculturæ opus ſuſcipientes cōprehendet, quouſque in agricultura verſentur, cùm eius cauſa potiſsimum datum ſit, & cauſam omninò ſequatur in quolibet exiſtentem. Sicuti etiam ciuis derelinquens ciuitatem priuilegiũ ciuitatis amittit, ita agricola agriculturam deponens, per tradita à Baldo in l. 2. nu. 2. C. de infan. expoſitis, & Iaſon in l. 1. §. huius ſtudij nu. 15. ff. de iuſt. & iure. His ſic habitis propoſitæ quæſtionis attingam ſcopum, nec inaniter ſuperiora tradita ſunt, ex eis enim infertur, agrorum culturam his indultis, & priuilegijs curari, quam ſanè opera magis, quã impenſa cōſtare planũ eſt, vt fecit Caius Furius Creſin⁹ Romę, 4

vt autor eſt Renatus de priuil. ruſticorum lib. 1. cap. 9. verſic. quin & opera, qui cum in paruo admodum agello largiores multò fructus colligeret, quàm ex amplisſimis vicinitas, in inuidia quidem magna erat, ſeu fruges alienas pelliceret veneficijs. Sed à Sp. Albino Curruli die dicta metuens damnationem, cum in ſuffragium tribus oporteret ire, inſtrumentum ruſticum omne in forum attulit, & adduxit filiam validam bene curatam, ac veſtitam, ferramenta egregie facta, graues ligones, vomeres ponderoſos, boues ſaturos, poſteà dixit: Veneficia mea, quirites, hæc ſunt, nec poſſum vobis oſtendere, aut in forum adducere lucubrationes, vigiliaſq; ac ſudores. Hæc ille Renat. Quæ ego retuli, vt oſtenderem agrorum culturam opera laborãtis conſtare, & perconſequens respublicas indigere operarijs, qui plerũq; pro mercede ad agrum colẽdũ conduci ſolent, quos tempore hac lege præfinito pro ciuilibus debitis capi poſſe ipſa ratio, legiſq; ſenſus non patitur: nam ſi hoc introductum eſt, ne agrorum cultura retardetur, id profectò abſurdum, & incõueniens ſequetur, ſi iſti operarij, per quorum laborem & operã cultura perficitur, capiantur: eſt enim hominis opera in fructu, & fructus hominis opera eſt, text. in l. fructus. ff. de operis ſeruorũ, & ibi notatur: & ne operarij ita pauci ſint, vt ad colligendas meſſes non ſufficiant, iuxta illud D. Luc. 10. cap. *Meſsis quidem multa, operarij autem pauci:* & text. in l. nõ intelligitur. §. diui fratres. ff. de iure fiſci, & tex. expreſſus de iure regni, in d. l. 4. tit. 20. p. 2. ibi: *Que los vnos lo hãde fazer por ſus manos:* & ſic quia manibus laboraturi ſunt, immunitate huius legis gaudere debent; hi enim agricolæ ſunt, qui agrum colũt ex l. 1. C. de agri. & cenſi. lib. 11. vt ſæpenumero dixi, &

xi,& ipſemet capi prohibentur per hãc legem,ibi: *Que las perſonas delos dichos labradores no puedãſer preſos,&c.* laboratores res inquam dicti, & relati in cap. præced. vbi ait lex, *Que los labradores que porſus perſonas,o por ſus criados,o familia labraren,&c.* Ecce vbi etiã illi,qui laborãt, & agrum colunt per ſe ipſos, etſi nulla habeant prædia propria,nec alia bona agriculturæ,hac immunitate afficiuntur,tamquam agriculturæ, quę enixè intenditur,neceſſarij:eſtq; de mente textus in d.authent.agricultores,ibi:*Circa rem ruſticam occupati:*debet enim eſſe ruſtici mercenarij labor fauorabilior, & mercedis priuilegio dignior, ex Renato de priuileg. ruſticorũ lib. 2.cap.8 in princ. Immò iſtorũ operariorum eximia vtilitas perſuadet, vt quemadmodũ ſi ciuitas indigeat artificibus, poterit iudex compellere aliquos, vt diſcant illud artificium, & exerceant pro publica vtilitate, vt inquit Lucas de Pena in l. methameos, C.de excuſat. artificum lib 10.& Ioan de Platea in l.1. C.eodem tit. & lib.ſic etiam iudex poſsit agricolas vagos mittere ad culturam agrorum,vt in authent. de quæſtorib.collat. 6.per totum, præſertim in §. ſi verò huius terræ, & refert,& ſequitur Greg.Lop.in d.l 4 tit.20. p.2. in gl. 1. prout fecit iudex viuorum, ſeu mortuorum Chriſtus, quem omnes in iudicando prę oculis habere debent, vt docetur in cap. 1.de ſent.& re iudicata lib.6.quando dixit operarijs: *Quid ſtatis hic tota die otioſi,ite & vos in vineam meam*, vt habetur diui Matthęi vigeſimo capite,quod etſi ad laborem fructuum cœleſtium ibi pertinuit,hìc ego ad laborẽ terreſtium adduxi, qui vt viuere poſsimus,ſunt curandi, ita vt antiquitus ſi quis poſt habito colonorum miniſterio, paſſus fuiſſet agrum ſuum ſordeſcere, eumque diligenter curaſſet, nec

Digitized by Google

purgaſſet, nec araſſet, id non ſine pœna fuit veteribus Romanis, ſed erat opus Cenſorium, Cenſoreſque æratium faciebant, ſiue quis arborem ſuam, vineamq; habuiſſet derelictui, id obnoxium erat notæ, animaduerſionique Cenſoriæ, vt Gellius narrat lib. 4. capit. 12. & refert idem Renatus in lib. 1. capit. 9. in fine in 1. parte. Vnde meritò prędicti operarij pręfinitis menſibus pro ære alieno non ſunt capiendi. Contra quod viget non leuis difficultas, quia quilibet, qui bona immobilia non poſsidet, deſiſtendo ſaltem in iudicio ſatiſdare debet, ex l. ſciendum cum alijs, ff qui ſatiſdare cogantur, l. 41. tit. 2. part. 3. nam ſi nec immobilia poſsideat, nec ſatiſdationem pręſtet, iure optimo in carcerem mitti poterit, vt in l. 2. tit. 3. lib. 2. fori, & ibi latè Roderic. Suar. in princip. num. 7. quem ſequitur Matien. in l. 3. tit. 16. lib. 5. Nouę Compil. gloſſa 1. n. 4. Quare ne ex hoc graue diſpendium creditoribus inferatur, ſi debitorem eum adeò inopem, cuius fuga de facili pręſumeretur, non poſſent capi poſtulare, quod non eſt credendum principem prohibuiſſe, ex l. 2. §. quis à Principe, ff. nequid in loco publ. crederem agricolam iſtum mercede ad laborandum conductum immobilia debito ſufficientia poſsidere, aut ſatiſdationem pręſtare debere, ex d. l. ſciendum, cum reliquis ſupra adductis, quę hanc reſolutionem adſtruunt: ſic enim huius doctrinæ ex multis legibus ortę correctio non induceretur, vt in l. pręcipimus, C. de appellat. & l. ſancimus, C. de teſtam. & firma remanebit propoſitio, vt neceſſe non ſit, prędia frumētaria, reliquasve res agriculturę poſsidere ad hoc, vt capi non poſsit, dūmodo vagus, nullaq; bona poſsidēs, & fugitiuus nō ſit, & pragmat. diſpoſitio incolumis, & intacta manebit, ſi agricola mercede cōductus ad laborandum,

randum,ex cuius labore ſalus,& nerui Reipublicę pendent,pro ciuilibus debitis nō capiatur.Quapropter creditores exiſtimātes ſic male ſibi cautum eſſe,& nō tam amplam exigēdi facultatem relictā, à datione mutui ſe abſtinere ſæpenumero intellexi;ſed in hoc publica vtilitas priuatæ creditorū eſt prçferenda, vt nō ſemel dixi,præſertim quia nemo fermè credit agricolæ, qui cū eius iactura non locupletetur,ab eo neceſsitate forſan oppreſſo vtiliores fructus, & eius expenſis aſportatos extorquens,cōtra text.in l.nam hoc naturæ, ff.de pręſcriptis verbis,& text.in authent.nullū credētem agricolæ,collat.4.& text.& ibi Bald.in 2.notab. in authen. ad hæc,C.de vſuris. Vnde meliùs obtinebitur,vt agricola non egeat,ſi occaſio aufugiendi, relictis prædijs incultis auferatur, ſicuti etiā cōmodum eſt debitoribus quolibet anno ſoluere penſionem, ſeu reditum annuum:ne cumulus debiti augeatur,vt in l.2.C.de debitoribus ciuitatis lib.11. & ibi notat Platea num. 1. vbi ſubdit, quòd tutor, & alij adminiſtratores poſſunt redargui de mala adminiſtratione, ſi cumulum debitorum non ſoluendo ſuo tempore auxerint:ſic etiam cōmodum eſt agricolis, ſi nulla coaceruandi debita relinquatur occaſio.Quin ſic fiet,vt ſtimulus addatur ad laborem, qui ſemper cum mercede ſolet eſſe, vt in authent. de iudicibus, §. ſi quis autem, verſ. ne autem circa collat.6.Seneca lib.2. de ira: Nihil, inquit, eſt tā difficile,& arduum,quod non humana mens vincat.Quæ verba refert etiam in ſimili Gregor.in l. 7. tit. 20 partit.2.verbo,*Sin porfia*, cui ſunt addēda per Caſſanęum, in Catal. gloriæ mundi, parte 10 conſiderat.48. è contra, vt alibi dixi, carcer non ſoluit debitū, ſed burſa,ex Marſilis in rub.de fideiuſſ.num.379.nec ex detentione

in eo

Digitized by Google

in eo vlla vtilitas decerpitur, ſed homines deſidioſos, & otio deditos facit, quòd Reges prius & beatas perdidit vrbes, vt inquit Catulus ad Lesbiũ, cum plurimis eruditiſsimè traditis hãc ad rem ſpectantibus à Bouadilla in ſua Politica, in lib. 2. cap. 13. n. 27. & ſeq. Nec delicatus creditor exiſtimet, datum eſſe aſylum pauperibus laboratoribus, ad quem tamquam ad ſacram anchoram aufugiant, vt ſe à ſolutione debiti liberent, & creditor decipiatur: nam immò illis ſex menſibus, quibus agrorũ cultura exercetur, ex labore poſſunt acquirere, vt ſoluant cum probatũ ſit, id per laborem facilè obtineri potuiſſe pręſertim cùm in alijs ſex menſibus capi poſsint: & ſic non intelligas factũ iam eſſe, vt illũ agricolam debitorẽ capere non poſsis, cùm non dicatur factum, quod nõ durat factum, l. item, §. quòd ſi actor, ff. quod cuiuſq; vniuerſalitatis nomine, l. ſi pro parte, §. verſum, ff. de in rem verſo, & ibi gl. & Ioan. de Imol. per text. ibi in l. 3. §. ſi quis ita, ff de hæred. inſtit. Socin. cõſil. 91. viſa diligenter col. 2. propter quod carceratus, qui aufugit, ſi reuertatur ad carcerem, non dicitur aufugiſſe, ſecundum Baldum in l. 1. C. de ędilit. act. n. 7. & ex alijs tradit Hippolyt. de Marſil. in rub. de fideiuſ. n. 373 Et quia illis ſex menſibus, quibus capi non poteſt, non prohibetur debitoris agricolę bona perſequi, quę frumentarię agriculturę deſtinata non ſint, vineas, ſcilicet, & oliueta, hortos, & domum, & alia, de quibus ſupra, cum appellatione ſatorum & noualium, quę prędia frumentaria ſunt, vineę nequaquam cõprehendantur, vt dixi ex Iaſonis ſententia in l. ſiquis legauerit, n. 3. ff. de leg. 1. pręter quæ ſuppellectilia etiam perſequi poterit, quibus ſatiùs eſt ſibi caueri, quàm perſona vinculis detenta, cùm etiam ſatiùs ſit pignori incumbere, quàm

quàm in perſonam agere. l. itaque. §. fin. ff. de furtis. l. ſi fundũ. §. in venditione. ff de pignor. & l. plus cautionis, cum ibi notatis à Bart. & Decio. ff. de reg. iuris, & magis cautum eſt creditori per pignus quàm per fide iuſſorem, vt colliges ex Bart. & à DD ibi communiter in l. prætoriæ. 3. ff. de prætorijs ſtipulat. cum late congeſtis per Nicol. Bellonũ in lib. 1. ſupputationum iuris cap. 8. Quibus corroboratur ſentẽtia illorum, qui affirmant, obligatum dare fideiuſſorem, dando pignora liberari, ex l. ſi rem. §. omnis. ff. de pig. act. l. ſatisfactis. ff. de ſolut. tradunt communiter Scribentes in l. 1. ff. qui ſatiſd. cogantur, Marſil. in rubr de fideiuſſ. nu. 296.

Summarium capitis quarti.

Quaſtio praſens controuertitur ex paritate actus tempore prohibito facti, vel in id collati, num. 1.

Regula illa, factum legitimè durare, & ſi caſus veniat, à quo incipere non potuerit, ad noſtrã quaſtionẽ perpẽditur. n. 2.

Traditur intellectus ad l. patre furioſo. ff de his qui ſunt ſui, ibiq́; de ſtabilitate eorum, qua à ſana mentis homine fiunt, effecto poſteà furioſo. num. 3.

Intellectus ad l. is cui. ff. de teſtam. & de nonnullis ante impedimentum geſtis valituris. num. 4.

Intellectus ad l. 1. §. caſum. ff. de poſtul. & regula, Multa facta tenent, qua tamen fieri prohibentur, intelligitur. nu. 5.

Qualitas ad actum requiſita ſufficit, ſi ſemel exiſtat, vnde etſi poſteà deficiat, habet perpetuum effectum ad intellectũ l. 1. §. ſufficit. ff. de bon. poſſ. ſecundum Tabul. num. 6.

Intellectus ad l. ſi ſeruum quis. §. fin. ff. de acquir. hared. ibiq́; de perdente vtilitatem rerum, quibus abutitur. nu. 7.

Reſolutio quaſtionis in fauorem agricola capti cum quadam aqua limitatione proponitur. num. 8.

An

An agricola permiſſo tempore captus, accedente prohibito, ſit è carcere relaxandus? Caput IIII.

1 DISPVTABAM, ſi poſtquam tempore permiſſo, videlicet alijs vltra menſes prohibitos, agricola captus ſit, ſic in vinculis detineatur, vt duret in carcere, donec prohibitum tempus accedat, an eo accedente è carcere ſit relaxandus? & non inelegans diſputatio viſa eſt, necnon in forenſibus auditorijs, & iudicijs frequens, in quo anceps ſe præbet reſponſionis fundamentum. Nam quod ſit relaxandus, videtur oſtendi ex eo, quia non debet inſpici initium actus, qui confertur in aliud tempus, ſed illud tẽpus, in quod cõfertur, ex tex. in l. eum qui. ff. de iuriſdict. omn. iud. immò paria ſunt aliquid fieri tempore prohibito, vel id ipſum conferri in illud tempus prohibitum, ex l. ſi res, & ibi Bar. notat. ff. de iure dot. l. in tempus. ff. de hæred. inſtituen. cum concordantijs à Tiraq. congeſtis de cõſtitut. 3. parte. 2. limitat. num. 3 & 4. & ſic idem eſt incarcerari agricolam tempore prohibito, ac ipſam incarceratiõẽ in tempus prohibitum cõferri, & quia actus ſecũdũ tẽpus ad quod refertur, iudicatur validus, ſeu inualidus, ita vt ſi ſponſus donet ſponſæ eo modo, vt dominium rei donatæ, cùm nuptiæ ſequutæ fuerint, adipiſcatur, ſine effectu erit. l. quod ſpõſæ. C de donat. ante nuptias, tex. in l. libertas. ff de manum. teſtam. Ioã. Lup. in rub. de donat inter § 30. à num. 2. Ex alia vero parte defendi poſſet, quòd nõ ſit è carcere relaxandus permiſſo tempore captus, tempore prohibito accedẽte: nam caſus legitimè conſtitutus durat, etſi ille caſus exti-

extiterit, à quo initium capere non potuerit text. eſt in l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, l. is cui, ff. de teſtament. l. 1. §. caſum, ff. de poſtulando, l. 1. §. ſufficit, ff. de bonorum poſſ. ſecund. tabul. l. ſi ſeruum quis, §. vltimo, ff. de acquirend. hæredit l. in ambiguis, §. non eſt nouum, ff. de reg. iuris reg. factum legitime, extra eodem tit. lib. 6. Sed in hoc caſu agricola tempore permiſſo captus fuit, & ſic actus fuit legitimè conſtitutus, durabit igitur in carcere, quia non debet inſpici caſus, à quo non debuit inchoari, ſcilicet tẽpus prohibitum non debet eſſe in conſideratione, ex quo permiſſo captus fuit. Faciunt tradita per textum, & gloſ. ibi in l. pluribus, §. etſi placent, ff. de verborum obligat. & per Bartol. Bald. & Alberic. in d. l. patre furioſo, & ibi Iaſon à num. 8. ex quo quanta in reſolutione hac difficultas verſetur, facilè perſpici poteſt: quare vt quæ harum ſententia verior, & ſecurior ſit, explanari poſſit, immorari lubet in expoſitione contrariorũ, vt ſic veritas eluceſcat. Inquit ergo text. in d. l. patre furio- 3
ſo, quòd ſi homo ſanæ mentis contrahat matrimoniũ, licèt poſtea fiat furioſus, non ideò diſſoluitur iam contractum: nam ad eius ſubſtantiam ſufficit conſenſus in contrahendo adhibitus, c. 1. cap. cum locum, c. tuæ, cap. tua, de ſponſalib. cap. 1. de ſponſa duorum, Bernard. in d. cap. tua, & ſanct. Thom. in 4. diſtinct. 26. q. 2. Couar. de ſponſalib. 2. parte, cap. 1. §. vnico in fine, & Alfon. de Veracruz in Speculo cõiung. 1 part. art. 3. q. 1. & ſic ex quo ſemel matrimonium fuit cõtractum legitimè per hominem ſanę mentis, amplius diſſolui non poteſt, etſi in furorem qui contraxit, poſtea peruenerit: nam non requiritur ad eius eſſentiam, niſi vt conſenſus in principio adhibeatur, quo facto non diſſoluetur furore ſuper-

ſuperueniente, cùm ſit indiuiduũ, & indiſſolubile vinculum ex Matthæi 16. capite, cum congeſtis per Ioan. Matien in rub. de matrimonio à n. 69. cum ſeq. Nec id ex cauſa indiuiduitatis factum exiſtimes, ſed ex perfectione actus à principio cõſtituti, vt conſiderari poterit in teſtamento, quod ſi perfectum ſemel ſit, non inficitur, licèt furor poſtea ſuperueniat, l. furioſum, C. qui teſtaméta facere poſſ. §. item furioſi, inſt. eod. DD. vtrobique, & Decius in d. l. furioſum, n. 17. cum latè traditis per Salonium Burgenſ. in cõſ. 11. à n. 13. cum ſeq. nec aliquæ obligationes ab homine ſanæ mentis contractæ propter furorem ſuperuenientem tolluntur, ex Decio vbi ſup num. 38. Ac ideò mirum videri non debet ad inualiditatẽ actus furioſum quem probari debere tempore contractus, aliàs vtiq; iure optimo valebit, vt dicit ſe conſuluiſſe Card. in Clem. 1. de homicid. col. 1. verſic. ſecundò quæro, in fine, & ex alijs ex eodem Marco Solonio in conſil. 7. num 6. quin immò quod magis eſt; furioſus habens dilucida interualla poteſt in eis matrimonium contrahere, teſtamenta facere, & reliquos celebrare cõtractus: quia eo in tempore non deficit conſenſus, quod eſt potiſsima validitatis vaſis, & fundamentum, vt colligitur ex Veracruz in d. Specul. coniiung. 1. parte, art 41. concluſ. 2. l. 6 tit. 2. par. 4. Matien. in rub. de matrimonio, tit. 1. num. 207. Et ſic hoc in præſenti caſu non obſtat, cùm facilè ſit carceratum legitimè relaxari, prohibito tempore accedente. Minus obſtabit text. in d. l. is cui, ff. de teſtamentis, vbi qui bonis interdictus eſt, teſtamentum facere non poteſt,
4 etſi valeat ante interdictionem factum. Ex quo clarè percipitur, valere actum in principio vtiliter geſtum, licet veniat ad caſum, à quo inchoari non poſsit:
nam

nam illud teſtamentum ideò valet, quia eo tempore quo factum eſt, ratio finalis deficiebat, nempè quia tunc prodigus non erat teſtator, qua ratione teſtari nõ poterat, vt colliges ex §. item prodigus, inſt. quibus non eſt permiſſum facere teſtament. & ex l. 13. tit. 1. part. 6 ibi: *Niel deſgaſtador de lo ſuyo*, facit text. in l. 1. ff. de curat. furioſi, vbi inquit Vlpianus: Si talem hominem inuenerint, qui neque tempus, neque finem expenſarum habet, ſed bona ſua dilapidando, & diſsipando profundit: vnde ſi hæc ratio deficiat, nimirum etiam ſi teſtamentum non corruat, nam non erat tunc cauſa, quæ valere teſtamentum impediebat: vnde ceſſat, quod ob ipſum impedimẽtum cõſtitutum eſt. l. etſi cõtra, & ibi Bald & Salicet. C. de nuptijs, Tiraq. cauſa ceſſan. 1. par. num. 114. Atvero in quæſtione propoſita ratio finalis nõ ceſſat, quia ſi agricola detinetur, agriculturã, quæ cauſa finalis eſt, impediri nemo ambiget. Ex quo videtur eſſe liberandus, adeſt enim iam cauſa liberationis, & illa iure optimo ſequi debet, ex Ang. in conſi. 189 viſa quietat. & ex alijs per Tiraq. vbi ſup. nu. 174 Nec itidem text. in d. l. 1. §. caſum. ff. de poſtulando, obſtabit quicquam, ſi cõſideretur eadẽ ratione, 5
qua ſuperius adductum, procedere eum, qui vtriſque luminibus ſit orbatus, magiſtratum retinere, ad nouũ vero aſpirare non poſſe, cùm multa facta teneant, quæ tamen fieri prohibentur, vt ibi gloſ. verbo exemplis, text. in l. 2. §. biduum. ff. quando appellandum ſit, cap. ad Apoſtolicam de regular. Decius in l. in ambiguis. §. non eſt nouum, num 4. ff. de regulis iuris, latius Iaſon in dict. l. patre furioſo, à num. 11. cum ſequentibus, & text in cap. quemadmodum de iure iurando l. 14. tit. 10. par. 4. in fin. Non ſecus ac in ſeparatione matrimonij,

ſententiæ, quæ ſæpiſsimè iactatur, quòd qualitas ad actum requiſita ſufficit, ſi ſemel exiſtat: vnde ſi poſteà deficiat, habet perpetuum effectum. l. ſufficit. ff. de condict. indebit. gloſ. verb perpetuus, in capite finali de reſcript. lib. 6. l. corruptionem. C. de vſufr. l. ſi quis hæredem. C. de condit. inſert. vbi ſi quis hæres inſtitutus ſit ſub ea cõditione, ſi Titius Conſul factus fuerit, implebitur quippè cõditio, etſi ſtatim Cõſul deſierit eſſe. Ex quo tentabam defendere, quòd ſi ad obtinendam dignitatem requiratur, vt quis ſit canonicus, poterit ædepol illam obtinere, etſi canonicus poſteà deſierit eſſe, quanquam non ita, ſi ratione officij aliquid indulgeatur: nam durare debet in eo, qui eius prærogatiuam conſequi deſiderabit, vt ex l. non ſolum. §. qui primipilum. ff. de excuſat. tutor. & ex alijs alibi dixi.

Nec oberit text. in dict. l. ſi ſeruum quis. §. fin. ff. de acquir. hæred. nam cùm anteà dixiſſet Cõſultus, eum, qui amouit aliquid de hæreditate mala fide, perdere beneficium abſtinendi, in d. §. fin. proſequitur, dicens, eum, qui ſemel abſtinuit, licèt poſteà rem amoueat, nõ obligari ad hoc, vt abſtinere non poſsit, quia actus abſtinendi fuit legitimè anteà geſtus, licèt ad eum caſum perueniat, à quo incipere non potuerit, ex quo facta eſt celebris illa regula, de qua in l. in ambiguis. §. non eſt nouum. ff. de regulis iur. & in cap. factum legitimè, eod. tit. lib. 6. 7

Sed in caſu, de quo nunc agitur, diuerſa ratio eſt, in quo tàm per detentionem, quàm per incarcerationẽ contra finalem cauſam diſpoſitionis proceditur, non verò in dict. §. fin. de dicta l. ſi ſeruum quisnam, ibi, *Qui rem amouit, aut abſtraxit, aut aliàs abuſus eſt hæreditate, nimirum ſi abſtinendi amiſerit beneficium*, nunquam

M enim

enim iuuari quis poterit ex his, quibus eſt abuſus, contraria faciens actui, quem exequi intendit, vt videmus in priuilegio, quod per contrarium actum amittitur, etſi cõtrauentio vnica ſit, ex c. cũ acceſsiſſent, in fin. & ibi DD de cõſtit. & c pro illorũ de pręb. Panor. in conſ. 61. 2. p. nu. 7. incipit, *Videtur primò, quòd dictus Peruſinus.* Nec ille, qui venit cõtra ſtatutum, poteſt amplius ſe in eo fundare, nec dicitur ſcriptum pro eo, qui venit contra ſcriptum, nec contradicens aduerſarij libello poteſt poſteà in eo ſe fundare, nec poſitione iuuari, quam negauit; nec beneficium, aut vtilitatem contractus reportare, qui ipſius contractus viribus contradixit; nec producere inſtrumentum pro ſe, qui illud in iudicio ſe perdidiſſe profeſſus eſt; & qui negat aliquid habere, interdicitur illi omne commodum, quod ex eo percipere poſsit. l. fin. ff. de rei vendicat. text. cum gloſ. in cap. conſtitutus, de reſcript. in verſi. mentionem. Idq; numeroſis allegationibus proſequitur Hippolyt. de Marſil. in rubr. de fideiuſſ. à num. 325. cum multis ſequẽtibus.

8 Præſertim, quia illarum legum diſpoſitio, quæ præmittit, factum legitimè retractari non debere, etiamſi caſus extiterit, à quo incipere non potuerit, ceſſat omninò, quando actus trahitur ad caſum, in quo finalis cauſa diſpoſitionis effectum ſortiri non poſsit, tex. in l. Vranius. §. ſed cum duo. ff de fideiuſſorib. ibi: *Et quẽadmodũ incipere aliàs non poſſunt, ita nec remaneãt*, Bart. in l. pluribus. §. etſi placeat. n. 2. ff de verb. obligat. Decius in d. §. non eſt nouum, nu. 3. Et ſic quemadmodum actus incarcerationis non poteſt incipere prohibito tempore, ita nec eodem tempore remanere, cùm non minus per captionem, quàm per retentionem finalis agriculturæ cauſa impediatur: nam quando aliquid prohibetur vna

via

via attento effectu, tunc intelligitur prohibita alia via, & omnis modus, per quem poſſet peruenire ad illum effectum, l. oratio, ff. de ſponſalib. l. cùm lex, ff. de fideiuſ. l. legem, in fine, C. de natur. liber. l. non eſt dubium, C. de legib. gl. Bart. & Alex. in l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iud. & ibi Iaſ. optimè, n. 25. & meliùs mea quidem ſententia, Panorm. in cap. tuæ, n. 4. de procurat. Vnde manet expeditum, agricolam legitimo tempore captum prohibito accedente relaxãdum: nec id egre creditor ferre debebit, quin ſibi melius ſic caueri intelligat, nã carcer non ſoluit debitum, ſed burſa: vt dixit Bald. in c. dilectus. in 2. column. de appellat. & ex alijs etiam retulit Hippol. de Marſil. in rubr. de fideiuſſ. n. 379. Quod ita de iure fieri reperio, ex eo quòd dicta regula factũ legitimè verè limitetur in omnibus, in quibus finalis ratio diſpoſitionis deficeret, vt hìc. Et tamen verè intelligerem limitandum, niſi ita pauper eſſet agricola legitimè captus, vt ſi accedente tempore prohibito relexaretur, eius fuga de facili præſumeretur: nam tunc, niſi dato idoneo fideiuſſore, relaxãdum à carcere non conſulerem, cùm ex interpretatione priuilegij nullum tertio præiudicium ſit generandum, niſi quatenus pro publica vtilitate exprimitur, vt in l. 2. §. ſi quis à Principe, ff. nequid in loco publico, cum ſimilibus, & ex his, quæ alibi dixi, ex Bernardo de Luco, in reg. 579. in 5. limitatione, & ex rationibus à me adductis in hoc lib. 2. in cap. præcedenti, num. 4. verſ. cõtra quod vrget non leuis difficultas: id enim ſpeciali alio iure inductum eſt, ex l. ſciendum cum alijs, ff. qui ſatiſdare cogantur.

Summarium capitis quinti.

EXceptio firmat regulam in his, quæ excepta non ſunt, exceptio debet eſſe de eo, quod in regula continetur. n. 1.

Probatur, agricolam nullo modo eſſe capiendum pro tribus caſibus exceptis, etſi res agricultura capiantur. num. 2.

An exceptio regulæ ad ſimilem caſum extendatur, & ad intellectum text. in l. colonos, C. de agricol. & cenſit. lib. 11. num. 3.

Propoſitæ quæſtionis reſolutio corroboratur. num. 4.

An generalis præcedens limitatio ad ſequētē diſpoſitionem extendatur? & an qualitas in principio appoſita, in fine repetita cenſeatur? num. 5.

An generalitas limitationem ab ſpecie præcedenti recipiat? & huius axiomatis effectus. num. 6.

Agricultor an capi poßit pro debitis fiſcalibus, & penſione domino fundi debita, & pro mutuo ad culturam facto. Caput V.

1 SEd quia ſupra dictū eſt, boues, & alia inſtrumenta aratoria, reſq; agriculturæ neceſſarias ꝓ executione capi poſſe in illis tribus caſibus exceptis, nēpe ꝓ fiſcalibus debitis, & ꝓ pēſione dominis prędiorū debita, & ꝓ mutuo agricolis dato ad culturā, & laborē, deq; eo à me affatim actū eſt in huius cōmētario ſi ſpeciali capite: mox autem ſe offert vtilis, & pulchra quæſt. de qua multi dubitarūt, & meritò, an quēadmodū in illis tribus caſib⁹ talia capi fuit permiſſum, etiā ꝓ eiſdē, aut eorūdē aliquo perſona agricolæ poſsit in carcerem mitti? Nam in hoc 2. capite pragmaticæ huius, quod

quod de circa rē ruſticā occupatis non capiendis agit, generaliter ſtatutum eſt, vt pro quolibet debito agricola nō capiatur, inquit enim, *Que no puedā ſer preſos por deuda alguna, q̄ no decienda de delito*, vbi ſolum debitū ex delicti cauſa deſcendens eſſe ſufficiens dicit, vt illis ſex mēſibus agricola capiatur: & ſic alijs de cauſis capi poſſe prohibere videtur, iuxta vulgare illud, q, exceptio firmat regulam in contrarijs, ſcilicet in omnibus, quæ excepta non ſunt, vt in l. nam quod liquidè. §. vlt. ff de penu leg. l quæſitum. §. denique, ff. de fund. inſtr. l. cum prætor. ff de iudicijs. l. maritus. ff de procurat. Auend. in reſponſo 19. nu. 1. cū traditis per dom. Couarr. lib. 2. variar. reſolut. c. 5. nu. 6. Sed in hac pragmatica tres illi caſus excepti non ſunt in agricolæ incarceratione, nec vlla de eis mentio habita: igitur in eis, tanquàm in non exceptis firma debet eius regula & diſpoſitio manere, vt agricola non capiatur: & quia regula eſt, vt pro quolibet ciuili debito agricola illis ſex menſibus capi non poſsit, vnde nō aptè excipietur caſus vllus, qui in regula contentus nō ſit: & cū illi tres caſus non contineantur in ea, vana quidē, & inanis erit exceptio, quæ non prædicatur de eo, quod in regula cōtinetur, vt explicat Muxellanus in rubr. de reg. iur. lib. 6. nu. 14. Bart. & Bald. in l. in his. ff. de legib. & DD. cōmuniter, præſertim Decius in l. 1. n. 20. ff. de reg. iur. Alex conſi. 36. col 1. lib. 6. & idē Decius cōſ. 180. col. 4. & Couarr. vbi ſup. latè. n. 4. & 5. Nam generalitas iſtius ſecūdi capitis 2
pragmaticæ præcipientis, p̄ nullo ciuili debito agricolam capi poſſe, omnes caſus videtur includere: vnde ſi aliquis caſus excipitur, alij ſub generalitate remanebūt, vt in d. l. cùm prętor. ff. de iudicijs. l. maritus. C. de procur. l. generaliter. §. vxori, & ibi Bald. ff. de vſufr. leg.

 De-

Decius in dicta l.1.num.21.cum ſeq. Et quòd agricola pro nullo illorum trium caſuum poſsit capi, facit fortiſsimè iuris diſpoſitio, quæ præmittit, generalem diſpoſitionem poſteriorem trahendam nõ eſſe ad ea, quibus ſpecialiter erat prouiſum, l.doli clauſula ff.de verbor.oblig.l.cohæredi.§.qui patrem. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. l.t. lis ſcriptura, in princ. ff.de legat.1.l. limenta.§.Baſilicæ.ff.de cibar.& aliment.leg.l.vxorem, §.feliciſsimo ff. de leg.3. Sed deciſio huius capitis ſecundi pragmaticæ generalis eſt, & poſterior: trahenda ergo nõ erit ad præcedẽtem deciſionẽ primi huius pragmaticæ capitis, vbi ſpecialiter tres illi caſus excipiuntur. Pro quo etiam facit, quòd ſi quis dixerit hoc, tanquàm caſum omiſſum eſſe diffiniendum, ex diſpoſitione iuris communis, iuxta vulgarem text. in l. commodiſsimè. ff.de lib. & poſth. cum ſimilibus, inuenietur equidem illo iure ita eſſe deciſum, vt agricola, dum agrum colit, pro fiſcalibus etiam debitis non capiatur, vt in l. colonos nunquam. C.de agric. & cenſit. lib.11. Et ſic apparet, pro nullo illorum trium caſuum hoc tẽpore à lege deſignato agricolam capi poſſe, cùm ſi lex id voluiſſet, expreſsiſſet Ratio autem, quare magis capi poſsint reliqua agriculturæ inſtrumenta, in illis caſibus exceptis, & agricola, in quo par ratio verſatur, vt dixi, in eiſdem non poſsit, ea certè poterit eſſe: quia maioris eſt vtilitatis in agricultura ipſe agricultor, quã inſtrumenta, vt latè in 1.cap. huius ſecundi libri probaui, reliquaque inſtrumenta nunquam capi poſſunt: agricola verò dum agrum colit capi prohibetur, & in reſiduo temporis capi poteſt, vt hic, & in gloſ.cap. fin. de tregua & pace. Non mirum igitur, ſi agricola non capiatur pro nullo caſu ex exceptis, pro quibus res

ruſticæ

Digitized by Google

ruſticæ capiuntur: quia cùm extra tempus prohibitum capi poſsit, non durat prohibitio, nec dicitur factum, quod non durat factum, vt in l. item eorum, §. quod ſi actor, & ibi gloſ. verb. durant, ff quod cuiuſque vniuerſitatis nomine. Ex quo cauendum eſt à Renato lib. 1. cap. 7. exiſtimante in fiſcalibus nominibus ceſſare hãc ruſticorum immũnitatem: nam ex l. executores, C. quę res pignori, à Conſtantino condita, ab eoque citata id non colligitur: immò ex l. colonos ſuperiùs adducta agricolas prętextu fiſcalium debitorum ab agricultura amoueri non licet: idq; in 1. cap. horum Commentariorum aſſerui. Vnde vel in rebus ſententiam Renati intelligi, vel reſpuendam, tamquàm iuri, aut ſaltẽ huic nouæ diſpoſitioni contrariam oportet.

Quod etſi ex mẽte, & ſenſu pragmaticæ ita cõſtet, fortè non deerit, qui ſuperiora in contrariam ſententiam retorqueat: nam illud, quod exceptionem firmare regulam in non exceptis probat, ſic accipiendũ eſt, vt exceptio ad ſimilem caſum extendatur: nã nunquã videtur caſus ſimiles, etiamſi per dictionem, ſolum, aut tantũ modo, aut aliam taxatiuam loquatur, excludere, text. in c. cũ dilecta, vbi Panormit. n. 6. de confir. vtili, vel inutili, & ibi etiam Decius num. 5. idem Panorm. in cap. ad audientiam in 1. notab. de clericis non reſiden. tib. & probatur in cap. fin. & ibi notat idem Abb. de re iudicata, & eſt gloſ. in l. 1. verb. iudicati, C. de condict. indebiti, Alex. in l. fin. §. in cõputatione, 4. colum. verſ. in eadem, C. de iure deliberandi, cũ copioſe congeſtis à Palac. Rub. in rubr. de donat. inter, §. 16. num. 10. & à dom. Couar. vbi ſup. & copioſe poſt eos à Ioan. Roxas in epit. ſucceſ. cap. 4. à num. 17. Quare exceptio primi capitis cùm eò tendat, vt res agri cultui neceſſariæ

capi poſsint in illis tribus caſibus, non videtur excludere; ſed admittere potiùs, vt perſona etiam agricultoris capiatur in eiſdē, cū ſimilis, immò eadē ratio verſetur in rebus agriculturę, ac in perſonis agricolarū, & idē ſit eſſe inſtrumenta, & qui eis vtēdo agrū colere poſsint, vt in d.l. executores cum l. ſeq. & in d. authēt. agricultores, C. quæ res pign. oblig. nō poſsint. Et cū hęc principalis limitatio ad ea, quæ exceptionē firmare regulam in contrarium dicant, vera, & irrefragabilis ſit, reliqua videntur ceſſare: nam text. in d.l. colonos nunquam, pręter quam quod de illis, qui prædijs adſcripti erant, loquatur, & hos omni ſecuritate gaudere præcipiat, ne cogantur propter tributa non ſoluta agriculturam deſerere: tamen dominos prędiorum, quibus coloni erāt adſcripti, inquietari, & incarcerem mitti, non prohibet, vt in l. hi penes, C. de agric. & cenſit. lib. 11. & vtrobiq; notant gloſ. & Platea.

4 Sed hoc non obſtante, primū verius eſt, cùm diuerſum ſit, inſtrumenta nunquam capi poſſe: agricolā verò poſt tēpus ꝓhibitū poſſe, in quo maior agriculturæ ratio verſatur, vt illis ſex menſibus nō capiatur: & quia d.l. colonos nūquā, ratione agriculturæ procedit in nō capiēdis colonis prætextu fiſcaliū debitorum, & in diſpoſitione text. in d.l. hi penes, nulla agriculturæ cauſa ineſt in dominis prædiorū, ſicut nec hodie inerit in illis, qui verè agricolæ non ſint, vt latiùs ſuperiùs ſcripſi. Et ad adhuc ꝓ cōtraria parte adducet, ꝙ etſi generalis deciſio poſterior non trahitur ad præcedētē, in qua eſt ſpecialiter prouiſum, hoc ita intelligendum ſit, vt generalis cōſtitutio non extēdatur ad diſpoſita in eodē cap. aut lege, ſecus, verò ad contenta in diuerſis capitibus, & diſpoſitionibus, vt hic, vbi primi caput pragmaticæ

nume-

numero, & deciſione à ſecundo diſtinguitur, & ſic ſtatutũ in primo extenditur ad ſecũdum in hoc, vbi eadẽ ratio reperitur, vt explicat Gregor. Lop. in l. 2. tit. 1 p. 6. verb. *Su nome*, in fin. Sed hoc refellitur ex eo, quia diuerſum eſt, agricolam nonnũquã, inſtrumenta verò nunquam capi poſſe: & quia diſpoſitio huius pragmaticæ in fauorem agriculturæ vna eſt, et ſi facilioris intelligẽtiæ cauſa diuerſis capitibus partita ſit.

5 Quæ ratio ſatisfacit, etiãſi aliquis conſideret, diſpoſitionẽ eſſe generalem illam traditam in 1. cap. vt res agriculturæ in illis tribus caſib⁹ capi poſsint: vnde quęlibet res, quæ gratia agriculturæ capi prohibetur, illis tribus caſibus concedetur capi: quia cùm generalis ſit, & præcedat, ad ſequentem diſpoſitionem extendetur, vt in l. Titia, §. qui Marco, ff. de annuis legat. l. 2. ff. de ſtipulat. ſeruor. Bart. eleganter, vt ſolet, in l. quęſitum, §. ſi quis fundum, n. 13 de fund. inſtruct. & ex eo Greg. noſter in l. 8. tit. 10. p. 6 gloſ. 1. Sed cùm clauſula illa, & diſpoſitio, vt tres illi caſus ſint excepti, ex identitate rationis, ſiue ponatur in fine, ſiue in principio, referatur ad omnia, quæ ſequuntur, ſeu pręcedunt, cùm non ſit ratio, quare trahatur magis ad res, quàm ad perſonas, in quibus militat ratio eadem. ex deciſione text. in l. etſi pepercerit, §. cùm hæredes, ff. de liber. & poſthum. Bart. in l. per retentionem, num. 4. C. de vſur. idem Bart. in l. 1. n. 3. C. de liber. præteritis, cũ pluribus alijs citatis per Bernard. de Luc in reg. 85. Et quia quę dicta ſunt in primo pragmaticæ capite, vt in illis tribus caſibus res agriculturæ deſtinatę capi poſsint, cùm ſit ratio eadem, quæ ad diſpoſitionem pertinet, in ſequenti capito repetita cenſeantur, l. quemadmodum, §. 1. ff. ad leg. Aquil. §. hoc tamen, inſtituta eodem tit. & ibi.

& ibi Ioannes de Platea n.38. & tex.in l. in repetẽdis, vbi gloſſa citat cõcordantes, ff.de leg 3.Bart. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, n.4. ff.de verb.oblig.& in l prætor,§.eritque,ff.de vi bon.rap.& Panor.in c ſecũdò requiris,n.4 de appellat. Et quãuis etiam verum ſit, quòd clauſula generalis reſtringatur ad ea,quæ ſunt ſimilia expreſsis, ex l.vlt. §.cui dulcia, ff. de trit. & oleo leg.& ex Aret in l.2.in princ.n.2 de verb.oblig.teneat Franc.Mantica de coniect.vlt.volunt. lib.3. tit 14.n.7. Et quòd talis clauſula poſita in medio,vel in fine, referatur ad omnia, & qualitates appoſitæ in vno capite, cenſeantur in alijs repetitę,l. cùm ſeruus ff.de cond.& demonſt l.Seiæ,§.Caius,& ibi Bart.ff.de fund.inſtr.& ex alijs id afferat idẽ Mantica,vbi ſup. lib.6. tit.13. n.6. Et quamuis denique verba huius pragmaticę, *Que no*
6 *ſean preſos por ninguna deuda*, ità generàlia ſint, vt meritò relata iuris diſpoſitio verificari poſsit:tamen iſta generalitas dictionem, limitationem, & ſpecificationem recipit ex ſpecie pręcedenti: nec vltra ipſam ampliùs euagatur,l.quoties,C.familię erciſcundę, l. vlt. §. vlt. ff.de tritic. vino,& oleo leg. Oldral.in conſ.8. num.1. Et ceſſant nihilominus omnia ex diſparitate rationis ſuprà adducta, nam etſi pariter agriculturę per inſtrumenta,& perſonas agricolarum caueatur, eſt nihilominus in illis capiendis diuerſa forma, & ratio tradita, vt in gloſ.d.cap.fin. de tregua & pace, & ex 1. & 2.huius pragmaticę cap. & quia de rebus agriculturę non capiendis ſpecialiter cum limitationibus traditum eſt. Et ſic generalis clauſula ſecundi capitis pragmaticę non refertur ad pręcedentia, de quibus ſpecialiter prouiſum eſt, vt in l. doli clauſula, ff. de verb.obligat.l.ſanctio legum, ff de pœnis,l. alimentum, §. Baſilicę, ff. de alim.

alim. & cibar. legat. l. quid ſit fugitiuus. § quod aiunt cum gloſ. ff. de æ dilict. edict. cum traditis ſupra, num. 2. & per Paulum Caſtrenſ. in l. 1. num. 7. ff. ſi certum petatur, & Decium in rubr. ff. de fid. num. 2.

Summarium capitis ſexti.

Parte indiuidui irritata, irritatur & totum, & extincto principali extinguitur acceſſorium. num. 1.

Vbi vnum par boum non capitur, ibi etiam eo araturus nõ capietur. num. 2.

Vnitum gaudet priuilegio rei, cui vnitur, ad confirmationẽ quæſtionis. num. 3.

Effectum arandi animalia non ſortirentur, ſi aratores agricolæ capi poſſent, & quando huius rei probatio dicatur concludere. num. 4.

An ſicut vnum par boum nullo caſu & tempore capitur, ita agricola eo araturus nullo etiam tempore pro ære alieno capiatur. Caput VI.

Illud tamen eſt obſeruatione dignum, an quemadmodum nullo caſu, etiamſi ex tribus exceptis ſit, 1
vnum par boum aut animalium, quæ ad arandum deſtinata ſunt, capi poteſt, ita etiam agricola, qui iſtud par boum, aut animalium, aratro ſubmittere, eoq; ſua opera, & labore terræ glebas infringere, aut ſeminare debet, nullo etiam tempore, nec vllo caſu pro debitis ciuilibus capi poſsit? In menſibus hac lege deſignatis generaliter nõ capiẽdũ pro vllo caſu, etiã ex exceptis, pro-

Digitized by Google

& ibi Ioannes de Platea n.38. & tex.in l. in repetẽdis, vbi gloſſa citat cõcordantes, ff.de leg.3.Bart. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, n.4. ff.de verb.oblig.& in l prætor,§.eritque,ff.de vi bon.rap.& Panor.in c.ſecũdò requiris,n.4 de appellat.Et quãuis etiam verum ſit, quòd clauſula generalis reſtringatur ad ea,quæ ſunt ſimilia expreſsis, ex l.vlt. §.cui dulcia, ff. de trit. & oleo leg.& ex Aret in l.2.in princ.n.2 de verb.oblig.teneat Franc.Mantica de coniect.vlt.volunt. lib.3. tit 14.n.7. Et quòd talis clauſula pòſita in medio,vel in fine, referatur ad omnia, & qualitates appoſitæ in vno capite, cenſeantur in alijs repetitę,l. cùm ſeruus ff.de cond.& demonſt l.Seiæ,§.Caius,& ibi Bart.ff.de fund.inſtr.& ex alijs id aſſerat idẽ Mantica,vbi ſup. lib.6. tit.13. n.6. Et quamuis denique verba huius pragmaticę, *Que no*
6 *ſean preſos por ninguna deuda*, ità generalia ſint, vt meritò relata iuris diſpoſitio verificari poſsit:tamen iſta generalitas dictionem, limitationem, & ſpecificationem recipit ex ſpecie pręcedenti: nec vltra ipſam ampliùs euagatur,l.quoties,C.familię erciſcundę, l. vlt. §. vlt. ff. de tritic. vino,& oleo leg. Oldral.in conſ.8. num.1. Et ceſſant nihilominus omnia ex diſparitate rationis ſupra adducta, nam etſi pariter agriculturę per inſtrumenta,& perſonas agricolarum caueatur, eſt nihilominus in illis capiendis diuerſa forma, & ratio tradita, vt in gloſ.d.cap.fin. de tregua & pace, & ex 1. & 2. huius pragmaticę cap. & quia de rebus agriculturę non capiendis ſpecialiter cum limitationibus traditum eſt. Et ſic generalis clauſula ſecundi capitis pragmaticę non refertur ad pręcedentia, de quibus ſpecialiter prouiſum eſt, vt in l. doli clauſula, ff. de verb.obligat.l.ſanctio legum, ff do pœnis, l. alimentum, §. Baſilicę, ff. de alim.

alim. & cibar. legat. l. quid ſit fugitiuus. § quod aiunt cum gloſ. ff. de æ ilict. edict. cum traditis ſupra, num. 2. & per Paulum Caſtrenſ. in l. 1. num. 7. ff. ſi certum petatur, & Decium in rubr. ff. de fid. num. 2.

Summarium capitis ſexti.

Parte indiuidui irritata, irritatur & totum, & extincto principali extinguitur acceſſorium. num. 1.

Vbi vnum par boum non capitur, ibi etiam eo araturus nõ capietur. num. 2.

Vnitum gaudet priuilegio rei, cui vnitur, ad confirmationẽ quaſtionis. num. 3.

Effectum arandi animalia non ſortirentur, ſi aratores agricolæ capi poſſent, & quando huius rei probatio dicatur concludere. num. 4.

An ſicut vnum par boum nullo caſu & tempore capitur, ita agricola eo araturus nullo etiam tempore pro ære alieno capiatur. Caput VI.

ILlud tamen eſt obſeruatione dignum, an quemadmodum nullo caſu, etiamſi ex tribus exceptis ſit, 1
vnum par boum aut animalium, quæ ad arandum deſtinata ſunt, capi poteſt, ita etiam agricola, qui iſtud par boum, aut animalium, aratro ſubmittere, eoq; ſua opera, & labore terræ glebas infringere, aut ſeminare debet, nullo etiam tempore, nec vllo caſu pro debitis ciuilibus capi poſsit? In menſibus hac lege deſignatis generaliter nõ capiẽdũ pro vllo caſu, etiã ex exceptis, pro-

Digitized by Google

proximè dixi: Illud autem, quod nũc interrogo, aliud eſt, an etiam extra menſes prohibitos capi poſsit, qui vno pari boum laboraturus eſt, cùm par boum ipſum generaliter capi ſine temporis & cauſæ diſtinctione prohibeatur? Si quæſtio præſens Attica lege decideretur, proculdubio in fauorẽ huius agricultoris facilis eſſet reſponſio, cùm ea caueatur, bouem etiam agricolam eſſe, & humani generis laborum ſocium, & ideò nec capi, nec mactari poſſe, vt ex Æliano, & Renato retuli ego in lib. 1. horum Commentariorum, cap. 3. à nu. 1. & de boum aratoriorũ laude, eximiaq́; vtilitate, ingenioſè multa congeſsit Didacus Gutierrez Virocenſis in ſua agricultura lib. 2. cap. 10. Etſi ego de quibuslibet animalibus, quæ terrarũ arationi dicata ſunt, prout in pragmatica continẽtur, verba facio, nec mei eſt inſtituti, quæ ſint vtiliora pandere, cùm id experientia, quæ rerum magiſtra eſt, ſit patefactũ. Quapropter vt ad rem veniam, in caſu propoſito videtur, quòd iſte agricola nullo tempore capi poſsit, & quòd idem priuilegium, quo vnum par boum affectum eſt, conſequatur. Idq́ue ex eo facile redditur, quia ad effectum arandi agricola ſimul cum pari animalium aratoriorum eſt quid quodammodò indiuiduum, cùm in hoc caſu alterum ſine altero eſſe non poſsit, & irritata parte indiuidui, irritetur & totum, vt in l. in hoc iudicio. ff familiæ erciſcundæ, in fine, & text. in l. quemadmodum. C. de agric. & cẽſit. lib. 11. & ibi notat Bart. n. 9. In actu enim laboris quid indiuiduum eſſe conſidero omnia, quæ ad effectum arandi ſunt neceſſaria, vt horologiũ, quod etſi pluribus partibus conſtet, vnum eſt, cuius partes, aut earum aliqua ſi ſeparentur, horologium effectum amittet. Et eo maximè, quia principaliter agricola in la-

labore conſideratur, & in agrorum, & terrarum, ſeu prædiorum cultura, pereunte enim cultore, terram in ſolitudinem redigi certũ eſt, ex Geneſ. cap. 47. & quia tanquam cauſa efficiens, & omnia ad arandum neceſſaria prouidens plùs in labore concurrit, & vtiliùs operatur, & ſic extincto principali, acceſſorium ampliùs conſiſtere nequit, l. nam quod liquidè, in princip. ff de penu legata, l. fundi, §. fin. ff. de fund. inſtr. l. 1. 2. 3. & 4. ff. de peculio legato, gloſ. in l. ſi patronus, §. ſi patronũ, ff. ſi quid in fraudem patroni, tex. in l. cũ principalis, & ibi gloſ. & Dec. n. 1. & 2. ff. de reg. iur. cum traditis à Muxellano in cap. acceſſorium, eod. tit. lib. 6. cum alijs latiſsimè congeſtis à Tiraq. de conſtit. 3. p. limit. 7. à n. 25. cum multis ſeq.

Ex quo patet, quia cùm ex eo, quòd agricola capiatur, vnum par boum, aut animalium reliquorum ad arandum, impediri neceſſe ſit in caſu propoſito, ſequitur euidenter, vt capi nõ poſsit, cùm exceptio ſimiles 2 caſus admittat, text. in cap. ad audientiam, vbi Panormit. de cleric. reſident, cũ alijs traditis à domin. Couar. lib. 2. variar. cap. 5. num. 6. & ſic cùm in primo pragmaticæ cap. vnum par boum pro debitis, tribus exceptis, & pro quolibet alio capi prohibeatur, idem prohibitum eſſe cenſetur in caſu ſimili, ex quo par boum effectum ſortitur ad arandum, & ſine quo eſſe non poteſt: & cùm ex agricola effectus pendeat paris boum, aut animalium, euidens eſſe videtur, vt agricola etiam non capiatur pro caſibus, in quibus vnum par boum capi prohibetur: eſt enim vnum ab alio dependens, & connexum, in quo idem iudicium debet eſſe, text. in l. cum actum, & ibi Bart. in 2. notabili, ff. de negot. geſt. & in l. cum neceſsitate, in fine, vbi Bald. C. de fideicommiſſ.

text.

text.in cap.cũ te,de ætate,& qualit. & ibi Panor. num. 13.& tex.in c.tranſlato, de conſtit. ibi: *Quod de vno dicitur,neceſſe eſt vt de altero intelligatur:* & ibi gloſ. fin. & in cap.præterea, de offic.& poteſt. iudicis deleg.

3 Corroboratur etiã ex eo, quia agricola vnũ par boũ habens ad arandũ, in arãdi actu veluti pari boum vnitur, & ſic vnitũ debet gaudere priuilegio illius rei, cui vnitur,ex notatis per Bart.in l.1. ff de leg.1.à n.1.cum duobus ſeq & eũdem Bart.in l.1.§ ſi cohęredẽ meum, ff.ad l.Falcid.notatur in cap.1.& ibi Panormit num 6. verſ.fit denique & quartò,ne ſede vacante,text. & ibi gloſ fin.in cap.recolentes, de ſtatu monachorum, vbi quod aggregatur alij ,ipſius naturam imitari debet. Quod facit ad quæſtionẽ de Eccleſia vnita,quòd gaudet priuilegijs illius Eccleſię,cui vnitur:& quia idẽ priuilegiũ datũ eſſe intelligitur omnibus illis rebus , ſine quibus par boũ,aut animaliũ arãdi eſſe non poteſt, l.1. & 2.C.de vxor.militũ,& arg.tex.in l.vnic.ff.de bonorũ poſſeſ.ex teſtam militis.& in l.quęſitum,§ ſi inſtructo,ff.de fund inſtru.inſtrumẽtoq; legato,cũ alijs multis ad hãc rẽ ſpectãtibus traditis per text.& DD. in l.2. ff.de iuriſd.omn.iud. & in l ad rem mobilẽ,& l ad legatum,ff.de procurat & per Oldral. cõſ. 11.incipit, *Tale thema eſt*,vbi reſoluit, legatũ ad vſus pauperũ infirmorũ videri etiã legatũ pro eis ſeruientibus. Quod quidẽ adeò verũ eſt, licèt abuſus in publicę vtilitatis diſpendium perperam hactenus obſeruauerit,vt puniatur iudex,aut executor,qui mulas arandi,aut agricolam, qui eis arat,facit capere, aut capit p ciuilibus debitis, & eſt caſus in legibus Fraternitatis ſanctę comprehẽſus, vt videre eſt apud tex.in l.25 tit 13.lib 8.Nou.Cõp. cuius hęc ſunt aurea verba: *Otro ſi mandamos, que los bueyes, y mulas,*

mulas, y beſtias de arar, y los labradores que con ellas trabajaren, en tanto que labraren, o ſe ocuparen en las labores de pan, o vino, que gozen, y puedan gozar de toda ſeguridad, y no ſe haga, ni pueda hazer en los dichos labradores, ni beſtias, prendas, ni repreſarias, ni execuciones algunas por ninguna, ni algunas deudas, de qualeſquier calidades que ſean, aũque muy priuilegiadas ſean. Et reliqua. Quorſum enim par horum animaliũ capi prohibetur, niſi quia cultura agrorũ nõ impediatur? aut quo pacto magis impediri, aut retardari poterit, quàm ſi cultore capto, animalia hæc deſerantur, cùm propriæ, ac natiuę diuitię rerum publicarũ nerui, quibusve regni fortitudo innititur, ex agrorum cultura decerpantur? Vnde meritò Regum proprium eſt, in hęc incumbere, vt ſuperiùs dixi in libro 1. cap. 1. & mirificè ac eleganter, vt ſolet, comprobat pater Petrus Ribadeneyra è Societate Ieſu in tractat. de virtutib. Principis Chriſtiani lib. 2. cap. 11.

Nec obſtabit, ſi quis obijciat, nõ inde ſequi, effectum par boũ, aut animalium non habere, ex eo q̃ agricola capiatur, cum alius facilè poſsit inueniri, qui eius loco ſubrogetur, nec poſsit vere dici impedimẽtũ, quod de facili remoueri poteſt, tex. & ibi Panor. in c. ſi de elect. l. quib. dieb. ff. de cõdit. & demõſt. l. qui poteſt. ff. de regul. iur & quia cũ hoc de facili poſsit fieri, nõ ſequitur neceſſe, agricolã capiendũ nõ eſſe, cũ probatio debeat de neceſsitate concludere, ita vt aliter fieri nõ potuerit, ex l. nõ hoc, & ibi Bart notat. C. vnde cognati, & l. neq; natales. C. de pbat. & c. in pręſentia extra eod. tit. l. penul. §. docere, & ibi Bart. ff ne quis in eũ, qui in iud. vocatus eſt. Hippol de Marſil. in rub. de prob at. n. 350. Bernar. à Luco in reg. 301. quia reſpondeo, q̃ in terminis iſtis, in quib⁹ ratione vnius paris boũ, aut animaliũ, 4

agri-

agricola non poteſt capi, ſufficiet, ſi plerumq; ille ſit, qui illi miniſterio paris boum, aut animalium inſeruire ſolet, argum. text. in l. Quintus Mutius. ff. de auro & arg. legat. text. in l. hoc legatum, cum multis ibi ab Accurſio citatis in gloſ. verb. quod in vſu. ff. de legat. 3. eo enim caſu quis ita reſupinus eſt, vt non intelligat, vnum par boum, aut animalium ad arandum, aut ſeminandum à deſtinato agriculturæ effectu, & opere retardari per incarcerationem aratoris? tunc enim vtilitatis publicæ ratio id expoſtulat, & expreſſe cauetur in d. l. executores. C. quæ res pignori oblig. non poſſ. ibi: *Seruos aratores*, vbi effectum animalia arandi non habere, ſi aratores caperentur, ad vniuerſos prouinciales Imperator Conſtantinus reſcripſit, ac autor eſt Plutarchus in Craſſo. Quòd huiuſmodi ruſtica mancipia, vicilli, ac coloni ſint etiam animata rei familiaris inſtrumenta, & aratores, ac boues, quibus aratur, dum in eo actu, & labore perſiſtunt, huicque operæ inſeruiunt, vnum veluti corpus indiuiduum, ac inſeparabile pulchris rationibus conſiderari poteſt ex his, quæ tradit Rebuffus de verborum ſignificatione, in l. boues, verſ. ſi de damno, & ex text. in cap. fin. de tregua & pace.

Summarium capitis ſeptimi.

Ruſticana opera menſibus hac lege deſignatis expediri plerumq; comprobatur. num. 1.

Vtrum plenius caueatur iure communi, quàm hic in perſonis agricolarum circa tempus libertatis. num. 2.

De pleno compromiſſo, & pleno dominio exemplum ponitur ad comprobationem quæſtionis. num. 3.

Na-

Digitized by Google

Natura temporis, videlicet menſium, qui in hac lege deſignantur, exponitur. num. 4.

In aſsignatione menſium an vindemiarum ratio habita ſit, rationibus oſtenditur. num. 5.

Lites, & controuerſias ſedat temporis præfinitio, & cuiuslibet rei certa, & non ambigua probatio. num. 6.

De tempore libertatis agricultoribus cōceſſa non ineleganter diſſeritur. Cap. VII.

SEd quanuis commoditas cœleſti prouiſione conceſſa, vt aliàs dixit Imperator in l. omnes. C. de ferijs, opportunum ſuggerat tempus operibus agriculturæ; tamen ſi expertis agricultoribus credēdum ſit, ſi quod arte traditur, obſeruandum, hiſce ſex potiſsimū menſibus ruſticanæ agricolationes, maximè quæ ad rē frumentariam ſpectant, impēduntur: Iulio enim menſe iterātur agri, anterioribus menſibus præſciſsi, & meſſes triticea præparatur, & extirpantur vepres; Auguſto exiles item exarantur agri, meſſes colliguntur, & triturantur, & aſportantur in horrea, Septembri pingues agri tertiantur, exiles ſtercorantur, vindemia locis t.e pidis celebratur, & frigidis apparatur; Octobri ſeruntur ſemina, & Nouembri itidem ſeminātur, habita ratione locorum, temporis, & naturæ ſeminis. Decembri, quāuis poſt exactā brumā malè ſeminetur, nōnulla tamē ſemina ſpargi poterunt, & alia opera ruralia cōmendantur, vt latiſsimè proſequitur Pallad. de re ruſtica lib. 8. cū 5 & ſeq. per totum, adeò vt mirū ſit, quā diligens, & cōueniens fuerit hæc diſpoſitio cū tēporis opportunitate, quantave ſolertia, & vigilantia condita ſit,

Digitized by Google

turalibus iuris diſpoſitionibus correſpondens, vt fertilitas,& vbertas huic regno ſtabilitatem ſuppeditet. Nã ex eo facilè cognoſci poteſt, quanta ratione curanda ſit hæc vbertas, ſiquidem remota iuſtitia nihil eſſe regna, niſi latrocinia dixit D. Aug. lib. 4. de ciuit. Dei, & tamen Ariſtoteles ad Alexandrũ dixiſſe fertur, iuſtitiæ virtutem efferens, quòd iuſtitia regnantis vtilior eſt ſubiectis, quàm fertilitas temporum, ita vt nihil exactius dici potuiſſet, vt iuſtitiæ magnitudinem oſtenderet, quàm illam cũ fertilitate temporũ comparare. Sed
2 vtrum Iuſtinianus in d. Authent. agricultores meliùs conſtituit, præcauens agricolas, dum agros colant, non capiendos pro ciuilibus debitis, quã in hac lege prouiſum eſt, quę in menſibus Iulij cum ſequentibus vſq; ad finẽ Decembris eos capi prohibet: nam inquit, *Que las perſonas de los dichos labradores no puedã ſer preſos por deuda alguna, que no deciẽda de delito, en los meſes de Iulio, y los ſiguientes, haſta el fin de Diziembre.* Et videtur, quòd Iuſtinianus pleniùs cautũ fauori agriculturæ reliquit, vt quocumque tempore agricultor ei vacaret, non caperetur, quia cũ limitatũ tẽpus non ſit, quocũq; tẽpore agrum colat, nõ capietur, ex l. in agris. ff. de acquir. rer. dom. l. age cũ Geminiano. C. de trãſact. præſertim cùm hæc opera ruralia, vt tã pingues, quã exiles agricolantur, ſemper, & omni tẽpore debeãt expediri, ſi credendũ erit, quod ex Columella, Virg. & Marc. Varr. & plurimũ ex ſe retulit Gutier. Viroc. in ſuis agric. diſcurſ. lib. 2. à c. 1. cũ ſeq. & è cõtra ex quo pragmatica ad tempus capi prohibuit, poſt tẽpus capi permiſit: quia prohibitũ ad tẽpus, poſt tẽpus cẽſetur permiſſum ex l. Imperator. ff. de poſtulando. l. ſtatu liberũ. § ſtichũ. ff. de legat. 2. Bart. in l. in illa ſtipulatione. ff. de verb. obl. nu. 2.

Sed diuerſum eſt in d.authent.agricultores,quę nullũ tẽpus per ſe, ſed quatenus in eo ager coleretur, reſpexit:& ſic plenius per eam cautũ eſt,& per conſequẽs nihil ei deeſſe videtur: vnde nimirũ ſi per eã fortius, & validius ſtabilitũ ſit,arg.text.in l.fideicõmiſſa,§.quamquã,ff.de leg.3.tex.in l.idẽ Põponius in princ. in verſ. ſi verò,& ibi notatur,& tex.elegãs in l.ſi cũ dies.§.plenũ,& in l.ita demũ,in fin.ff.de recep.arbitr. vbi plenũ cõpromiſſum dicitur illud,quod de omnibus quęſt.fit, ſicuti magis ſignificať per plenũ dominiũ,quã per ſimpliciter,aut limitatè prolatũ: & qui illud habet plenũ, abundantior dominus eſt,cũ poteſtate alienãdi, & cõcurrente vſufructu cum proprietate, tex.in l.fœminę, §.illud,C de ſecũd.nup.vbi Bald. tex.illũ ad hoc extollit,& Iaſ.in l.traditionib.n.11.C.de pact.cũ multis relatis per Pinel.in l.1.C.de bon.mater.2 p.à n.3. cum ſeq.

Sed nihilominus in hac pragmatica meliùs circa hoc prouiſum exiſtimo,tũ quia menſes illi deſignati comprehendunt tempus,quo omnes labores, & culturæ ad arandum, & ſeminandum, & colligendos fructus fieri ſolent; tum quia planè, & ſine litis & cõtrouerſię timore,& abſq; onere probandi, an colat, vel non colat agrum agricola,ſanxit. Primũ enim certũ eſt,quòd à menſe Iulij cum ſequentibus vſq; ad finem Decembris terra fert meſſes ad humanę vitæ cõſeruationem neceſſarias cùm ſaltem effectus ęſtatis,& autumni,his menſibus comprehendatur, quibus metitur,& ſeritur, & vindemiæ fiunt,iuxta illud Maronis de quatuor anni temporibus in 1. Tetraſtico: 4

Tempore Solis ager meſſeis fert pinguis opimas,
Fæcundos autumne lacus de vitibus imples.

Et idem Maro in 1.Georgicorum inquit:

Vere nouo gelidus canis de montibus humor
Liquitur, & Zephyro putris ſe gleba reſoluit:
Depreſſo incipiat iam tunc mihi taurus aratro
Ingemere, & ſulco attritus ſplendeſcere vomer:
Illa ſeges votis demum reſpondet auari
Agricolæ, bis quæ ſolem, bis frigora ſenſit,
Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes.

Et facit tex. in l. vt in die, & in l. omnes dies, C. de ferijs in princ. ibi: *Illos tantùm manere feriarum dies fas erit, quos geminis menſibus ad requiē laboris indulgentior annus excepit, æſtiuos quidem dies feruoribus mitigandis, & autumnales fructibus decerpēdis:* & ibi Accurſius pro meſsibus, & vindemijs explicat: quamuis hæc pragmatica, vt exiſtimo, magis conſiderauit hæc tempora, quatenus eis rei frumentariæ ratio potiſsimum ſit habēda, cùm menſibus Iulio, & ſequentibus meſſes colligantur, & ſeri frumentum ſoleat: tametſi nonnullam rationem de vindemijs etiam habuit, cùm omnia illis menſibus opportunè poſsint fieri. Eſt enim vinum admodum
5 Reipublicæ neceſſarium, iuxta illud pſalmi 103. *Vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis*, quod etiam ad hoc allegauit gloſ. in verb. deguſtationē, circa medium, in l. 1. ff. de periculo & commodo rei venditæ, de cuius laude Plato, Cœlius, Plinius, & alij multi ſcripſerunt, vt citat, & refert Caſſanæus in Catalog. glor. mundi in 12. part. conſiderat. 84. Vt nec mirum ſit, Accurſium dixiſſe, minorem locupletionem fieri ex mutua pecunia ab altero minore ei tradita, ſi minor, qui mutuò accepit, eam conſumpſerit in bonos vſus, vt ſi biberit vinum, vt habetur in gloſ. verb. litis conteſtatæ in l. minor vigintiquinq; annis 35. ff. de minor. Atqui ratio, quare intelligo principaliter eſſe cōſidera-

Digitized by Google

tum tempus meſsium colligendarum, & ſerendarum, præter id, quòd nulla in pragmatica mentio de vindemijs habeatur, hæc eſt, quia agricolæ magis indigent frumento, quàm alijs fructibus liquidis, vt notat Bart. in Authent. ad hæc. C. de vſuris, & de hominibus omnibus id etiã dici poterit, vt facilè conſtat ex alijs, quæ de vtilitate frumenti ſuprà tradita ſunt.

Secunda verò ratio, quare meliùs prouiſum in hac pragmatica ſit, tempus limitatum præfiniendo, vltra quod eo omnes culturæ neceſſariæ in agris fiant, vt dixi, ea eſt, ne lites exoriantur circa probationem, an pro tunc agricolæ agrum colãt? & quia poſſet fieri, vt pro tunc agri non colerentur, cũ tamen ſtatim eſſent colẽdi. Vnde nimirum ſi antiquitus Præſides prouinciarum ex conſuetudine cuiuſcumq; loci ſolerẽt meſsis, vindemiarumq; cauſa tempus ſtatuere, vt ex l. 4 ff. de ferijs aduertit Renatus de priuil. ruſtic. lib. 2. cap. 7. circa finem, in 1 p Quas lites & controuerſias iam ſedat, & dirimit temporis præfinitio: nam hoc cùm certum ſit, illis menſibus agricolas nõ capiendos, ampliùs certiorandum per probationem non eſt, argument. text. in l. 1. §. venditor, & ibi Bartol. & Paul. ff. de action. empti. & in l. 1. §. ſi intelligatur. ff. de ædilic. edict. & text. in cap. eum, qui certus, & ibi Dinus de regul. iuris, in 6. 6

Quibus, & ſimilibus iuribus, eum, qui certus eſt, certiorari vlterius non oportere, probatur; & vt ad vitandas lites dicitur, de ſententia, quæ certa eſſe, & certam quantitatem continere debet, vt per totum C. de ſententijs, quæ ſine certa quãtitate proferuntur, text. & ibi Iaſon in §. curare, inſtit. de actionib. Bart. & Doctores in l. ait Prætor. §. ſi iudex. ff. de re iudicata:

aliter enim ſi certa,& liquida non ſit, ſed incerta, non poſſet executioni mandari, ſed antea oporteret, lite fortè ſuſcitata, eam ſententiam liquidari, vt tradit ex Baldo in Specul. in tit. de ſententia, verſ. ſententia non liquida, Sebaſt. Bantius de nullit. in tit. de nullitate, ex defectu proceſſus, nu. 101. cum ſequētibus. Et hinc eſt, quòd etſi inſtrumēta publica de plano executioni mādari debeant, iuxta leges Regias, tamen ſi fortè incerta, aut non liquida ſint, nec limitatam quantitatem contineant, priùs quàm executioni mandentur, citato eo, cuius intereſt, per probationem, aut aliàs legitimè certa, & liquida debent eſſe, liſque oriri poteſt, ſi iudex ſuper liquidatione pronunciet, & ſic, reliquis obſeruatis, ab huiuſmodi pronuntiatione cauendum eſt, vt colliges ex traditis per Roder. Suarez in l. poſt rem iudicatam, in declar. legis Regni, limit. 4. & 5. & per dom. Couarr. lib. 2. var. cap. 11 nu. 1. & 2. & Auiles in capitulis Prætorum cap. 10. verb. *Execucion*. num. 53. & num. 57. Et ſic patet melius, & ad dirimendas lites efficaciùs per hanc pragmaticam fuiſſe prouiſum, quàm per dictam Authent. agricultores.

Summarium capitis octaui.

INtentioni legis eſſe deſeruiendum, vt eius finis obtineatur, ad noſtram pragmaticam adducitur. num. 1.

Mentem legis potiùs quàm verba inſpicienda eſſe, itidem hîc adaptatur. num. 2.

Rationibus probatur, poſt tempus limitatum diſpoſitionem, quæ in limitatione curatur, non exiſtere ad deciſionem quæſtionis. num. 3.

Sibi imputet, qui tempore limitato opera non expedierit, & quando id tempus arbitrio iudicis relinquatur. num. 4.

An

An agricola vltra præfinitum tempus laborans ſit pro debitis ciuilibus incarcerandus? Caput VIII.

PRo perfecta huius pragmaticæ cognitione dubium ſupereſt, nunc primum, quod in eo reſidet, An ſi agricola poſt menſes hac lege præfinitos circa rem ruſticam occupetur, & agrum colat, poſſit pro ciuilibus debitis in carcerem mitti? Nam cùm hęc lex agriculturę fauorem reſpiciat, & ſecundum conſuetudinem loci tempus metendi, & ſerendi varietur, oportet intentioni legis deſeruire, vt eius ſequatur effectus, vt finis obtineatur, iuxta text. in l. pręſides, de ferijs, vbi conſultus Paulus ait: *Præſides prouinciarum ex conſuetudine cuiuſcunq; loci ſolent meßis, vindemiarumq; cauſa tempus ſtatuere:* & meliùs textus in l. 37. titul. 2. p. 3. vbi ait: *E porque los frutos de la tierra no vienen en cada logar a vna ſazon, por razon que algunas tierras ſon frias, e otras caliẽtes de natura, por eſſo non ſeñalaron cirtamente, quales deuen ſer los meſes, que deuen ſer guardados para eſto.* Et ſic videtur, quòd dum agrum colat agricola, etſi menſes hìc deſignati effluxerint, non capiatur, pręſertim cùm hoc reducatur ad ius antiquũ cõmune, ſecundũ quod circa rem ruſticã occupati, dũ agrũ colũt, capi non poſſunt, vt in d. authent. agricultores, ad quã diſpoſitionẽ extẽdẽdũ eſt, cũ per extenſionẽ ad ius cõmunę reddatur, tex. in l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, in fine, ibi: *Sed forma ſua redditur*, ff. de pact. res enim, teſte Philoſopho, facillimè redit ad ſuam naturã, vt in gl. verb. numerandũ, in c. ſtatutũ, de prębend. lib. 6. quę communiter recepta eſt, teſte Iaſ. n. 40. & Ripa, n. 51. in l. nemo po- 1

Digitized by Google

teſt, ff. de legat. Et quia cùm ſemel dixerim, rationem huius legis, quæ ex præfatione eius colligitur, circa agriculturam conſiſtere, ne impediatur, aut retardetur, & iuxta hanc rationem ſequentia ſint declaranda, quę ſunt in diſpoſitione, vt in l. Titia, § idem reſpondit, ff. de verb. oblig. l. item quia, ff. de pactis, §. prętereà, inſtitut. de legatis. Nimirũ ſi ſecũdum hãc rationem quo-
2 ties agricultura impedietur, aut retardabitur, huius legis diſpoſitio obſeruãda erit, ne agricola capiatur, cũ ſi capiatur, incõmodũ agriculturæ verificetur, nõ obſtãtibus verbis pragmaticæ, quæ ſex menſes deſignauit, per tex. in l. ſcire, § oportet, ibi: *Tamen mens legislatoris aliud vult:* & in l. 3. §. conditio, ff. de adimend. legat. ibi: *Sed melius eſt, ſenſum magis, quàm verba amplecti:* cũ alijs ſimilibus. Vnde Euãgeliũ nõ in verbis, ſed in ſenſu eſſe dicitur, vt traditur à Hieronymo in epiſtolam ad Galatas, vt refert Gratianus in cap. Marchion 1 q. 1. Nec putemus in verbis Scripturarum eſſe Euangelium, ſed in ſenſu, non in ſuperficie, ſed in medulla, nõ in ſermonum folijs, ſed in radice rationis, cum alijs per Hippol. de Marſil. in l. ſi quis viduã, n, 11. ff. de quæſtionib. quia, vt inquit Cicero pro Cæcina, *Scriptum ſequi calumniatoris eſt, boni autem iudicis voluntatem ſcriptoris, autoritatemq́; defendere, prætermiſſis verbis.* Et quia hæc pragmatica diſponit de tẽpore ſex menſiũ reſpectu actus agriculturę; qui in eis fit, vt proximè notaui: ergo tempus non debet currere, ſi duret, & verificetur actus, argum. text. in l. ait lex, ff. ad leg. Aquil. l. annus, ff. de calumniator, l. mariti, §. ſex menſium ff. de adulterijs, l. 1. § dies, ff. de liber. agnoſc. l. fin. ff. de manumiſſ. teſtam.

3 Quæ etſi vera ſint, tamẽ eis omnibus non obſtãtibus, in caſu propoſito verius eſt, poſt menſes hac legẽ deſigna-

ſignatos agricolam, etſi agrum colat, pro ciuilibus debitis poſſe capi. Quod pulchrè, verè, & ſubtiliter probari poteſt ex doctrina Baldi in l. obſeruare, §. proficiſci, in 2. q. ff. de offic. procõſulis, & legat. & Iaſ. in l. ſed ſi quis ita, n. 4. ff. de vulg. & pup. ſubſtit, quod vbicumq; in ſtatuto limitatur tẽpus, poſt tẽpus limitatũ ſumitur argumẽtum à contrario ſenſu, etiã ad tollẽdũ ius cõmune, virtute limitationis tẽporis, quę aliàs nihil operaretur. Vnde cũ in limitato tẽpore agricolę capi non poſſint, poſt tempus limitatũ capi poterũt: aliter enim verba illa, quę de menſibus diſponunt, nihil importarent, quod eſt abſurdum, & contra text. in l. 5. §. hæc verba, ff quod quiſq; iuris, c. relatum, de cleric. non reſid. cap. hęc verba, de pœnit. diſt. 1. tempus enim fruſtrà adiectum eſſe non debet, eiuſq; adiectio omninò aliquid eſt operatura, tex. in l. ſi quando, ff. de leg. 1. c. ſi Papa, de priuil. lib. 6. tex. in l. epiſtola, §. fin. ff. de pact. Bald. in l. fin. n. 8. C. de teſtam. manumiſ. Et ſic manet firmũ, & illæſum, & in caſu propoſito pro verà reſolutione tenẽdũ, q cũ prohibitũ ſit illis ſex mẽſibus agricolã capi, poſt mẽſes omninò poſsit in carcerẽ mitti, etiãſi agriculturę vacet, ex text. in d. l. Imperator, ff. de poſtulãd. vbi ille, cui aduocationibus in quinquenniũ interdictũ eſſet, poſt quinquẽniũ pro omnibus poſtulare nõ prohibebitur, l. ſi vnus, §. ſi cum reo, ff. de pact. vbi prohibitum petere ad tempus poſt tempus petere nõ prohibetur, text. in l. pater filium, §. fundum ff. de legat. 3. vbi alienatio prohibita ad tempus videtur eſſe permiſſa poſt tempus, tex. & ibi Paul. Caſt. in l. epiſtola, §. de inofficioſo, ff. de pact. vbi pactum tempore limitatum vltra illud non producit effectum ſuum, cum alijs per Iaſ. traditis in l. ſed ſi quis ita, ff. de vulg. & pup. ſubſtit.

Nec

4 Nec obſtant in contrariũ adducta, quòd procedunt in tempore, quod non ita limitatiuè exprimitur à lege: nam tunc relinquitur arbitrio iudicis, vt in l. fin. ff. de action. empt. l. continuus, §. cùm ita, ff. de verborum obl. & in l. 1. §. ait prętor, vbi communiter Doctores, ff. de iur. delib. l. 1. §. expilatores, ff. de effract. & expilat. vbi pœna à lege non impoſita relinquitur arbitrio iudicis. De qua quæſt. benè per Paul. in d. l. 1. §. ait prętor, n. 2. ff. de iur. deliber. Atqui de iſta tẽporis conceſſione, quę plerumq; in omnibus actibus tẽpus ad eorũ expeditionẽ expoſcentibus, iudicis arbitrio relinqui ſolet, multa benè, & concinnè congeſta reperies in Menoch. de arbit. lib. 2. centur. 1. à caſu 24. cũ multis caſibus ſeq. Secùs verò vt in hoc caſu, quando tẽpus à lege deſignatũ, & præfinitũ eſt: nam poſt tempus nulla erit prohibitio, vt in d. l. Imperator cum ſim, etiãſi poſt tẽpus agricola laboret, & agrũ colat, quia legitimũ, & cõgruũ tẽpus colendi hac lege ſtatutũ eſt. Vnde ſi poſteà colat agricola, ſibi imputet, quia pro ciuilibus debitis, hoc non obſtante, capietur, ex notatis per illum text. à Ioãne de Platea in l. quoties, n. 4. C. de naufrag. lib. 11. vbi ait, legitimũ tẽpus nauigandi eſſe à Kalendis Aprilis vſq; ad Kalendas Octobris, & nauta, qui alio tempore nauigat, eſt in culpa, & ex ea tenetur, vt in l. fin. C. eod. tit. Quod in hoc caſu maximè procedit, cùm intempeſtiua cultura agrum deteriorem faciat, ex l. ſi merces, §. conductor. ff. locati, & ſemper tenentur damnũ reſarcire, qui ex defectu culturę, vel quia congruo tempore adhibita non fuit, agros deteriores faciunt, ex l. 1. C. de mancip. & colon. patr. & Salic. lib. 11. & ex traditis per Corſet. in ſing. verb. colonus.

Sum-

Summarium capitis noni.

Quoties tempus ad actum expediendum præfigitur, ante tempus expediri poſſe, nemo ambiget. num. 1.
Noſtra quæſtio ex alia de executore teſtamenti ante tempus deſignatum exequenti, deciditur. num. 2.
Dilatione pendente & officium iudicis conquieſcere, & nihil innouandum eſſe, proponitur. num. 3.
Declaratur text. in l. 41. tit. 6. lib. 3. nouæ Compil. ad intentũ quæſtionis. num. 4.
Ex quæſtione de ferijs, & venatione, & ex alijs noſtram quæſtionem veram eſſe, confirmatur. num. 5.

Quid ſi agricola breuius quàm per pragmaticam ſtatuitur, opera agriculturæ expedierit? Capvt IX.

RVrſus ex ſuperioribus ſuggeritur alia quæſtio, ſuppoſita mente, & ratione finali huius legis, ſcilicet, vt agricultura non retardetur; dubitatur quid ſi agricola breuiori tempore, quàm ab hac lege ſtatutum eſt, opera omnia agriculturæ perfecerit, ita vt meſsibus colligendis, frugibuſque ſerendis, & vindemijs etiam fiendis, aliquod ex ſex menſibus tempus contriuerit, & aliquod ex eiſdem menſibus ſuperſit, in quo huic miniſterio agriculturæ intendere illi neceſſe non ſit: Nam datum hoc tempus eſt ad actum agriculturæ expediendum, vnde ſi antequàm tempus effluxerit, expediatur, tempus ceſſare debebit, argum. text. in l. fin. ff. ad l. Falcid. cap. ab eo, de appellat. lib. 6. vbi datus eſt terminus ad declarãdũ; & ſi ante elapſum 1

tem-

tempus declaretur, ceſſabit præfixio termini, cũ ratio præfixionis ceſſauerit. Vnde quanuis dominus ab emphyteuta certior de vẽditione factus debeat per duos menſes expectari, ad declarãdũ ſi velit retrahere, vt in l.fin.C.de iure emphyteutico.l.fin.tit.8.p.5.tamen ſi ante declarauerit, ceſſat tẽpus duorũ menſium, nec vlterius debet expectari, vt tradit Panor.in c.potuit.nu. 4. de locato, & ibi Ioann.de Imol.col.1 verſ. itẽ quod vbi tempus, Iaſ. in l.fin.C.de iure emphyt. nu.14. Itẽ facit, quia ſi iudex ſtatuit terminum ad comparendum infra tres dies, ſi citatus primo die comparuit, poterit iudex in continenti ad vlteriora procedere, text.in l.ſi quis hæres ita.ff.de acquir. hæred vbi finita cauſa dilationis finitur dilatio, & ibi Bart. notat, & idem Bart. id expreſſè voluit, per tex.ibi in l.à filia. §.alumno.ff.ad Sen.Conſ.Trebel Iaſ.vbi ſupra, & Bald. in Authent.ſi omnes, nu 7.verſi.itẽ citatus. C.ſi minor ab hæred. ſe
2 abſtineat. Nõ enim ipſi agricolæ arctãtur, vt illud omne tempus ſex menſium in agriculturæ opus expendãt, quin præuenire tẽpus, & maturiùs expedire non prohibentur per tex.in l.ſtipulatio iſta.§.inter certam.ff.de verborum oblig.vbi qui poſt diem certam dare tenetur, is eundem præuenire, & citiùs præſtare non prohibetur, & per tex.in l.poſt mortem. C. de fideicommiſ. vbi hæres reſtituere grauatus aliquam rem, certæ perſonæ poſt mortem ſuam in vita reſtituere non impeditur. Per quæ iura verior eſt reſolutio Doctorum dicẽtium, quòd ſi teſtator iuſſit poſt annum bona ſua pauperibus dari, & elargiri, poterit executor teſtamẽti ante annũ bona pauperibus erogare, vt poſt antiquiores ab his iunioribus relatos tenẽt dom.Cou. in c.tua nos, n.3.de teſtam.Ant.Gom.in l.17.Tauri, n.7. Greg. Lup.

in l.

Digitized by Google

in l.6 tit.10 p.2.gloſ.2.quos, & alios plures ſecutus eſt Ioan.Matien.id latè fundans in l.14.tit.4. gloſ.1. n. 3. cum ſeq.lib.5. Nouæ Compilat.

Quæ etſi vera ſint, longè tñ aliter in hoc caſu res ſe habet, cùm hæc omnia, quæ hìc ſuperiùs à me tradita ſunt, procedant ratione cauſæ deficientis, propter quam tempus adhibitum fuit, & ratione impedimenti ſublati:nam tũc ad vlteriora procedendũ erit, vt ſupra probaui, prout eſt tex.in l.gẽma, ff. ad exhibẽdum. At verò in caſu propoſito ratio agriculturę non ceſſat, cũ fieri poſsit multis modis, vt & agricola operari, & rebus ſuis intendere neceſſe habeat. Et hoc tempus, vt liberè fieri poſsint, & abſq; incarcerationis metu, conceditur:quare expectandum eſt, vt tranſeat, cùm dilatione pendente officium iudicis conquieſcat, eiuſque manus veluti ligatæ ſint, text.in l. ſiue pars, C. de dilation.gloſ.in verb.diem, in l.licere, ff. de receptis arbitr. & in gl.verb.nullius in l.1.§.1.ff.de ferijs, cũ latè cõgeſtis à Mexia Ponce in decl.l. Toleti 14. fundat.2.partis à n.1.cum ſequentib. Sed quãuis ibi allegata in dilationibus à iudice conceſsis loquantur, idẽ dicendum erit in dilationibus conceſsis à lege, vt ex Bald.tradit Gregor. Lop. in l.2 titul.15 p.3. verb. *Coſa nueua*. Vnde lex Regni, quæ menſibus Iunio, Iulio, & Auguſto iudices oppida ſuæ iuriſdictionis viſitare ꝓhibet, ne agricolæ tẽpore meſsiũ in quietẽtur, vt in l 41. tit.6. lib.3. Nou. Cõp. procedet etiã in ſua diſpoſitione, etſi nullę meſſes in illis oppidis ſint, quãuis ratio meſsiũ in illa lege habeatur, vt patet ex verbis in fine poſitis, ibi: *Porque no ſe les haga moleſtia à los labradores en eſte tiẽpo de ſus coſechas* 4

Et hinc eſt, ꝙ feriarũ tempus pro meſsibus colligẽdis, 5 vindemijſq; fiendis, concedendũ eſt agricolis omninò, etiamſi

etiamſi in eorum oppidis nullæ meſſes, aut vinum colligantur, cùm aliunde ſibi prouidere debeāt, ex ſententia Innoc. & Ponor. in c. fin. ad finem, de ferijs, & Gregor. in l. 37 tit. 2. p 3. gloſ. 1. Et hinc etiā eſt, quòd venatio prohibita menſibus Martio, Aprili, & Maio; ea ratione quòd tunc oua deſtituantur, ſi aues aucupentur, adhuc prohibita cenſenda eſt; etſi nulla tunc oua eſſe, legitima probatione conſtiterit: quia hoc tempus à lege conſtitutum eſt, vt in l. 1. tit. 8. lib. 7. Nouę Compil. & qui legis & conſtitutionis tempus non obſeruat, dicitur non obſeruare formam eius, vt in l. ſcire oportet, §. conſequens, ff. de excuſat. tutor. & in authentic. quæ ſupplicatio, C. de precib. Imperat. offer. éd. & ibi Bald. n. 6. & Paul. Caſtrenſ n. 1. Et quia quoties, vt hîc, tempus eſt à principio vſq; ad finem limitatum, illud pro forma actus ad vnguem eſt obſeruandū, vt in ſimili determinatur à Baldo in l. liberti, libertæq;, C. de operis libertorum, n. 15 verſ. quandoq; ex illis operis, & in l. obſeruare. §. fin. in 3. q ff. de offic. proconſ. & legati, & ex diuerſis alijs Auend. in reſponſo 26. num. 3. Et quia iſtius tēporis ſex menſiū adiectio in fauorē agriculturę, & ꝓ ipſo agricola reo debitore poſita eſt, cū tēpus pro reo poſitū eſſe intelligatur, l. cū, qui Kalēdis, §. quoties, ff. de verb. oblig. in §. diem; inſtit. eod. tit. & text. in l. cū tēpus, ff. de reg. iur. non igitur erit in eius odiū retorquendū, l. quod fauore, C. de legib. & ibi gloſ & Bald. & communiter DD. & Modeſtin. eleganter in l. nulla, ff. eodem tit. & Bart. in l. quamuis, ff. de pign. act.

Summarium capitis decimi.

PRiuilegiū reſpectu rei, quæ deficit, conceſſū deficit etiā, & illud meretur amittere, qui per cōtrariū vſū amittit n. 1.

Qui

Qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, an illam amittat? nu 2.
Debitor à iudice cogitur laborare, vt creditoribus ſatisfaciat, præſertim qui agricola eſt. num. 3.
Quilibet iuxta ſuæ artis miniſterium laborare compellitur, & ſic circa res ruſticas agricultor. num. 4.
Si reipublicæ intereſt, ne quis rebus ſuis malè vtatur, iſte publicus fauor magis in agricultura conſideratur. nu. 5.

An agricola vagus præfinito tempore libertatis non laborans capi poſſit? Cap. X.

QVæſtionem ſuprà proximè adductam in fortioribus terminis proponere fas erit, quid ſi agricola illis ſex menſibus, quibus pro ciuilibus debitis capi non poteſt, ita vagetur, & otio vacet, vt nulli agriculturæ miniſterio incumbat, an adhuc capi pro talibus debitis poſsit? Ratio dubitandi oritur ex eo, quòd agriculturæ commoditas ſine facto hominis recipi non poteſt, vt dicitur de ſeruitute diſcontinua: ſed homo non poteſt eſſe ſemper in actu, & operatione, vt dixit Bald. in l. 2. C. de ſeruit. & aqua, & tradit Gregor. in l. 15. tit. 31 part 3. verb *Sin obra:* meritò igitur inſpiciĕdum erit, an agricola nonnunquam labori, an ſemper otio deditus ſit. De illo, cuius conſilium neceſſarium eſt, ſuperiùs à me fuit traditum: illud autem, quod nũc quæro, diſsimile eſt poſitum in eo, qui nunquam conſilio agriculturã iuuit, ſed qui ſua opera, & labore pro mercede conductus agriculturæ ſolet intĕdere, vel ſuorum prædiorũ labori ſolet adici, & nũc pigritia, aut deſidia detentus penitus intermittit, an iſtiuſmodi homo hoc debeat priuilegio potiri? nã ſi publica vtilitas cõſideretur, nulla eſt reſpectu illius, qui non laborat; at ſi ipſius 1
ho-

hominis prærogatiua attendatur, data eſſe inuenietur reſpectu laboris, & culturæ à ſe faciendæ, qui labor cũ in eo non ſit, immò otiũ, & deſidia, priuilegiũ reſpectu rei, quæ deficit, conceſſum etiam deficiet, per text. in l. Titia. §. vſuras. ff. de legat. 2. cũ ſimilibus, quæ ceſſante cauſa priuilegium quoq; ceſſare præmittunt. Graue quippe eſt, vt hoc ita indultum agricolis, vt laborare queãt, indultũ cẽſeri, ſi otiẽtur, quin cõtrariũ eſſe reor illi actui, per quẽ obtinetur beneficiũ, cũ ex eo, quod ad vnum vſum ſit cõceſſum, per contrariũ vſum amittatur. l. cũ decurionatus. l. priuilegia. C. de decur. lib. 10. text. in c. ex parte. 3. de priu. & in l. 6. ff. de Carb. edict. Quod impellit nonnullos dicere, nobilem vilibus mercimonijs ſe mãcipantem, tanquam contrariũ nobilitati actum expedientẽ ipſammet nobilitatem amittere, vt ex l. ne quis. C. de dignit lib. 12. & ex l. 20. tit. 21. p. 2. &
2 ex alijs à me in hac interpretatione adductis. Quoniã, vt inquit D. Gregor. à Gratiano relatus in cap. priuilegium. 11. q. 3. priuilegium omninò meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, text. in cap. cum acceſsiſſent, de cõſtit. & ibi late Panor. & Fel. & Dec. n. 17. text. in l. 2. C. de iure dom. impet. Alex. conſil. 101. lib. 1. Angel. in l. 1. §. ſi quis tutor. ff. quando appellandũ ſit, Balb. de præſcr. 4. p. 5. part. princ. verſ. quartò quæro, à n. 1. Et his, quæ de otio ſuprà ſcripſi ad indagationem huius veritatis adijcio, q. multã malitiam docuit otioſitas, vt habetur Eccleſiaſtes. c. 33. & ſic æquum eſt, vt nemo ex malitia, & iniquitate ſua cõmodũ. & vtilitatẽ conſequatur, text. in l. itaq; fullo. l. cũ qui § is autem, l. qui re. §. ſi quis ff. de furtis. l. in fundo, & ibi gloſ. verb. indulgendum. ff. de rei vẽdic. l. nõ fraudantur. §. nemo. ff. de reg. iur. l. ſi ab hoſtibus. § 1. ff. ſolut. matrim.

Verum

Digitized by Google

Verumenimvero, quia fraudi obuiandũ eſt, & quod labori conceditur, ne ſibi otium, & deſidia vendicent, aliter quàm per incarcerationem prouidendum erit. 5 Extat enim Vlpiani ſententia in l. congruit. ff. de offic. Præſidis, quæ iudicem malis hominibus loca ſuæ iuriſdictionis purgare debere decernit, quæ in hoc caſu executioni mandabitur, ſi agricolas iſtos otioſos laborare compellat, præſertim his menſibus, quibus pro ære alieno capi nõ poſſunt, cùm id iure ſtatutum eſſe oſtenderim ex Authent. de quæſtoribus collat. 6. & ex traditis per Greg. in l. 4. tit. 20. p. 2. gl. 2. & nunc firmiori adiectione corroboro, diſpoſitionem dicti Authẽtici procedere in agricola debitore, cùm quilibet debitor à iudice cogi debeat laborare in vſitatis operibus, vt æs alienum ex operarum pretio creditoribus exſoluat, vt eſt text. in l. locum. §. finge. ff. de vſufructu, per quem ita dixit Auendanius in reſponſo 8. n. 6. ſed ille text. ſolum probat laborem in ſolitis operibus, vſitatiſque miniſterijs verſari debere: vnde ſi agricola cogatur laborare, in agriculturæ miniſterio debet intelligi. Reliquũ vt à iudice laborare cogatur in d. §. finge nõ probatur, ſed in d. Authent. de quęſtoribus, præſertim ibi in §. ſi vero huius terræ, vnde dicunt Innocent. in rub. de oblig. ad ratiocin. & Panor. in cap. cũ primũ, & à n. 27. in fine de re iudicata, quòd ſi obligatus alicui ingreditur monaſterium, & non habet in bonis, vnde ſatisfaciat, quod ſcribendo, vel aliud honeſtum opus faciendo, ille ſuis creditoribus ſatisfaciat, etſi iam per quandam conſtitutionem Sixti Quinti, quæ anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo edita fuit, & incipit: Cùm de omnibus eccleſiaſticis cautum eſt, ingenti ære alieno ſupra vires facultatum ſuarum

Digitized by Google

grauatos, vel reddendis ratiocinijs obnoxios, non ali-
ter quàm ibi traditur, in monaſterium recipi. Ex quo
4 dicto Innocentij, & Panormitani, etiam patet, com-
pellēdum eſſe debitorem, iuxta ſuæ artis miniſterium,
vt creditoribus ſatisfaciat, laborare. Quod potiſsimũ
hic locum ſibi vendicat, cum agricultor vtiliſsimam
omnium operam perficiat in agrorum excollatione, vt
ex dict. Authent. de quęſtoribus. Idque nõ ſine pœna
fuit veteribus Romanis, ſed erat opus Cēſorium, Cen-
ſoreſque ærarium faciebant ad hoc, vt ſi quis poſt habi-
to colonorum miniſterio paſſus fuiſſet agrum ſuum
ſordeſcere, eumque indiligenter curaſſet, nec purgaſ-
ſet, neque araſſet, ſiue quis arborem ſuam, vineamque
habuiſſet derelictui, id obnoxium erat notæ, animad-
uerſioniq; Cenſoriæ, vt Gellius Noct. Atti. narrat lib.
4. cap. 12. & refert Renatus de priuil. ruſticorum lib.
1. part. 1. cap 9. in fine. Ex quo patet, quòd etſi agrico-
læ nullis debitis grauati ſint, laborare tamen ſunt com-
pellendi, nam etiamſi forte in ciuitate vendiderint, mi-
nutim vendere teneantur, vt citius ad opera ruſtica
reuertãtur, text. elegans, & ibi gloſ. verbo tradere in l.
2. ff. de nundinis, & Platea in l. colonos. nunquam. C.
de agric. & cenſit. verſic. & ex ratione huius legis, Ri-
pa in tractat. de peſte, titul. de remed. præſeruat. num.
225. vbi ante & poſt multa in agricolarum fauorē cu-
mulauit, & Mex. Pontius in pragmaticam panis con-
5 cluſione 1. num. 40. In quo maximè vtilitas reipublicæ
illa ſplendeſcit, quæ neminem ſuis rebus male vti de-
poſcit, vt in §. vltimo inſt. de his qui ſunt ſui, vel alieni
iuris. l. 2. & ibi notatur. ff. eodem tit. Et hinc eſt, quòd
prodigo, qui nec finem, nec modum habet expenſarũ,
ſed bona ſua dilapidando profundit, bonis interdici-
tur,

Digitized by Google

tur, & eorum prohibetur adminiſtratio, & ſub curatore redigitur, text. in l. 1. §. 1. ff. de curat. furioſi, l. is cui bonis, ff. de verborum oblig. & in authent. vt determinatus ſit numerus clericorum, & ibi Ang. in §. ſi verò. Si igitur Iudex ex officio hunc poteſt curatorem conſtituere, & ſub eo redigere, quem talem eſſe cōſtiterit, vt in l. cum deliberarent, & ibi Bart. ff. de curat. furioſi, & in l. hoc autem in principio, ff. ex quibus cauſis in poſſeſsionem eatur, & Gregor. in l. 1. tit. 11. part. 5. verbo, *Guardador*. Si enim expedit Principibus, ſubiectos habere locupletes, vt in authentic. vt iudices ſine quoquo ſuffragio, §. conſiderauimus, collat. 2. Si denique legibus & conſtitutionibus ſanctè caueri, & prouideri poteſt, ne ſubditi rebus ſuis malè vtantur, vt in d. l. 2. & ibi notatur, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, & ex traditis per Auendan. de mand. princ. lib. 1. capit. 14. numero 3. & ſequent. quantò magis in propoſito caſu, vbi & expreſſe cautum eſt, vt in d. authent. de quæſtoribus, & vbi magis quàm in cęteris rebus publicus fauor, & Reipublicę ſuprema vtilitas conſiſtit, text. optimus in d. l. 2. ff. de nundinis, vbi Caliſtratus de agrorũ prędertim cultoribus agens, vt ex diſpoſitione, & verbis legis conſtat, inter alia ſubdit hæc verba. Denique ſummæ prudentiæ, & autoritatis apud Gręcos Plato cùm inſtitueret, quemadmodum ciuitas benè, & beatè habitari poſſit; in primis iſtos negotiatores neceſſarios dixit: & alibi probatum eſt à me, inter omnia ad vitam humanam neceſſaria, primas obtinere frumentũ, quod ex agris benè cultis percipitur, qui ea, quibus eget natura, proferunt, ſecundum Stobæum de agric. ſerm. 56.

Summarium capitis vndecimi.

PRiuilegiatus an gaudeat priuilegio contra pariter priuilegiatum? num.1.

Quædam praxi receptæ ſententia referuntur ad huius noſtræ quæſtionis reſolutionem.num.2.

De duobus priuilegiatis præfertur qui practice habet priuilegium, aut qui certat de damno vitando. num.3.

Exemplum proponitur de priuilegio, quod habet Eccleſia in cauſa præſcriptionis.num.4.

An priuilegium agricolis conceſſum deficiat, ſi cauſa propter quam conceditur, deficiat, idq; nonnullis exemplis diluci-datur.num.5.

An concedatur filijs, mortuo patre, quod eius contemplatione filijs conceditur. num.6.

De agricolis pariter priuilegiatis certantibus eruditè diſſeritur. Cap.XI.

1 REliquum tamen eſt inquirere, an etiam contra eiuſdem conditionis alium competat hoc priuilegiũ? cum in iure certum ſit, priuilegiatum non gaudere priuilegio contra pariter priuilegiatum, l. non ſolum, §. de vno, ff. de ritu nuptiarum, l. ſed & milites in principio, in verſic. coæqualitas enim, ff. de excuſat. tutorum, & in l. aſsiduis in fine, C. qui potiores in pignore habeantur, cap. fin. de ordine cognitionum, Panormit. in cap. in pręſentia, num. 40. & Decius num. 51. de probat. Iaſon. in l. ſi domus, §. de euictione, numer. 33. ff. de leg. 1. Tiraquellus latè de priuileg. piæ cauſæ priuileg. 26. Vnde ſi ſcholaris vult agere contra alium, actione competenti ex authentica habita, C. ne filius pro patre,

Digitized by Google

patre, ceſſabit illius Authenticæ priuilegium, quia pariter eſt priuilegiatus, in dict. l. ſed & milites, & Bald. notat in l. 2. C. de priuileg. fiſci, quem ſequitur Decius vbi ſup. & Gregor. in l. 5. tit. 3. p. 3. in gloſſ. 2. propè finem. Ex quo infert ipſe, quòd ſi quis priuilegiatus trahendi in iudicium ad Regiam curiam, conueniat in curia alium, eodem priuilegio inſignitum, ſi conuentus ex ſuo foro extrahi noluerit, audietur, cùm conquaſſatis priuilegijs reddatur ad ius commune. Pro quo facit doctrina Ioannis Plateæ in l. 2. C. de vſuris fiſc. lib. 12. num. 3. verſic. ſi autem, vbi in ſimili dubio potiorem cauſam eſſe rei pariter priuilegiati oſtendit: ac æque monaſterium priuilegium habet, vt excludat ſubſtitutum vocatum à teſtatore, vt in dict. cap. in præſentia, & in Authent. niſi rogati. C. ad Sen. Conſ. Trebel. & in Authent. de ſanctiſ. Epiſcop. §. ſed & hoc præſenti, collat. 9, Ripa in l. ex facto. §. ſi quis rogatus numero 14. ff. ad Trebel. Couar. lib. 1. variarum reſolut. cap. 19. num. 7. Ioann. Gut. in quæſt. Canonic. cap 32. num. 12. Et tamen non vtitur hoc priuilegio contra aliud monaſterium ſubſtitutum, vt in dict. §. ſed & hoc præſenti, Decius in dict. c. in præſentia num. 51. verſic. monaſterium enim, Alciatus in conſ. 90. n. 11. lib. 9. Boerius in deciſ. 354. nu. 11. Et hinc etiã procedit, quòd agẽs ex ſpoliatione non poteſt recõueniri, niſi prius reſtituatur, per textum in l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad leg. Iuliam de vi pub. cum nec etiam ei reſpondere teneatur, niſi prius reſtituatur, capit. frequens de reſtitut. ſpoliatorum, lib. 6. cap. cum dilectus de ordin. cognit. cap. ſuper ſpoliatione, eodem titulo, niſi reconuentio ſit ſuper alio ſpolio: nam tunc reſpondere tenebitur, cùm priuilegiatus non gaudeat priuilegio contra alium pariter priuilegiatum,

tum, vt annotat Panorm. in dict. cap. ſuper ſpoliatione num. 2. & 3. cum ſeqq. & bene etiam Maran. de ordine iud. 4 part. diſtinct. 6. num. 33. cum ſeq.

3 Sed in caſu propoſito longè aliter dicēdū erit, immò quòd etiam agricolæ inſtantia alius non poſsit agricola his menſibus pro ciuilibus debitis capi verum eſt, idq́; multis rationibus probatur: nam quando duo idem priuilegium habentes contendunt, præfertur ille, qui in actû, & practicè habet priuilegium, vt in l. fin. ff. ex quibus cauſis maiores, & ibi Bart. & tradit domin. Couar. in relect. cap. poſſeſſor. 2. part. §. 2. num. 4 & quia in hoc priuilegiorum concurſu rei cauſa potior eſt, ex doctrina Plateæ, & Gregorij vbi ſup. cum reo potius quàm actori fauendum ſit. l. Arrianus. ff. de act. & obligat. l. fauorabiliores. ff. de reg. iuris cap. inter dilectos in fine, de fide inſtrumentorum, capit. ex literis de probat. Et quia hic licèt ambo agricolæ contendentes ſint priuilegiati, tamen id debet intelligi in eo caſu, quo priuilegium ſuum poſsit conſequi effectum, nempè quando eſt in terminis, vt agricola capi poſsit, & ſic in hac cōtentione ſolum reperitur priuilegiata perſona debitoris, vt illis ſex menſibus capi non poſsit, vt in ſimili optimè dixit Panormit. in dict. cap. in præſentia de probat. nu. 37. idq́; voluit text. in l. verum. §. item quæritur, & ibi Bartol. ff. de minorib. vbi ſi ſunt duo priuilegiati, præfertur ille, qui certat de damno vitādo, vt hic agricola debitor, qui in hoc, vt capi non poſsit, & ſic meliùs agriculturæ intendere poſsit, non leue detrimentum recuſat, Idque eſt de genuino intellectu tex. in cap. auditis de in integr. reſt. vbi ſicuti in d. §. itē quæritur minor reſtituitur contra minorem, quia ille qui læſus eſt, habet priuilegium, ita Eccleſia reſtituitur cōtra aliam

in ca-

in caſu d. cap. auditis, quia ſolùm Eccleſia, quę lęſa eſt, habet priuilegium: & ſic vnum eſt, & non duo priuilegia; cùm vnus priuilegiatus de effectu priuilegij certet. Quod optimè annotauit Panormit. in d. cap. auditis, num. 8. Bart. in authent. quas actiones, num. 3. verſ. quandoque, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Iaſon in §. rurſus, num. 59. inſt. de action.

Quia ille agricola, qui petit, non habet priuilegium vllum circa rem in petitione deductam, ſed ille, contra quem petitur, habet, ne capiatur, ita vt in actione paſſiua, non in actiua ſit priuilegium conſiderandũ: quemadmodum Eccleſia non habet priuilegium in præſcribendo contra alium, etſi habeat ad hoc, vt contra eam minùs, quàm quadragenaria præſcriptio non procedat, vt in cap. de quarta, & in cap. illud, & in cap. ad aures, de præſcript. authent. quas actiones, C. de ſacroſanct. Eccleſijs, l. 26. tit. 29. p. 3. & ibi Greg. gloſ. 1. & latiſsimè proſequitur Balb. de præſcript. in 5. princip. parte à princip. vſq; ad quęſtionem ſeptimam: idq; in ſpecie notat idem Panormit. in d. cap. ad aures, num. 3. vbi ait, in pręſcriptione paſsiua, non in actiua habere priuilegium: & non obſcurè voluit dominus Couar. in d. reg. poſſeſſor. part. 2. §. 2. num. 4. verſic. ſic ſanè in ſpecie.

Vltimò, quia hoc priuilegium non eſt conceſſum perſonæ principaliter agricolarũ, ſed acceſſoriè ratione cauſæ, ſcilicet, vt agriculturæ vacare poſſit: quare vti non adeſt cauſa, vt hic in eo, qui petit agricolam capi, non aderit priuilegium, ex l. Titia Seio, §. vſuras. ff. de leg. 2. & ibi Bart. & Bald. & ex notatis per Muxellanum in cap. 1. num. 2. cum ſequent. de reg. iuris libro 6. cùm ſit notiſsimum, deficiente cauſa, cuius contemplatione prærogatiua quælibet conceditur, eius fauorem,

 & be-

& beneficium deficere, vt videre eſt in diſpoſitione text. id l. 6. tit. 17. part. 5. vbi in armis & equo nobilis debitoris executio fieri nequit, contemplatione nobilitatis, quæ perſonæ nobilis hęret, vnde nobili extincto, executio in eis fieri non prohibebitur, vt conſiderat Ignat de Laſarte in tract. de decima vend. & permut. capit. 19. num 4.

6 Idemq; dicendum arbitror de eo, quod conceditur filijs ratione & contemplatione parentum, aut vxoribus fauore maritorum, non concederetur eis mortuis, vt intulerunt Cinus & Bald. in l. fin. C. de iniurijs: gloſ. in l. medicos, C. de profeſ. & medicis, in verb. medicos, lib. 10. l. archiatros, C. de metat. & epid. lib. 12. l. illud, C. de episc. & cleric. l. ſi tibi, § pactum, & l. hæred. ff. de pactis, l. fin. ff. de iniurijs cum congeſtis per Sebaſti. à Medicis in tractat. mors omnia ſoluit, part. 2. concluſione 49. num. 134. Ex quo patet, reum agricolam ſolùm habere priuilegium in hoc caſu, vt incarcerari non poſsit, ne pereat cultura, non verò actorem petentem eius capturam, cùm in eo cauſa iſta priuilegij, quatenus iſtud appetit, non inueniatur, pręſertim cùm ſi ad ius commune cauſa redigatur, ſi priuilegiorum concurſus conquaſſaretur, id etiam cautum inuenietur, vt

7 in d. authent. agricultores, & d. l. colonos, & ex Renato lib. 1. part. cap. 7.

Summarium capitis duodecimi.

Iuri ſuo & facultati renunciare quemlibet poſſe probatur, & de nobilitatis renunciatione. num. 1.

De iure publico priuatorum pactis non offendendo ad quæſtionem propoſitam diſputatur. num. 2.

Iure

Iure Regio quæſtio deciditur, & antiquis autoritatibus defenditur, num. 3.

Leges intendũt fauere Reipublicæ, etſi priuatum commodum ſingulorum conſiderẽt, eaſq; ad Rempublicam ſemper accomodari oſtenditur, num. 4.

An renunciatio iſta iuramento corroborari valeat? & ratio huius pragmaticæ perpenditur. num. 5.

Actus principaliter priuato cõmodo prohibitus, an roboretur iuramento? & hæc ſententia à noſtro caſu ſecernitur. n. 6.

Ratio propter quam hæc renunciatio iuramento confirmetur adducitur: & vnum de peſte notatu dignum traditur. n. 7.

Nec actus fauore publico prohibitus iuramento confirmatur, nec in præiudiciũ Reipublicæ ſacramentũ obſeruatur. n. 8.

Contra publicam vtilitatem, nec petendum, nec concedẽdum eſſe demonſtratur. num. 9.

Multa proponuntur, quæ ab inuitis, & reluctantibus hominibus ob publicum fauorem omnino fieri oportet, & ſunt facienda. num. 10.

Me etiã inuito, ad publicã vtilitatẽ mea ſunt preparãda. n. 11.

Quare quis agros ſuos prata efficere nequeat; ad hoc intentum proponitur. num. 12.

Agricolæ fauori pragmaticæ renunciantes an pro ciuilibus debitis capi poſſint? Caput XII.

1 NEcnon dubitatur, an beneficio huius legis agricola renunciare poſsit, ad hoc vt pro ciuilibus debitis capiatur: nec aliter mutuũ cõcedi iam vidi, niſi hæc expreſſa renunciatio fieret: nã cuilibet ſuo iuri, & facultati renunciare licet, ex diſpoſitione tex. in l. ſi quis in cõſcribẽdo, C. de pactis, l. iuris gen-

tium, §. ſi paciſcar, & l. pactum, ff. eodem tit. l. ſi iudex, ff. de minor. text. in cap. accedentibus, & in capit. ſi de terra, de priuilegijs, cap. ſtatuimus de regular. text. in cap. quàm periculoſum, 7. q. 1. Nec remittētibus actiones ſuas regreſſus erit vlterius ad eas, vt in l. quæritur, §. ſi venditor, ff de ędil. edict. Ideòq; nobilis, quem Hiſpani hidalgum vocant, ſi priuilegio nobilitatis renunciauerit, pro ciuilibus debitis poterit in carcerem mitti, ſi tamen deficiant bona, quibus exſoluere poſsit, vt poſt longam diſputationem reſoluit domin. Couar. in cap. quãuis pactum de pactis, libro 6. 2. parte in initio à num. 5. cum ſequent. vſq; ad finem. Sed omiſsis alijs, quæ idem Couarr. ibi congeſsit, & Did. Perez in l. 1. titulo 2. lib. 4. Ordinam. in illa quęſtione, An priuilegijs nobilitatis renunciari poſsit? & ab huius temporis viro Ioan. Gut. in ſingulari tract. de iuramento confirmat. ferè per totum, ne actum agere videar, & à Corneo & antiquioribus in authent. ſacramēta puberum, C. ſi aduerſus venditionem, & in alijs locis ab ipſis ſupra iunioribus relatis, intrepide tenendum erit, nullo pacto, aut conuentione, aut renunciatione huius legis beneficio per agricolam poſſe renunciari: nam & aduocati, in quorum munere non tam omnibus communis verſatur vtilitas, ſi officio aduocationis renunciauerint, adhùc pro debitis ciuilibus capi non poterunt, & hanc renunciationem obtentum fuiſſe non valere affirmat Baeza de inop. debitore cap. 16. num. 153. refert Azeuedo in lib. 4 Compilationis ad l. finalem tit. 21. num. 58. & in hoc caſu non ſolùm Reipublicæ, ſed omni Regno intereſt, vt ruſtici agriculturæ ſedulò vacent, vt in l. 1. C. de collat. fundi patr. lib. 11. & ibi notat Ioan. de Platea, & alibi paſsim, & ſæpè dixi, & à me alternis autoritatibus

tatibus repetitur ſententia, quod omnia ad vitã neceſſaria ex iſtis ſuppeditantur. Et ſic nimirum ſi iſtud ius publicum, in quo agricultura conſiſtit, pactis priuatorum non offendatur, text. eſt in l. ius publicum. ff. de pactis, & in d. l. iuris gentium. §. ſi paciſcar. ff. eodem tit. vbi non tenet conuentio de non facienda denuntiatione noui operis de republ. l. quod de bonis. §. 1. ff. ad leg. Falcid. gloſſ. late in d. l. ius publicum, & ibi belliſsime Bart. & declarant optimè Paul. Caſtrenſ. & Iaſon ibi, & Panorm. in cap. ſi diligenti, nu. 4. de foro competenti, idem Panorm. in cap. ad Apoſtolicam de regul. text. & ibi Bart. & Ioann. de Platea in l. quemadmodum C. de agricolis & cẽſit. lib. 11. Et hinc infertur intellectus ad textum in l. Senatus. ff. de contr. empt. & ad l. cætera. ff. de leg. 1. vbi marmora, aliaſque res affixas ędibus ideò diſtrahi non licet, cum reipublicæ interſit publica ædificia, aut priuata conſeruari, ne ciuitates, aut oppida deformentur, vt notat etiam dom. Couarr. in d. c. quanuis pactum. 2. parte. §. 1. num. 3. cum traditis etiam per Did. Caſtellum in l. 50. n. 3. prope finem, & quia lex iſta prohibitiua eſt, cum agricolas pro ære alieno carceri mancipari prohibeat, dicit enim, *Que las perſonas de los dichos labradores no puedan ſer preſos por deuda alguna, &c.* Et ſic iuri prohibitiuo renuntiari non poteſt, gloſ. in verbo fideiuſſorum in l. 1. C. ne fideiuſſores dotium dentur, Bart. in l. de his num. 3. ff. de tranſact. & tradit Franc. Curtius conſil. 68. 2

Quod antea etiam in alijs inſtrumentis agriculturæ neceſſarijs diſpoſitum erat in l. 5. tit. 17. lib. 5. nouæ Cõpilat. ibi: *O pleito, o poſtura, o renunciacion.* Et ibi Ioã. Matien. in gl. 1. & annotarat Gregor. in l. 4. tit. 13. p. 5. in gl. 1. & in hac pragmatica iterum declaratur in cap. 5. ibi: 3

Sin

inquit, *Leges omnes ad Rempublicam accõmodanda*, & alia
referentem Alfonſum de Caſtro lib. 1. de poteſt. legis
pœnalis cap. 1. poſt ſex columnas, & ſic meritò ſi casū
fauor Reipublicæ proueniens, priuatorum pactis non
obnubiletur, cùm ex iure ipſo publico certiſsima vitæ
ſolatia proueniant, & infirmorum auxilia, potentum
fræna, arma, vnde ſecuritas venit, & conſcientia profi-
cit, vt ex Caſsiodoro lib. 3. variarū lect. refert Greg. in
l. 10. tit. 1. p. 1. in gl. vnica. Vnde meritò procedit con-
cluſio, vt etſi agrorum cultores bona agriculturæ, per-
ſonasve ipſorum pignori, vel incarcerationi ſupponāt,
ex expreſſa conuentione, & renunciatione priuilegij,
adhuc nec bona capi, nec perſonæ incarcerari debeāt,
vt in d. l. executores ſenſit Bart. & Neguſan. in tractat.
de pign. parte 2. memb. 3. n. 49. & ſoquitur Menochius
de arbitrarijs lib. 2. cent. 4. caſ. 378. num 15.

Sed quia multa ſunt, quæ à legibus fieri prohibētur, 5
quæ tamen iuramento confirmantur, & valent, ſucceſ
ſiuè ſequitur differenda quæſtio, An renunciatio iſta,
quæ in præcedenti caſu ſimpliciter facta non tenet, ſi
iuramento ab agricola præſtito ſtabilita ſit, conualeſ-
cat ad hoc, vt virtute iuramenti incarcerem pro ciui-
libus debitis mitti poſsint? Mouet me vetuſtum illud,
quòd iuramentum ſit obſeruandum, quoties ſeruari po-
teſt ſine interitu ſalutis æternę; iuxta textum in cap. cū
contingat, cap. intellecto de iure iurando, & text. in d.
cap. quamuis pactum de pactis in 6. & cap. licet mulie-
res de iure iurando, eodem lib. & in authent. ſacramen-
ta puberum, C. ſi aduerſus vendit. & ibi latè & elegan-
ter Corneus, & Baldus, & communiter Doctores. Lex
enim iſta videtur principaliter reſpicere agricolæ cō-
modum, vt non capiatur pro ciuilibus debitis, & ſic
poſsit

Digitized by Google

poſsit agriculturę vacare, ſuiſq; neceſsitatibus ſubuenire: nam etſi dixerim ſæpè, rationem eſſe fauorem publicum, ne agricultura intermittatur, vt ex præfatione pragmaticæ conſtat; tamen ex paulò ſuperioribus verbis eiuſdem prefationis, ibi: *Auiendo entendido como los labradores que cultiuan la tierra, han venido a neceßidad, de manera que toman fiado lo que ſiēbran, y ganados con que labran: y anſi las tierras por ſer mal cultiuadas, no acuden con el fruto que ſolian, y con lo que dellas cogen, no pueden pagar lo que deuen, y vienen a ſer preſos y fatigados, y que las otras perſonas que tienen cortijos y heredades de pāllevar, las dexan ſin cultiuar, ni aprouecharſe dellas.* Colligitur priuatum agricultorum, & dominorum prædiorum, commodum attendi, in quod hęc potiſsimum verba diriguntur. Quæ ratio, cùm ex præfatione colligatur, vt pręcipua & finalis conſideranda eſt, vt in capit. 1. libro 1. in his Commentarijs dixi, modòque adijcio, id probari ex traditis per Bald. in l. conſtit. Codicis, §. quibus, num. 1. & per Cepolam conſil. 34. cauſarum ciuilium, col. 2. num. 3. incipit, Caſus, & alijs plurimis citatis per Mex. Pont. in 1. concluſione pragmat. panis, num. 84. & 85.

6 Quòd cùm principaliter lex vtilitatem agricolę reſpiciat, etſi ſecundariò Reipublicæ commodum, patet, quòd renunciari poſsit, maximè iuramento pręſtito; quia actus principaliter priuatam vtilitatem attendens, & minùs principaliter publicam, poterit iuramento confirmari, vt tradit Bartol. communiter receptus in l. ſi quis pro eo, num. 8. ff. de fideiuſ. quod latiſsimè exornat dom. Couar. in d. cap. quamuis pactum. 2. par. §. 1. n. 5. & 6. Et ſic videtur, quòd renunciatio iſta, ſi iureiurando corroboretur, conualeſcat; vt ea ſic interpoſita, agricola capi poſsit.

Sed

Sed his nonobſtantibus, nullo poſſe iuramento cõfirmari, dicendum eſt, quia ratione publicæ vtilitatis, & communis fauoris, legem iſtam conditam fuiſſe, ſæpiſsime dictum eſt. Sed quia eius fauor & commune bonum, niſi per agricultores obtineri nequit, ideò eorum perſonas reſpicit, quod ex diſpoſitione text. in dicto cap. ſi diligenti, de foro compet. manifeſtè deprehenditur: nam ſi ibi clericus, etiam interpoſito iuramento, non poteſt renuntiare priuilegio fori, vt coram iudice ſeculari conueniri poſsit, ideò procedit, quia iſtud priuilegium ob ſacras res, quæ ab ipſis clericis tractantur, ſpectat ad ius publicum, vt in l. 1. §. huius ſtudij, cum ſimilibus. ff. de iuſtit. & iure, & notat Panormit. in dict. cap. ſi diligẽti, num 3. Felin. num. 16. & melius domin. Couarr. vbi ſup. in 2. parte in initio nu. 9. Ac ita in ſpecie, quia ſi agricola, nec capi, nec priuilegio, vt ne capiatur, renuntiare, nec renuntiationem iuramento confirmare poteſt, ideò procedit, quia iſtud priuilegium propter excellentiam rerum, quæ ab agricultoribus expediuntur, ad publicam vtilitatem ſpectat, ex d. l. 1. C. de collat. fund. patrimon. lib. 11. & ex adductis in princ. huius tractatus cap. 1. & eſt tex. & ibi Bartol. in l quemadmodum. C. de agri. & cenſit. lib. 11. Couarr. in d. cap. quamuis pactum. 2. parte. §. 1. num. 2. vbi ait, ideò contractum in d. l. quemadmodum iuramento non confirmari, quia publicam vtilitatem reſpicit, ne agricultura detrimentum patiatur in graue reipublicæ diſpendium. Et inter alia multa, quæ ex his commentariolis percipi poterunt in fauorem huius rei ruſticæ ſtudij, hoc vnum notatu dignißimum arbitror, quòd cùm tempore peſtis ciues compelli iure optimo poſsint, vt oſtia ciuitatis ab aduenis, & itineribus 7

poſsit agriculturę vacare, ſuiſq; neceſsitatibus ſubue-nire; nam etſi dixerim ſæpè, rationem eſſe fauorem pu-blicum, ne agricultura intermittatur, vt ex præfatione pragmaticæ conſtat; tamen ex paulò ſuperioribus ver-bis eiuſdem prefationis, ibi: *Auiendo entendido como los labradores que cultiuan la tierra, han venido a neceßidad, de manera que toman fiado lo que ſiēbran, y ganados con que labran: y anſi las tierras por ſer mal cultiuadas, no acuden con el fruto que ſolian, y con lo que dellas cogen, no pueden pagar lo que deuen, y vienen a ſer preſos y fatigados, y que las otras perſonas que tienen cortijos y heredades de pāllevar, las dexan ſin cultiuar, ni aprouecharſe dellas.* Colligitur priua-tum agricultorum, & dominorum prædiorum, com-modum attendi, in quod hęc potiſsimum verba diri-guntur. Quæ ratio, cùm ex præfatione colligatur, vt pręcipua & finalis conſideranda eſt, vt in capit. 1. libro 1. in his Commentarijs dixi, modòque adijcio, id pro-bari ex traditis per Bald. in 1. conſtit. Codicis, §. quibus, num. 1. & per Cepolam conſil. 34. cauſarum ciuilium, col. 2. num. 3. incipit, Caſus, & alijs plurimis citatis per Mex. Pont. in 1. concluſione pragmat. panis, num. 84. & 85.

6 Quòd cùm principaliter lex vtilitatem agricolę reſpiciat, etſi ſecundariò Reipublicæ commodum, pa-tet, quòd renunciari poſsit, maximè iuramento pręſti-to, quia actus principaliter priuatam vtilitatem attén-dens, & minùs principaliter publicam, poterit iuramē-to confirmari, vt tradit Bartol. communiter receptus in l. ſi quis pro eo, num. 8. ff. de fideiuſ. quod latiſsimè exornat dom. Couar. in d. cap. quamuis pactum. 2. par. §. 1. n. 5. & 6. Et ſic videtur, quòd renunciatio iſta, ſi iure-iurando corroboretur, conualeſcat, vt ea ſic interpoſi-ta, agricola capi poſsit.

Sed

Sed his nonobſtantibus, nullo poſſe iuramento cõfirmari, dicendum eſt, quia ratione publicæ vtilitatis, & communis fauoris, legem iſtam conditam fuiſſe, ſæpiſsime dictum eſt. Sed quia eius fauor & commune bonum, niſi per agricultores obtineri nequit, ideò eorum perſonas reſpicit, quod ex diſpoſitione text. in dicto cap. ſi diligenti, de foro compet. manifeſtè deprehenditur: nam ſi ibi clericus, etiam interpoſito iuramento, non poteſt renuntiare priuilegio fori, vt coram iudice ſeculari conueniri poſsit, ideò procedit, quia iſtud priuilegium ob ſacras res, quæ ab ipſis clericis tractantur, ſpectat ad ius publicum, vt in l. 1. §. huius ſtudij, cum ſimilibus. ff. de iuſtit. & iure, & notat Panormit. in dict. cap. ſi diligẽti, num. 3. Felin. num. 16. & meliùs domin. Couarr. vbi ſup. in 2. parte in initio nu. 9. Ac ita in ſpecie, quia ſi agricola, nec capi, nec priuilegio, vt ne capiatur, renuntiare, nec renuntiationem iuramento confirmare poteſt, ideò procedit, quia iſtud priuilegium propter excellentiam rerum, quæ ab agricultoribus expediuntur, ad publicam vtilitatem ſpectat, ex d. l. 1. C. de collat. fund. patrimon. lib. 11. & ex adductis in princ. huius tractatus cap. 1. & eſt tex. & ibi Bartol. in l. quemadmodum. C. de agri. & cenſit. lib. 11. Couarr. in d. cap. quanuis pactum. 2. parte. §. 1. num. 2. vbi ait, ideò contractum in d. l. quemadmodum iuramento non confirmari, quia publicam vtilitatem reſpicit, ne agricultura detrimentum patiatur in graue reipublicæ diſpendium. Et inter alia multa, quæ ex his commentariolis percipi poterunt in fauorem huius rei ruſticæ ſtudij, hoc vnum notatu dignisſimum arbitror, quòd cùm tempore peſtis ciues compelli iure optimo poſsint, vt oſtia ciuitatis ab aduenis, & itine- 7

rantibus

rantibus ſeruent, cùm in eo publica verſetur vtilitas, cuius tantus fuit zelus apud antiquos Romanos, quòd ſtatim honoris apices aſſumentes abiecta priuata charitate, publicam induebant, nec etiam filios plorabant, quando in bello mortem pro republica ſuſtinebant, vt autor eſt Valerius lib. 5. cap. 6. & vt ait Tullius lib. 1. de Officijs, non ſolum nobis nati ſumus, ſed ortus noſtri partem patria vendicat, partem amici. Tamen ruſtici non coguntur venire perſonaliter ad cuſtodiam ciuitatis, ſed poſſunt ſeruire per ſubſtitutum, & hac adiecta cauſa, ne culturæ deſerantur, vt conſiderauit Plato in l. 2. ff. de nundinis, & ita tradit Hier. Prçuidellus in tract. de peſte tit. de cæteris ad ſalub. ciuit. pertinen. §. conuentus num. 4. omnia enim ad agrorum cultum pertinentia extra cauſam ſunt communium iuris regularũ. l. 1. §. de eo opere. ff. de aqua pluu. arcen. l. fin. C. de ſeruit. & aqua, & Renat. de priuil. ruſt. lib. 2. 1. parte cap. 1. num. 4. Hiſque omiſsis, dato quòd aliquis certè

8 perperam intelligeret, fauorem agricolarum hîc reſpici, tamẽ adhuc ex hoc prauo intellectu reipublicæ vtilitas & publicus fauor reſultaret, cùm reipublicæ expediat, ne quis rebus ſuis male vtatur, vt in l. 2. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, & in §. vltimo, inſt. eodem tit. vnde in fauorem publicum eſſe introductum patet, vt agricola, dũ agrũ colit, non capiatur. Quod cum ita ſit, iuramento non poterit renuntiatio confirmari, ex eo quòd conſtitutum ſit, iuramentum non confirmare actum fauore publico prohibitum, text. in d. cap. ſi diligenti, & ibi Panormit. num. 4. verſic. nota quod iuramentum, text. in cap. ad Apoſtolicam de regular. l. ius publicum. ff. de pactis, latè per eundem Couar. in d. capit. quamuis pactum 2. parte in §. 1 à princip. cũ multis

num.

Digitized by Google

num. ſequent. & ex traditis per Anton. Gomez de cõtract. cap. 14. num. 2. Mench. de ſucceſsionum creat. §. 28. num. 21. & 23. Nec obſtat ea iuris deciſio, quæ habet eſſe ſeruandum iuramentum, quando ſine diſpendio ſalutis æternæ ſeruari poſſet: nã ex iuribus, quibus hæc vera fulcitur ſententia, vlterius limitatur, niſi tendat in præiudicium tertij, nam tunc non ſeruari docẽt ea iura in d. cap. quanuis pactum, & d. cap. cùm contingat. & d. cap. intellecto, & cap. licet mulieres cum ſimilibus. Ex quo tandem apparet, quòd ſi in præiudiciũ tertij non eſt ſeruandum, minùs ſeruari oportebit, ſi in totius reipublicæ graue diſpendium tendat, argumento text in d. cap. ſi diligenti. l. priuatorum. C. de iuriſdict. omn iudic. & text. in Authentica res quæ. C. cõmunia de leg.

Ex quo infero, quòd etſi ipſimet agricolæ impenſiùs obſecrent, & efflagitent à Rege, vt hæc pragmatica in eorum, vel potius in agriculturæ fauorem edita derogetur, aut ſaltim quatenus eos capi illis ſex menſibus prohibet, reformetur, vt faciliùs forſan creditum inueniant, adhuc eis ſit denegandum: cùm talia contra publicam vtilitatem decerni minimè oporteat, vt in l. omnes, & ibi gloſſ. & communiter Doctores. C. ſi contra ius, vel vtil. pub. text. in Authent. de mandatis Principum. §. deinde competẽs, collat. 3. vbi Iuſtinian. poſt quam contra publicum ius decreta non ad impleri conſtituit, in fine ſubijcit: Si vero contra legem, aut cõtra publicum facta ſint, hæc pro non ſcriptis eſſe iubemus: text. in l. nec damnoſa, & in l. reſcripta. C. de precib. Imperat. offerendis: nam & contra cõmune auxilium, & contra legem id fieret, vt patet ex d. Authent. agricultores cũ ſimilibus, ideò nec peti, nec concedi congruũ

eſt, vt de iure regni probatur in l.4. tit.24. partit.3. ibi: *Otroſi no pueden pedir merced al Rey, ſobre coſa que ſea dañoſa al Rey, o al Reyno*, text. in l.24. tit.18. eadem partita, & ibi Greg. gloſ.1. cui adde Bart. in extrauaganti ad reprimendum, verbo, non obſtantibus, & Panormit. in cap. nonnulli, num.10. de reſcriptis, & de iure nouiori huius regni eſt text. in l.1.2 & 3. tit.14. lib.4. nouæ Com-

10 pilationis. Rexque poteſt inuito, & reluctante agricola, hoc ſtatuere, vt ipſemet agricola non capiatur, etſi capi velit, poſtulet, & efflagitet: nam in perſona agricolæ, ipſo etiam inuito, hoc decerni debet, cum in eo fauor publicus verſetur, vt notat Bartol. in l ſtichus, n. 1. ff de peculio legato, vbi ſoluens pro inuito poteſt ab eo etiam inuito exigi, ſi eius præſertim ciuitatis vtilitatem debiti ſolutio reſpiciebat, vnde gloſſ. in capit. 1. 83. diſtinction. verbo prouidendum, notabiliter dicit, quòd inuito infirmo neceſſaria ſunt medicamenta adhibenda, & tenet Speculator in titul. de ſalario. §. final. verſic. quid ſi infirmus, per quæ etiam communis fertur ſententia, quòd ſi medicus, prohibente etiam infirmo cũ curauerit, poterit poſteà ab eo vel hæredibus eius petere impenſas, non obſtante prohibitione, quia vtiliter geſtum eſt, etiamſi infirmus ex illa infirmitate deceſſerit, prout ex Tiraq. de vtroque retract. tit. de retract. conuent. §.7. num.10. & ex alijs tradidit Gutierrez in ſuis alleg. allegat.7. num. fi. Et hac forſan ratione, quæ à me adijcitur, quia caſus mortalitatis non imputatur medico, quando non adhibuit remedia arti contraria. l. medicos. ff. de varijs & extraord. cogn. ac ſicuti non minus à carceribus inuitus etiam eſt liberandus, vt notat Paul. Caſtrẽſ. in Authent. ſi captiui, nu 4. C. de ſacroſanct. Eccleſijs, aut inuitus à ſeruitute redi-

mendus,

Digitized by Google

mendus, vt in l. 1 & 2. ff. de liber. cauſ. Ioann. de Imola in cap. ex literis de pignoribus: aut ſicuti quis ex domo, quam ſtatim ruituram certum eſſet, inuitus extrahendus eſt, vt ex Auguſtino refert Gratianus in capit. ipſa pietas, §. item ſi duo 23 q. 4. & idem ex eodem Auguſtino in capit. & qui emēdat. 45. diſtinct. vbi ait: Multa enim bona præſtantur inuitis, quando eorum conſulitur vtilitati, non voluntati: quia ipſi inueniuntur ſibi inimici: & text in l. ſoluendo, ff de neg. geſtis, vbi Caius ait, meliorem cuiuſuis etiam inuiti cōditionem quemlibet facere poſſe, & ibi gloſ. verbo eum, quæ citat concordantes, & communiter Doctores, & gloſſa, verbo inuitis in d. capit. & qui emendat. Bald. & Paul. Caſtrenſ. in l. fin. C. de negot. geſtis, idē Paul. & Alex. in l. quamuis, ff. ſolut. matrim. Socin. conſil. 26. vol. 1. colum. pen. verſ. ex his, quæ in facto. Vbi eleganter dicitur in fauorem Reipublicę inuito, & reluctante domino caſtri, poſſe in eiuſdem caſtri defenſione expenſas fieri. Quod dictum refert, & ſequitur Greg. Lop. in l. 12. tit. 12. p. 5. verbo, *Contra defendimiento*, vbi etiam addit, quòd Rex poteſt fortificare locū meum, me etiā inuito, vt faciliùs, aut meliùs inde bellū inferat, aut ſe tueatur, ex Bald. in l. ſi in aliquā in fine principij, ff de offic. Proconſulis, & leg. text. in l. 1. & ibi notat Ioan. de Plat & Bart. C. de nauib⁹ nō excuſ lib. 11. vbi cuiuſuis etiā reluctātis nauis ad publicam vtilitatē ſub pœna publicationis præparari debet. Pro quo etiā facit tex. in l. fin. §. Titius, ff. de pignor actione, vbi Bart. n 3. dicit, iudicē poſſe compellere hominem abiectum, etiā inuitum, vt ſit carnifex, aut executor ſententiæ, prout etiā ſequūtur illū Paris de Puteo in 2. parte ſyndicatus, verbo mani voltus à n. 1. & Clarus in §. fin. pract. crimin. quæſt. pe- 11

vltima, verſic. ſed pone. Nec non inuitus quis vendere compellitur ob neceſsitatem Reipublicę, argumento text. in l. 1. in fine, C. de caduc. tollend. Ang. in §. final. in ſt de donat. vel ſi religioſi non habeant locum ad habitandum congruentem, poterit vicinus etiam inuitus cogi vendere domum ſuam, vel aliquam rem ſuam fauore publicæ vtilitatis, ex l. ſi quis ſepulchrum in principio, ff de relig. & ſump. funerum, Cepol. in tractat. de ſeruitut. vrban. prædictum capit. final. & tenet, & probat Gregor. in l. 3. titul. 5. partit. 5. verbo, *De vender*, circa medium, ac inuiti ruſtici compelluntur vendere frumentum in ciuitate potiùs, quàm extra territorium, fauoris publici cauſa, vt annotauit etiam Mexia Pontius in pragmat. panis, 1. concluſ. num. 14. & quod magis eſt, cùm contractus mutui ſit gratioſus, nec vllus ad mutuum iure optimo compelli poſsit, tamen iſta ratione, de qua nunc agitur, præſertim quando neceſsitas Reipublicæ immineret, ditiores compelli poſſunt mutuam dare pecuniam, vt poſtea paulatim ſatisfiat eis impoſita collecta, l. 1. C. de omni agro deſer. lib. 11. & ibi Ioan. de Platea, & ex eo, & ex Guiller. tradit idem Gregor. in rub. tit. 1. par. 5. verbo, *De gracia*, & eadem ratione, qui habet hoſpitium, inuitus tenetur hoſpites recipere, & Doctor conſulere, & Notarius inſtrumenta conficere: & tandem quilibet artifex officio ſuo vti compellitur, Bartol. in l. 1. ff. furti aduerſus naut. Philip. Decius in l. inuitus num. 9. de reg. iuris Roxas in epit. ſucceſsionum cap. 10. num. 50 & innumerabilibus rebus probari poſſet multa pro communi vtilitate eſſe recepta contra ſtrictam diſputandi rationem, vt ex Hippolyt. in praxi, in §. aggredior, num. 61. & ſeq.

12 & Mex. Pont. vbi ſup in princip. n. 2. Et hinc eſt, quòd

vſu

vſu receptiſsimum, & denique definitum ſit, dominos priuatos agrorum non poſſe agros eoſdem prata effi-cere, cùm id contra commune reipublicæ bonum ten-dat, vt tradit dominus Couarr. in pract. quæſt. cap. 36. num. 3. verſi quicquid ſit iure communi, & ex eo ad li-teram refert Mex. Pontius in declaratione legis Toleti 9. part. 2. fundamento, num. 68. & facit text. in l. 14. tit. 7. lib. 7. nouæ Compilationis circa finem, ibi: *Porende como ordenança hecha en per juyzio de la republica, por la preſente la reuocamos.* Ex quo quanta ſit agrorum, qui frumento inſeruiunt vtilitas, quantave eorum neceſsi-tas ſplendeat in ciuitatibus, oppidis, vicíſque omnibus, nemo eſt, qui ignoret: quippè cùm videat pratis etiam anteferri, quibus veteres Romani primas in agricola-tione tribuerunt, vt autor eſt Renatus de priuileg. ru-ſticorũ, lib. 2. cap. 3. 2. part. Et non obſtante quòd prata iſta fundi appellatione veniant, vt ait Sceuola in l. Sciæ. § tyrannæ. ff. de fund. inſtr. ac in eis tam publicam cõ-ſiſtere vtilitatem inueni, vt nonnunquam vetitum ſit, ne non tantum in alienis pratis armẽta paſcant inuito domino, ſed ne proprietarij quidem in ſua prata pecus immittãt illicò poſt primam illorum herbã exſectam, vt probat idem Renat. vbi ſup. in princip. dict. cap. 3. Iure igitur optimo etiam ad inſtantiam agricolarum nequaquam hanc ſaluberrimam ſanctionem derogari expediet, aut in aliquo remitti, cùm ad commune bo-num, & non ad priuatum cuiuſvis facta ſit, vt dicit Iſi-dorus in cap. erit autem 4. diſtinctione, ibi: Nullo pri-uato commodo, ſed pro communi ciuium vtilitate conſcripta. Aliter enim, quæ cõmunia ſunt, eſſet pro-hibere, & quæ omnium, ad paucorum petitionem tol-lere: quod nequaquam oportet facere Regem, vt ine

quit Andr. de Iſern. in tit. quæ ſint regalia, in verbo, Portus, col. 2. igitur publicum hunc fauorem, nec priuatorum pactis poſſe lædi, aut renuntiari, nec vllo iure iurando renuntiationem ſtabiliri, nec ipſorum poſtulationem agricolarum admittendam in huius fauoris detrimentum, dicendum eſt.

Summarium capitis decimitertij.

Exceptio competens principali, competit etiam fideiuſſori, & an pro minore obligetur? num. 1.

De fideiuſſore filijfamilias, & de muliere fideiubēte, eiusve fideiuſſore, traditur num. 2.

Declaratur ſententia de exceptione principalis fideiuſſori cōpetente ad intellectum. l. Marcellus. ff de fideiuſſ. nu. 3.

Quando ſi principalis liberari poſſit, eius quoque fideiuſſor liberetur. num. 4.

Ceſſio bonorum, & beneficium dilationis, an ad fideiuſſores regulariter extendatur? num. 5.

De fideiuſſoribus agricolarum opportunè diſputatur. Caput XIII.

1 IAm dudum creditor exiſtimans malè ſibi hac lege cautum, vt ne à dādo mutuo agricolæ ſe abſtineat, non abs re erit differere, an dato idoneo fideiuſſore, qui agricola non ſit, ſibi melius caueatur, & facilitatem ab eo exigendi habeat, vel an etiam fideiuſſor eadem ſe poſsit defenſione tueri? Et quòd exceptio competens principali, competat fideiuſſori, probatur in l. 2. ff quæ res pign. oblig. non poſſ. l. conſtitutionibus, & ibi Bald. C. de vſuris, & in l. cum mandator. C. de

de non num. pecunia, & in l. omnes, C. de exceptionibus. Et quia datus fideiuſſor in contractu pro minore, qui doloſe fuit deceptus, non tenetur, ac non ſolū minor, ſed nec fideiuſſor quidem manet obligatus, vt apparet ex l. 2. C. de fideiuſſ. minor. & ex l. 4. tit. 12. p. 5. & ibi Greg in gl. 1. extendit, vt non ſolùm procedat, ſi dolus ex propoſito interueniat, ſed etiam ſi re ipſa contingat, vt in l ſi quis cùm aliter, ff. de verborum oblig. & ex eleganti conſil. Ancharrani, quē ibi citat, quod procedit, etiamſi fideiuſſor datus eſt in contractu, per quem minor rem immobilem ſine decreto alienat: nā adhuc fideiuſſor non tenetur ſecundū Paul. Caſtrenſ. in l. 1. C. de fideiuſ. minorum: & hāc videtur ſequi opinionem Greg. Lopez in d. l. 4. verbo, *Por razon*, ex eo quòd in huiuſmodi contractu nullitas inducta ſit, ex l. magis puto, ff. de rebus eorum, & per totum C. de prędijs minorum, cum vulgatis.

Item, quia fideiuſſor pro filiofamilias in contractu mutui non tenebitur, quia exceptio Macedoniani competens filijsfamilias, vt à ſolutione liberentur, ſecundum textum in l. 1. & per totum, ff. ad Macedon. & in § illud, inſt. quod cum eo, l. 4. tit. 1. par. 5. competit etiā fideiuſſoribus, qui à tali etiam ſolutione liberantur, vt in l. ſi pater, §. non ſolum, & ibi Bartol. ff. ad Sen. Conſ. Macedon. & tradit Hip. de Mar. in rubr. de fideiuſ. numero 269. & in l. 22. tit. 11. lib. 5. Nouę Compilat. & ibi Ioan. Matien. in gl. 11. à n. 1. Et rurſus, quia quemadmodum mulier pro alio fideiubens beneficio Senat. Conſulti Velleiani iuuatur, vt nullo modo ſoluere teneatur, vt in l. 1. C. ad Velleianum, & in l. 2. in fine, & ibi Greg. notat titulo 12. parte 5. adeò vt ſi aliquid fideiuſsionis cauſa ſoluerit, poſsit omninò repetere, gloſ. recepta a

in l.cùm quis, C.de iuris & facti ignor.quam ſequitur ibi Anton.de Padilla n.25. & Anton. Gomez de contract. cap 13. nu.16. vbi dicit ſe in fortioribus terminis obtinuiſſe: ita etiam fideiuſſor datus pro muliere fide iubēte pro alio iuuabitur Velleiani beneficio,ita vt ſoluere non cogatur, vt in l.ſi mulier contra ſenatus, §.fin. ff ad Sen Conſ. Velleian.l.mulierem,& ibi Bald C eodem tit.& tradit Hippol.in d.rub. de fideiuſ.num.270. & ſic videtur, quòd fideiuſſor pro agricola debitore, etſi agricola ipſe non ſit, eodem debeat beneficio, & fauore pragmaticę vti.

3 Sed his non obſtantibus,contrarium in hoc caſu aſſerendum eſt: nam quæ prçmittunt exceptionem principalis fideiuſſori competere,intelliguntur, dummodo exceptio cohæreat rei, non perſonæ, vt ex ſupra citatis iuribus apparet, & in l.in perſona. & in l. ſtipulatus eſſes, ff. de fideiuſ. & l. final. ff. de pactis, Hippol.vbi ſupra num.267.cui adde textum in l.exceptiones, quę perſonæ in princip. & in §. rei autem, ff.de except.& Dinum in cap.priuilegium, num.3.& 4.de regul. iuris libro 6. vbi ait, beneficium reale proueniens ex perſona rei principalis competere fideiuſſori, beneficium autem perſonale proueniens ex perſona rei ad fideiuſſorem non extendi:faciunt textus in l. priuilegia, & in l. in omnibus cauſis, ff. de regul. iuris. Minus obeſt ſententia de fideiuſſore pro minore decepto interueniente: nam hæc exceptio à re ipſa, in qua dolus verſatus eſt, deriuatur: nam ſi dolus non interueniſſet, proculdubio fideiuſſor minoris teneretur, iuxta textum in l.Marcellus,ff.de fideiuſſor.l.1. & 2. & ibi Bartol. Baldus,& Paulus Caſtrenſ. C.de fideiuſſor. minor. textus in l.4.titul.12. part.5 ibi: *Mas ſi en aquella coſa*, & text.

& text. in l. in cauſæ, ff. de minoribus, vbi beneficio reſtitutionis, quo minor ratione minoris ętatis vtitur, non gaudebit fideiuſſor.

Nec quicquam facit ratio de venditione ſine decreto à minore facta, in qua fideiuſſor intercesſit, & non obligatus vllatenus manſit: nam ibi non ſubeſt principalis obligatio, cui fideiuſſoria poſsit adhærere, vt patet ex l. ſi ad rem ſoluendam, C. de prędijs minorum, & melius in l. ſi quidem, C. eodem titulo, vbi ſi alienatio nulla eſt, reſtitutio non eſt neceſſaria. De quo latè per Arium Pinellum in l. 1. in 3. parte, num. 21. C. de bonis mater. & latiùs per Mēchacā de ſucceſ. creation. §. 20 num. 71. & Greg. Lop. in l. 18. tit. 16. p. 6. & in l. 60. tit. 18. p. 3. & in l. 4. tit. 5. p. 5. Et hæc ſolutio placuit Paulo Caſtrenſ. in d. l. 2 C. de fideiuſ. minorum, & eidem Gregor. in d. l. 4. tit. 12. par. 5 verbo, *Por razon.* Nec illud de exceptione Macedoniani fideiuſſori competenti quicquam præiudicat, eadem certe ratione, quia cùm contractus mutui à filiofamilias fieri prohibeatur, & annulletur, annullabitur etiam quicquam ex eo ſequetur, vtpote obligatio fideiuſſoria, ex lege non dubium, C. de legibus, & textus in l cùm lex, ff. de fideiuſſor. vbi fideiubens in contractu à lege reprobato effectualiter non tenebitur, & ibi Bartol. & Paulus Caſtrenſ. notant. Quæ ratio ad ſolutionem argumenti de Velleiano extenditur, cùm mulierem fideiuſsionis contractum celebrare prohibitum ſit, vt patet: & ſic manet expeditum, fideiuſſorem agricolę huius legis prærogatiua non potiri, ſi fideiuſſor agricola non ſit, ſicuti nec fideiuſſor alicuius nobilis nobilitatis pręrogatiua gaudebit, cùm nec exceptio, ne quis conueniatur vltra quam facere poſsit, fideiuſſori eius competat,

4 (margin, beside "Nec quicquam")

5 (margin, beside "pręrogatiua")

Digitized by Google

petat, textus expreſſus, vbi Bartolus in l. etſi fideiuſſor, ff. de re iudicata, & Doctores in l. tàm mandatori, C. de non numerata pecunia, tradit Hippolitus in dict. rub. de fideiuſ. num. 275. Et hinc infertur, quòd ſi quis ceſſerit bonis, & traditus fuerit cum argolla ferrea creditoribus iuxta leges Regias, & de eo habeant creditores fideiuſſorem, poterunt eum conuenire, & ab eo debitum exigere, cùm ceſsio bonorum per principalem facta eius fideiuſſoribus non proſit: textus in §. finali, in ſtit. de replicat. & textus in l. 3. tit. 15. partita 5. infertur etiam, quòd ſi quis dilationem à creditoribus obtinuerit, ſaltim à maiore eorum parte, iuxta tenorem text. in leg. final. verſicul. & ſi quidem, C. qui bonis ced. poſſ. l. & ſuum hæredem, §. final. cum l. ſequenti, ff. de pactis, & in leg. 5. tit. 15. partita 5. cum traditis per Alexand. in conſil. 205. volum. 2. quamuis conueniri non poſsit, tamen eius fideiuſſor poterit conueniri ab illis, qui dilationem non conceſſerunt, cùm beneficium dilationis quinquennij ad fideiuſſores non extendatur, per textum in leg. ſi præcedente, §. huius, ff. mandati, Mathesilanus in notabili 105. Iaſon in d. leg. & ſuum hæredem, §. hodie, numero 2. in 6. limitatione, ff. de pactis, Paulus Caſtrenſ. in leg. reſcriptum, ff. eodem titulo.

Summarium capitis decimiquarti.

Excommunicatum publicè vitandum, ipſumq́; alios vitare debere, traditur, & quando, num. 1.

Cum quibus licitè poteſt excommunicatus communicare, & id in numero ſequenti continuatur. num. 2.

Dominus an poßit cum excommunicato de ſua familia communicare? num. 3.

Cuiuſ-

Cuiuſdam legis Partitæ ratio defenditur, & de eo, qui potuit, & non prohibuit clericum percuti, recenſetur opinio. n. 4.
Quis non dicitur poſſe illud, quod honeſtè minimè fieri poteſt. num. 5.
Agricola excommunicatus an agriculturæ intẽdere poßit, quæve illi de iure Canonico immunitas concedatur? nu. 6.
An peccet trãſgreſſor legis ob publicam vtilitatem factæ, & de obſeruatione huius legis in foro Eccleſiaſtico? num. 7.
An qui non capi pro debitis poßit, pro eiſdem poßit excommunicari? num. 8.
Ex officio etiam publica vtilitas erit curãda, eamq́, ad iudices Eccleſiaſticos pertinere quoq́, maximè probatur nu. 9.
Leges ciuiles ob publicam vtilitatem factas diuinitus per ora Principum eſſe promulgatas, iura Canonica teſtãtur. numero 10.
Motus proprius Pij Quinti in fauorem agriculturæ refertur, & huius traditur quæſtionis reſolutio. num. 11.

An agricolæ pro ciuilibus debitis excommunicari illis ſex menſibus poßint? Caput XIIII.

RES agricolationis adeò ſancta ab antiquis habita eſt, adeoque ſacra ab autoribus appellata, vt meritò inter alias ciuiles hæc canonica quæſtio veniat inſerenda, an quemadmodum agricola illis ſex menſibus pro ciuilibus debitis capi non poteſt, ita pro eiſdem à iudice Eccleſiaſtico excommunicari non poſsit? Quod in dubium adduco ex eo, quòd æque per excommunicationem, ac per incarcerationem ab agricultura amoueatur, quia excommunicatus 1

nicatus publicè, denuntiatione præmiſſa, omninò vitandus eſt, vt habetur in conſtitutione Concilij Baſilienſis, quæ incipit, Inſuper ad euitanda, & ex communi Doctorum traditione, vt patet ex latiſsime traditis per dominum Couarruu. in cap. alma mater, de ſententia excommunicat. lib. 6. in 1. parte. §. 1. cum §. ſequent. & per Ioan. Gutier. in can. quæſt. capit. 1. vbi de vero intellectu Conciliorum in hoc caſu Baſilienſ. & Conſtantienſis late, & inſigniter egit, vt his allegatis, ſuperuacuæ aliæ meritò ſint cēſendæ allegationes, vbi hæc expreſſa ſententia traditur, & exornatur. Et quia nec ante denuntiationem punctum quidem communicationis relinquitur: nam etſi, niſi publicè denuntiatus, etiamſi notorius ſit, ab alijs non ſit vitandus (omitto, quæ de clerici percuſſore traduntur) tamen ipſe agricola, vel alius, qui excommunicatus ſit, etiam ante denuntiationem alijs communicando regulariter peccat, & poſt denuntiationem grauius ipſe peccat, quàm alij cum eo communicantes, & conſequenter ante, vel poſt denuntiationem, tenetur ſe abſtinere à fidelium communione, & conſortio, vt eſt text. & ibi gloſſ. & Doctores in capit. illud de clerico excomm. miniſt. Sylueſt. in ſumma verbo, excommunicatio 3. in quæſt. 5. late Couarruu. in d. capit. alma mater. 1. parte. §. 2. num. 11. & idem Gutierr. vbi ſup. cap. 1. num. 38. & Nauarr in cap. 1. §. laboret de pœnitentia diſtinct. 6. num. 24. in epilogo, verſic. conſtat item. Nec
2 oberit ſi dicatur, agricolam plerumq; opus, & miniſterium agriculturæ per ſubditos, vxorem ſcilicet, filios, & alios de familia facere, qui omnes cùm licite poſsint, & abſq; peccato cum ipſo agricola, licet excommunicato, cōmunicare, vt in cap. quoniam multos. 11. q. 3. &

Diuus

diuus Thom. in 4. diſtinct. 18. q 2. art. 4. Nauar vbi ſupra verſic. facit, & Couarr. in d. capit alma mater in 1. parte, § 1. num. 8. & textu de iure Regio in l. 34 titulo 9 part. 1 ibi: *Otroſi no ſerian deſcomulgados los fijos y las fijas, que ſon en poder del padre que fueſſe deſcomulgado, maguer ſe acompañaſſen con el, nin los ſiruientes de caſa, nin los labradores a ſoldados, que labraſſen ſus heredades.* Nam hoc procedit ratione neceſsitatis, quæ in iſta cõmunicatione conſiſtit, vt de creditore dicitur, qui cum excommunicato licite communicare poteſt ad petendam ab eo debitam pecuniam, vt in capite ſi verò de ſententia excommunicat. capit. intelleximus de iudicijs, & ibi communiter Doctores, & Couar. vbi ſupra num. 8 verſic. ſic & in capitulo, & in his terminis notat Nauar. in Man. Lat. cap. 27. de cenſ. Eccleſiæ numer. 27. debent enim patres vxori & filijs, omnique familiæ alimenta, ſicuti debitor pecuniam creditori, à quo inuito exigi alimenta poſſunt, vt habetur communiter in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, & ibi antiqui Doctores, & Anton. de Lara latè, ff. de liber. agnoſc. in textu, ibi: *Quod ſi non praſtet, pignoribus captis, & diſtractis, cogetur ſententia ſatisfacere.*

Quę ratio ſpecialis vera eſt in ſuo caſu, ſed non eſt vniuerſalis ad reſolutionem iſtam, de qua nunc agitur: 3
nam daretur, quod extra neceſsitatis huius cauſam filij, & de familia reliqui, communicare non deberent. Vnde Nauarri ratio in d. num. 27. vbi ſupra, nõ videtur poſſe caſus omnes comprehendere, ſed text. in d. l. 34. titulo 9. parte 1. & ibi Gregorius in verbo, *Los padres, ni los ſeñores*, ideò dicit procedere, vt excommunicato domino, omnes de familia poſsint communicare, non è contra, quia dominus poteſt facilè inducere, vt ab excom-

Digitized by Google

excommunicatione poſsit, qui excommunicatus eſt, recedere Sed hac ratione videtur, quòd magis poſſet pater vel dominus inducere ſubditum excommunicatum, ſi ipſi communicare concederetur. Vnde hæc ratio, quam ex Hoſtienſe, & alijs traxit Couar. vbi ſupra, nequaquam ei placere poteſt: dicit tamen, quòd procedit ex eo, quòd ſocius poteſt communicare cùm ſocio excommunicato, ex gloſ. in cap. 1. 41. diſtinct. & ex alijs ibi traditis.

4 Sed hæc domini Couar. ratio minùs ſatisfacere potens eſt, cùm ſi ex ſocietate procederet, ſicuti vxor, aut filij excommunicato marito, aut patri communicare poſſunt, ita pater, aut maritus poſſet vxori, & filijs excommunicatis communicare, cùm ratio ſocietatis in omnibus pariformiter procedat. Sed quia noſtrum non eſt, leges Regias reprehendere, aut de earũ validitate diſputare, vt in l. ſacrilegij, C. de diuerſis reſcriptis, defendo rationẽ text. in d. l. 34 partitę tãquàm veriorem & efficaciorem, perperã à nonnullis intellectã: inquit enim: *Eſto es porque los padres a los hijos, y los ſeñores a los vaſſallos hã poderio delos enſeñar, e delos caſtigar, que ſe guarden de fazer tales yerros, porque los ayan de deſcomulgar, lo que ellos non podrian fazer a los padres, nin à los ſeñores, e ſi lo non fizieſſen, ſon en culpa:* acſi dixerit marito, aut patri tunc imputandum, ſi cum excõmunicato ſubdito communicauerit. Ex quo facilè potuerit ſubditam vxorem aut filium, aut alios de familia ad ſatisfactionem faciendam, abſolutionemque petendam compellere, vt Calixtus Papa inquit in c. ſicut, 7. q. 1 quod alterius vxor, nec adulterari ab aliquo, vel iudicari, aut diſponi, niſi à proprio viro, eo viuente permittitur. Probarique poteſt ex Apoſt. 7. ad Romanos, vbi ait: *Alligata eſt vxor legi*

ri viri, quamdiu vir eius viuit, & ibi optima gloſſa in ...ct.cap.ſicut,in verbo iudicari,text. in cap.placuit.33. ...ſt. 2.text. elegans in cap.quantæ de ſententia excommunicat.vbi eſt excommunicatus permittens clericum percuti, ſi poterat prohibere, & non prohibuit,& quia vxores à viris,non viri ab vxoribus defenduntur,vt in l.2.ff.de iniurijs. Per quæ iura hanc rationem aſsignat Hoſtienſis in ſumma de ſententia excōmuni.§.& quæ ſit pœna,verſicul.lex excuſat circa medium,& id voluit Gregor.Lop.vbi ſup.ex l.2.ff.de iniur.& iure.l.liber homo la 2.ff.ad leg.Aquiliam, vbi neceſſe eſt,ſuperioribus in hiſce obedire Quicquid hoc ...t,ad meum tamen propoſitum ſufficit,quòd excommunicatus tenetur vitare alios,quamuis alij non teneātur vitare illum, vt tradit Alphonſus de Caſtro lib.2. de poteſt.leg.pœn.cap.15.verſic.circa iſtos, Nauarr in ...§.laboret,in fine verſic.porrò,ex fine extrauagantis, ...id antea diſputat erudite,vt ſolet, dominus Couarr. in dict.cap.alma mater.1.part.§.2.num.final.& Dominic. Soto in 4.diſtinct.12.q.1,artic.4.in verſic. ſecunda concluſ.& Ioan.Gutierr.in dict.cap 1. num.38.& ſeq. ...ſic nullo modo poteſt agricola excōmunicatus cum alijs communicare,& per conſequens, nec agriculturæ vacare, quod ſine aliorum communicatione perquam difficile,& pene impoſsibile erit id effici; nam quod honeſtè non fit, nullus eſt credendus id poſſe efficere, vt inquit Papinianus in l.filius.ff.de condit. inſtit. ibi: Nam quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & vt generaliter dixerim, quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt: & ex his quæ præter antiquiores in dict. l. filius tradit Auendanius in reſponſo

8.num.

6 8.nu.9. Vides ergo agricolam, ſi illis ſex menſibus excommunicetur, cùm vitare communionem debeat, & conſortium hominum, agriculturę non poſſe intendere. Ipſa enimmet excommunicatio id expoſtulat per propriam ſignificationem, cùm ſit ab Eccleſiæ, & fidelium communione & conſortio ſegregatio, vt latiſsimè declarat idem Couarruu. vbi ſup. à principio, & Nauar. in Manuali Latino capite 27. à num. 1. cum ſeq. & ſic videtur, quòd cùm ob publicam vtilitatem agricola illo tempore capi non poſsit pro ciuilibus debitis, ita eodem tempore pro eiſdem non poſsit excommunicari: nam ius ciuile obſeruandum eſt in foro Eccleſiaſtico in his, quæ contraria iuri Canonico non ſint, vel quæ iure Canonico diſpoſita non inueniuntur, vt eſt text. in capit. 1. de noui operis nuntiatione, gloſſa ibi, & Panormitan. numero 3. & communiter Doctores, & gloſſa in verbo temporalium, in capit. cum ad verum. 96. diſtinct. Archidiac in cap. ſi inter Epiſcopos 6 quæſt. 4. idem Panormitan. eleganter in cap. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, num. 13. de conſtitut. Felin. in cap. 1. verſic. tertia declaratio, de conſtitut. text. in cap. clerici, & ibi gloſſa, & Decius num. 1. de iudicijs gloſſ. in cap. cæterum de donat. & DD. communiter in l. priuilegia. C. de ſacroſanctis Eccleſijs. Quod cùm ita ſit, potiori ratione diſpoſitio huius pragmaticæ in foro Eccleſiaſtico obſeruari debet, cùm ius Canonicum, cuius ſemper in eo obſeruantia vigere debet, idem ferme diſponere videatur in capite fin. de tregua & pace, vbi Alexander Certius, inquit, Innouamus, vt presbyteri, monachi conuerſi, peregrini, mercatores, ruſtici euntes, vel redeuntes, vel in agricultura exiſtentes, & animalia, quibus arant, & ſemina portant ad

agrum

agrum, congrua ſecuritate lætentur. Contra quẽ textum nulla gaudebit agricultor ſecuritate, ſi adeò graui tempore meſsium incarcerationi eccleſiaſticæ cẽſuræ ſubiaceat.

Et quia cùm prohibitio huius pragmaticæ ob publicam vtilitatem principaliter facta fuerit, tranſgreſſor peccabit mortaliter, vel venialiter, iuxta quantitatem, vel qualitatem commodi, aut incommodi publici, ex ſententia D.Tho.1.2.q.96.art.4.quem ſequitur ibi Caiet.& Adrian.quodlib.6.art.2.tradunt Innoc.Andr. & Panormitan.in cap.quin plerique, de immunit. Eccleſ. idem Ant & Panormit.in cap.2. de maiorat. & obed. vbi adducitur illud ex libro Regum, *Qui non obedierit Principi, morte moriatur.* Quod ſic intelligũt omnes ibi, & in cap. nã concupiſcentiam, & ibi Decius eleganter prope finem, de conſtitut.text.de iure regio ſic intelligendus in l.16. tit.1. part.1.& ibi Gregor. verb. *En la carrera de la muerte*, benè vt ſemper dom. Couarruu. in cap.quanuis pactum de pactis lib. 6. 2. part. §.2. numero 7. & idem Couarr.in cap.1.num.16.de teſtam.& idem in epitome de ſponſalib.2.part.cap.7.§.7.num.9. Ioann. Matien.in l.2.tit.2 lib.5.nouę Compilat.gloſ.3. nu.11.& alijs innumeris congeſtis per Mexia Pont. in pragm. panis, concluſ. 6. à numero 2. neceſſariò ergo obſeruanda erit. Nec video, cur in Eccleſiaſtico foro huius legis diſpoſitio non ſit ſeruanda, præcipuè cum ſuprà ſatis manifeſtè probauerim in lib.1.in cap.11. deciſionem præſentem obſeruandam in fauorem clericorum, & monaſteriorum, alteriusve cuiuſvis Eccleſiaſtici: quòd ſi contra alios velint eccleſiaſtici hac vti conſtitutione pragmaticæ, neceſſe eſt, vt aduerſos ſe, aliosque ea vti patiantur, vt in ſimilibus paſsim proce- 7

dere iure optimo dicunt Bald. in l. de quibus, num. 26. ff. de legibus. Panormitan. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitut. nu. 52. Alexand. in conſil. 209. ſtatutis autem perſpectis, col. penult. verſ. ſecũdò principaliter, volum. 2. Philipp Franc. in cap. poſſeſſor, colum. 3. de reg. iur. lib 6. Balbus de præſcript. in 1. p. quintæ partis principalis, in princip. nu. 15. verſ. quintò fallit, vbi ait, quòd ex quo eccleſia aſſumit pro ſe adminiculum ſtatuti, debet etiam recipere contra exceptionem ex eodem ſtatuto prouenientem, vt etiam à me ſupra in dict. cap 11. traditum eſt.

8 Quare ex eo quòd ius ciuile Canonico non obuians in foro eccleſiaſtico eſſet obſeruandum, dicebat Gomez de Leon in ſua iuris inform. cen tur. dec. 14. quòd ſicut mulier pro debito ciuili incarcerari non poteſt, ita nec excõmunicari: & ita ipſo patrocinãte in Hiſpalenſi tribunali fuiſſe pronuntiatum affirmat, quod ego in eo caſu, & in caſu nobilitatis, vbi priuato fauore inducitur, ne pro ciuilibus debitis nobilis capiatur, contrarium in foro eccleſiaſtico ſeruari ſæpenumero vidi, in quo quotidie contra illum, qui aliàs pro ære alieno non capitur, ſententia excommunicationis profertur, cùm ſit diuerſum ex diſpoſitione, quæ principaliter vtilitatem priuatam concernit, vt cõſtat ex Couar. in dict. cap. quanuis pactũ, de pactis lib. 6. 2. p. §. 2. nu. 6. & DD. cõmuniter in c. cum contingat, de iure iurãdo.

9 Et diuerſum etiam ſit, vbi fauore publico introducitur: tunc enim iudices impenſè curare debent, vt nihil intentatum relinquant, quin omnibus modis, & rationibus inquirant, etiã ex officio, vt quæ ad publicã ſpectant vtilitatem, exactè opere cõpleant, executioniq́; mandent, ex l. congruit. ff. de offic. Præſid. Alberic in

l. qui

.qui metũ, §. miles, ff. de re milit. text. in l. 1. §. cura, ff. de officio Præfecti vrbis. Et hinc eſt quòd iudex ex officio poteſt compellere patrem, vt filiæ cõſtituat congruã dotẽ, fauore Reipublicæ, qui verſatur ſuper dote, l. 1. ff. ſolut. matr. l. 3. poſt princ. ff de iur. dot. ex traditis per Palac. Rub. in c. per veſtras in 3. notab. in §. 25. n. 1. Bald. Nouel. de dote, 7. p. priuilegio 15. Boer. deciſ. 130. Baeça de dote. c. 15. n. 17. Atqui in omni dubio ſequendum eſt, quod magis fauet publicę vtilitati, vt notatur à Bart & ibi cõmuniter ab omnibus in l. 1. ff. ſolut. matrim. tex. & ibi Bart. in l. vnica, § fin. C. de caduc. tollen. tex. in l. hoc modo, ff. de condit. & demõſt. & latiſsimè proſequitur Rober. Marant. in ſpec. aureo de ord. iud. p. 6 à n. 122. cum multis ſeq. vſq; ad finem, eo maximè quòd legibus, & ſtatutis, quæ publicã reſpiciunt vtilitatem, eccleſiaſtici quoq; ligentur, & teneantur, vt Innoc. & Panorm. notant in c. ab Eccleſiarũ, de offic. ordin. optimè Palac. Rub. in d. c. per veſtras in 2. notab. in §. 1. n. 13. Auend. lib. 1. de mand. exeq. c. 13. n. 7. & latiſsimè per Mex. Põt. in prag. panis, cõc. 5. n. 4. ante & poſt, vbi multa, quæ hùc ſpectãt, affatim allegantur. Ex quo patet, nõ benè à iudicibus eccleſiaſticis fieri, ſi illis menſibus contra agricolas in agricultura exiſtentes, ad eam ve ſe præparantes, excommunicationis ſentẽtiã promulgarint, cũ publicã perturbẽt vtilitatẽ. Nec vtiq; nõ poſſe fieri dico id, qui ſciã prę latos eccleſiæ poteſtatẽ excõmunicãdi à iure diuino cõceſſam habere, vt eruditè annotat dñs Cou. in d. c. alma mater in init. n. 8. ſed ab eo ſe abſtinere etiã ex officio, cũ publicã reſpiciat vtilitatẽ, & ſancta Eccleſia legum ciuilium non reſpuat famulatum, quæ viſtigiis iuſtitiæ, & ęquitatis imitantur, vt in capit. ſuper ſpecula, de priuileg. 10

cap.cùm veniſſent,de eo,qui mittitur in poſſeſsionem, & in cap.cæterũ,de donat.capit.2. de arbitris libr.6. & habetur in cap.clerici,de iudicijs,cùm ius ipſum canonicum dicat,& apertè confiteatur, leges ciuiles diuinitus per ora Principum eſſe prolatas, ſicuti Ioannes Papa VIII. ſcribit Ludouico Regi in cap.nemo, de annorum numero 16. q.3. vnde iudex Eccleſiaſticus regulariter omni tempore, & contra quoslibet ſuæ iuriſdictionis, etſi excommunicandi imperio vti poſsit: non tamen id exequi ſemper neceſſe eſt, ex l.nõ quidquid, ff. de iudicijs, vbi non quicquid iudicis poteſtati permittitur, id ſubijcitur iuris neceſsitati, præſertim cũ hoc expreſſe per ius canonicum approbatum reperiatur in d.c.fin.de tregua & pace.

11 Extatq; motus proprius S. D. N. Pij diuina prouidentia Papę V. editus anno 1566. die verò 20. menſis Octobris, ſuique Pontificatus anno 1. in fauorem rei frumentarię, ac artis agriculturę, incipit: *Motu proprio, &c. cupientes pro commiſſo nobis, &c.* vbi multa de vtilitate rei frumentariæ, & inter alia hæc, quę hic referrem, elegi: inquit enim in principio: *Hinc eſt, quòd cùm ad rei frumentariæ negotium, quod præcipua pro eorumdem pauperum ſuſtentatione, & victu cura eget, animum noſtrum intendimus, &c.* & poſtea ſubijcit: *Volumus etiam, quòd venientes ea de cauſa ad vrbem, videlicet, ad frumẽta, bladaq; prædicta conuehenda, tuti omninò ſint ab omnibus ciuilibus executionibus, tàm pro eorum debitis, quàm pro Cameralibus quibuſcumq; exactionibus, & repreſalijs, quacũque de cauſa, & cõtra quoſcumq; decretis, ſeu decernẽdis, irritũ & inane decernẽtes, quidquid cõtra & aduerſus prædictos, ſeu eorũ animalia, & res quas ſecũ prædicta de cauſa detulerint, tã in accedẽdo ad vrbẽ, ibiq; commorãdo per biduũ ad effectum*

effectum vendendi ea, quæ attulerint, quàm etiam in redeundo ad eorum ſolitam habitationem executum, vel quocumq; modo attentatum fuerit. Inhibentes omnibus cuiuſcumq; generis executoribus, ſeu curiæ miniſtris, ne prædictos dicta de cauſa ab vrbem accedentes, ibiq; (vt præfertur) commorãtes, ſeu inde diſcedentes moleſtare præſumant, ſub pœnis arbitrio Præfecti annonæ pro tempore infligendis: eos etiam, qui agriculturam ipſam pro cõmuni bono laudabiliter intra quadraginta ab vrbe milliaria exercent, dignis fauoribus, & priuilegijs proſequi volentes, tàm meßium, quàm ſeminum tempore, dum ſcilicet colligendo, vel ſeminando tritico veriſimiliter occupantur, ab omni ſupradicta executione, etiamſi ex obligatione in forma Cameræ proceſſerit, tutos omninò, ac ſaluos fore, & eſſe declaramus, dummodò aliunde, quàm ex agricul ura fructibus ſoluere non poßint: boues verò aratorios, omniaq; inſtrumenta ad agriculturã neceſſaria, nõ ſupradictis temporibus tantùm, ſed perpetuò pro quauis ciuili obligatione auferri, aut alia ratione impediri prohibemus. Declarantes inſuper de tacitis quibuſcumq; hypothecis, à quocumq; quauis de cauſa inductis, prædictos boues, aliaq; inſtrumenta prædicta minimè comprehenſa fore: & in ſumma, prædictis rebus agriculturæ inſeruientibus, tãquàm cõmoditatis, immò neceſſitatis publicæ inſtrumentis, omnia priuilegia concedentes, quæ bonis dotalibus de iure conceſſa eſſe reperiuntur. Sicq; per quoſcunque iudices, &c. Et irritum, & inane, &c.

Hactenus ſanctiſsimus felicis recordationis Pius Papa Quintus, de quo etiam meminit Azeuedo in l. 7. titulo 21. libro 4. nouæ Compilationis, numero 50. circa finem. In foro igitur Eccleſiaſtico ſeruanda eſt huius pragmaticæ diſpoſitio, cùm non iuri Canonico cõtraria, ſed ab eo approbata reperiatur, & in d. cap. 1. & ibi gloſ. & communiter Doctores de noui operis nuntiat.

Anchar. in cap. canonum ſtatuta, in 1. quæſt. de conſtitutionibus, gloſ. in dict. c. cæterum, de donat. & in l pri uilegia, & ibi notatur. C. de ſacroſanct. eccleſ. cum alijs latè congeſtis per Rober. Maran. in quæſt. ſeu diſputatione 8. num. 17. cum ſeqq. vbi apertiſsimè demõſtratur, has ſaluberrimas leges fauoribus publicis refertas à Pontificibus, & Imperatoribus, & Ethnicis conſultis commendatas in eccleſiaſtico foro eſſe potiſsimum obſeruandas.

Summarium capitis decimiquinti.

An diſpoſitio huius pragmaticæ ad decimas, & reditus eccleſiaſticos extendatur? num. 1.

Decimarum quota de iure poſitiuo, & ſolutio neceſſaria de iure diuino eſt, & an ius percipiendi illas poſsit competere laico, latè diſſeritur. num. 2.

Qui ſubtrahit, aut impedit ſolui decimas, aut primitias, iure optimo excommunicari debet. num. 3.

Quæ bona demum ſint eccleſiaſtica, & an patrimonialia clericorum comprehendantur? num. 4.

De quibus bonis clerici decimas ſoluere teneantur, & de alijs bonis eccleſiaſticis traditur, & an alienari poſsint? nu. 5.

Conductores rerum eccleſiæ quid debeant præmittere, vt ab eccleſiæ iudice poſsint iudicari? num. 6.

Ratione rei, & iuramenti, ad iudicem eccleſiaſticum laicus poterit trahi, & quare. num. 7.

In præiudicium eccleſiæ leges ciuiles non ſunt ferendæ. nu. 8.

Duabus rationibus primum, & quartum pragmaticæ caput ad bona eccleſiaſtica non extenditur. num. 9.

An per inuocationem brachij ſecularis agricola conductor ad requiſitionem eccleſiaſtici capi poſsit? num. 10.

De

De agricolis ſolutioni decimarum obnoxijs, deq; earumdem conductoribus diligens explanatio. Cap XV.

QVapropter non mirũ, ſi in dubium adductum eſſet, an decimę, vel alij reditus Eccleſiaſtici 1
huius pragmaticæ diſpoſitione comprehenderentur? Et inſtantia reuerendiſsimi Cardinalis Archiepiſcopi Toletani, & totius eccleſiaſtici ſtatus nomine, per Regium cõſilium declaratum fuit in primo & in quarto capite non comprehendi, vt patet ex declaratione vigeſimo octauo die menſis Aprilis anno 1594. facta, quæ prelo iam mãdata ꝓ cuiuſdã caſus deciſione ad manus peruenit, quæ ſic ſe habet: *Dixerõque declarauã, y declararon, no ſe entẽder, ni ſe cõprehẽder enlos dichos dos capitulos primero y quarto dela dicha prematica os diezmos y rẽtas ecleſiaſticas, aſsi delo que los labradores on obligados a pagar por los frutos y rẽtas que cogierẽ, como elos que fueren arrendadores, y los ouieren cobrado en nõbre elas ygleſias: porque en qualquiera de los dichos caſos no ſe aze nouedad ninguna por la dicha prematica, obligandoſe os arrendadores a la paga de los dichos diezmos, y rẽtas ecleſiaſticas, con juramento, y ſometiendoſe a la juridiciõ ecleiaſtica. Y aſsi lo declararon y mandaron, &c.* Quæ ſententia cùm Principis ſit, & veniat ad declarationem dubij propoſiti, facit ius quoad omnes, & habet vim generalis conſtitutionis, vt in l. ſi Imperialis, & ibi notat Bald. n. 1. & Bart. & communiter DD. C. de legibus, & text. in l. 14. tit. 1. p. 1. cum traditis ibi per Greg. in gloſ. vnica. Et meritò quidem huiuſmodi declaratio eo modo prodita eſt: nam ſi ſuperiùs lib. 1 c. 13 tributa Regia

contra ruſticorum priuilegia ſoluuntur, multò magis decimæ ſolui debent, cũ in ſolutione omnibus tributis ſint præferendæ, vt ex Innoc. in c. cũ nõ ſit in homine, de decim. nec à Sacerdote peti, ſed præſtari debeant, vltroq; inferri debeant à ruſtico in horrea Dei ſummi, hoc eſt, in theſauros tẽpli, vnde habeant presbyteri, & leuitę, qui Deo miniſtrãt, cibos, ex c. reuertimini, 16. q. 1. quæ tantæ etiã ſunt prærogatiuæ, vt ſine deductione ſeminis, aut expenſarũ, quę fructuũ ratione factę ſunt, debeantur, vt in d. c. cũ non ſint, & ibi Panor. de decim. c. tua nos, c. paſtoralis, eod. tit. cũ traditis per Rebuf. in eo tract. de decimis, q. 11. num. 3. Et ſic quoties decimę ex negotiatione debentur, impenſę deduci debent, vt ex d. cap. paſtoralis infert Ignat. de Laſar. in ſuis addit. ad tract. de decim. emp. & permut. c. 26. n. 1. & ibi ex Euerar. in locis arg. leg. loco domin. ad ſiſc. n. 2. & tradit validũ eſſe argumentũ de tributo ad decimam, vel è contra. Vnde nimirũ ſi quod Regia tributa ſibi vendicarunt, decimę Deo debitę ſibi vendicẽt, & eo maximè, quia hoc nullo meliori modo poteſt agricola omnes fructus acceptos Deo ferre, ex Renato dicente, ꝙ primum hoc agricolę ſanctũ ius eſſe debet, dijs immortalibus acceptam referre, votiſq;, ac muneribus oblatis fęcunditatem ſoli adſcribere, frugumq; vbertatem, vt in lib. de priuil. ruſtic. lib. 2. p 1. cap. 7.

2 Immò (ni fallor) aliter illi Regij cõſiliarij literatiſsimi decernere nequiuiſsẽt: nã etſi lex de ſoluẽdis decimis, quoad quotã ſcilicet, vt ſoluatᷣ potius pars decima quã alia minor, aut maior, poſitiuo iure introducta ſit, tñ vt ſoluantur omninò ꝓ ſuſtentatione neceſſaria miniſtris Eccleſię diuino iure introducitur, vt patet ex Luc 10. c. *Dignus eſt mercenarius mercede ſua*, & tex. in c. decimas.

Deo,

)co.16.q.7. & in c. decimas à populo,& in c.reuerti-
nini,16.q 1.& tradit Panor.& ibi DD.in rub.de decim.
c in c. parochianos, n.1.& 3.& eod.tit.& in c.exhibi
1,n.4.de rer.permut.expreſſus text in c.tua nobis, el
.in verſ.nimis profecto,de decim.latè Aret.in c. deci-
1ę 16.q.1.D.Th 22.q.77. art.1. Nauar.in apol. de re-
it.Eccl.q.1.monito 69.n.1.& in Man. Lat.c.21. num.
8.qui multis alijs id probat autoritatibus, & latiſsimè,
c meliùs dom.Couar.lib.1.variar. reſol.c 17. per totũ.
ſc quatenus pragmatica iſta ſolutionem decimarum
mpediret al.quo modo, opinor,nec Pontificē ſtatue-
e potuiſſe,cũ ex eo q; iſtæ decimæ debeantur ex pręcepto diuino, vt dixi,& ex Couar.vbi ſup.n.2. per Pa-
ıam cõtrauenıri nõ poterit,nec cõtra illud diſpẽſari,vt
n c.literas,§.opinioni,de reſt.ſpol. c.fin. de trãſact. nã
:ũ Deus dec mas ſibi retinuerit in ſignũ vniuerſalis do
ninij, vt in c.tua nobis,de decimis,& in hoc Dei honor
erſetur,non poterit Papa efficere,vt iſte honor crea-
ori nõ exhibeatur. Quæ ratio ita fortiſsima eſt,vt gra.
iſsimos impulerit viros ad tenẽdum,ac nõ minùs cõ-
ılendũ, q; ſummus Pontifex nequit concedere laico
riuilegiũ percipiendi, & exigendi omnes decimas a-
icuius Eccleſię in perpetuũ, & quòd huiuſmodi priui-
egiũ non valet,tamquã latũ contra prohibitionẽ Cõci-
ij Lateranenſis,vt in c.prohibemus,c.quamuis,&c. ad
ıęc,de decimis,c 2.§.ſanc,eod.tit.lib.6. cũ traditis per
Barb. in conſ.35. n.3. & 4. volum.2.& per Decium in
conſ.113.vol. 2.& per Beltrand.in conſ.150. n.2. vol.2.
:tſi cõtrariũ verius exiſtimem, praxi & cõmuniter re-
ceptũ: immò vt huiuſmodi priuilegiũ valeat, laico per
Pontificem conceſſum, vt videre eſt ex congeſtis per
Hoſt.in ſua ſum.tit.de decimis,num.13.vbi in verſ. ſed
certè

certè concludit, quòd ſicut partem decimarum, ita & in totum Papa poteſt concedere laico iſtud ius percipiendi decimas in aliquo loco, ſiue ad tempus, ſiue in perpetuum, refert, & ſequitur Henric. Bohic. in cap. à nobis, de decimis, col. 1. verſ. dic tñ, ſecũdũ Hoſt. & idẽ Hẽric. in c. quãuis, eodẽ tit. & Hoſt. in c. cũ apoſtolica, de his, quæ fiunt à præl. ſine conſen. col. fin. & Ant. de Butr. ibidem num. 17. & idem in cap. cauſamque, de preſcrip. n. 6. ibi: *Quia ius decimarum non cadit in laicum, niſi ex diſpenſatione Papæ:* & tradit Balb. in ſuo tract. de præſcrip. 1. p quintæ partis principalis, q 7. nu. 19. Ripa in cap. decernimus, de iudic. n. 74. Couar. vbi ſup. n. 6. & text in l. 23. tit. 20. p. 1. ibi: *Y aun puedeles otorgar demas deſto, que tomen diezmo de algunas ygleſias por tiempo ſeñalado, o por ſiempre, ſegun lo tuuiere por bien:* & ibi Gregor. noſter, verb. *Tomen diezmos.* Nec obſtat, quòd decimæ debeantur eccleſijs de iure diuino, quia reſpondetur, quòd quędam ſunt pręcepta moralia de iure diuino, in quibus non ſeruatur aliqua temporalis, ſiue priuata vtilitas, niſi detrimentum alterius faciat, aut committat aliquis, vt in furto, & in talibus, quia ſine peccato committi non poſſunt, Papa diſpenſare non poteſt. Alia verò ſunt, in quibus verſatur priuata, ſiue temporalis vtilitas, quę ad Eccleſiam ſpectat, vt in decimis, primitijs, & oblationibus, per quæ nemini generatur prędiudicium; ſed non ſoluentes peccant: & cũ iſta temporalis ſpectet ad Deum, cuius Vicarius vniuerſalis eſt Papa, poteſt in his ſtatuere, & de his diſponere, ſicut placet, cap 1. & 2. de translat. Epiſc. & cap. cuncta per mundum 9. q. 3. Et ſic poteſt Papa concedere laico, quòd percipiat decimas alicuius loci, vel quòd decimas ipſe non ſoluat. Ita reſpondit Hoſt. in ſua ſumm. tit.

de decimis, num. 13. verſic. dicunt aliqui, cuius ver- refert, & ſequitur Henricus Bohic in d. cap. à nobis, decimis: & multæ aliæ fortiſsimæ, ac elegantiſsimæ tiones, quæ totam hanc difficultatem facillimo ne- tio diſſoluunt, peti poterunt ab eodem Hoſtiẽ. in d. p. à nobis, & ab Henric. Ant. Ancharr. & Abbat. ibi, à dom. Couar. in d. ct. cap. 17. lib. 1. variar. nu. 2. 3. & & à Didac. Perez in l. 1. tit. 5. lib. 1. Ordinam. & inter is hæc, quæ à principio lata eſt ratio, quòd decimarũ lutio quoad Dei miniſtrorum congruam ſuſtẽtatio- ẽ, eſt de iure diuino, ſed reſpectu quotæ de poſitiuo, ſuper iſta ſolet, & poteſt cum laicis diſpẽſari, diuino re illæſo remanente.

3 Vnde ſequitur, ſumma iuſtitià ita declaratum fuiſſe, ùm nulla Principis cõſtitutio poſsit efficere, vt deci- æ non ſoluãtur, vt in cap. tua nobis, el primero de de- imis, & ibi notat Panorm. nu. 1. & in cap. veniẽs. nu. 9. e præſcr. Immò qui quolibet modo ſubtrahere, aut lia via ſolui impediret, ſententiæ excommunicationis ibiaceret, vt conſtat ex Concil. Trid. in ſeſ. 25. c. 12. de eform. vbi præcipitur ſic: *Qui decimas aut ſubtrahunt, ut impediũt, excõmunicentur, nec ab hoc crimine, niſi plena eſtitutione, abſoluantur*, vt etiam declarat Nauarr. in d. Manuali Latino c. 25. n. 32. & idem de primitijs intelli- gendum eſt, cùm ſub eodem præcepto cõprehendan- tur, vt patet ex cap. 1. & ibi Panorm. nu. 8. de decim. & ex D. Thom. 2. 2. q. 86. & ex Nauar. vbi ſup. in fine.

4 Idem de reditibus eccleſiaſticis ſtatuitur, de quo- rum origine, & natura non poteſt ita breuiter aliquid explicari, quin altiorem indaginem, & peculiarem tra- ctatum requirat, vt videre eſt apud D. Thom. 2 2. q. 185. art. 7. & in quodlib. 6. art. 14. Archid. in c. ſtatuitur, §. aſſeſ-

ff. finium regund. & in l. 8. & 13. tit. 18. p. 5. vbi in aſsignatione terminorum per probationem ocularis inſpectionis iudicatur, & text. in l. præſes prouinciæ la 5. ff. de offic. præſid. vbi circa reparationem & ruinam domus, ſeu ædificij hoc eodem modo proceditur, & in l. eãdem orationem in fine, ff. de ferijs, & in l. partitæ, vbi per inſpectioné læſionis æſtimatur iniuria, & in caſib. quos congerit Mand. in d. reg. 18. q. 5. numero 4. & 5. & optimè Maſcar. 2. parte de probat. q. 8. à num. 1. vbi etſi probationes per euidentiam facti, quod iudicis oculis ſubijcitur, referat, nulla tamen inuenietur, quę circa res in intrinſecis latentes obuerſetur, ſed in his, quę ad ſenſum patent. Vnde vt probatio hic per rei euidentiã conſtet, ſcire debemus hominem eſſe agricolam per exercitum ruſticanæ artis, quod eſt quid extrinſecum; & licèt quilibet habilis & idoneus pręſumatur, vt in capit. dudum de pręſumpt. vbi Panormit. & latiſsimè Felin. & text. in capit. ſicut 1. q. 1. tamen hoc eſt quoad mores intelligendum, nam quoad extrinſeca, nempe diuitias, ſcientiam, & officium, & ea, quę labore, & vigilijs acquiruntur, nemo idoneus præſumitur, vt in gl. l. ſi vero, §. qui pro rei qualitate, ff. qui ſat. cog. & gloſſa verbo ſcientiam, capit. ſi fortè de elect. cum traditis per Alciatum vbi ſup. in 3. reg. pręſumpt. 2. num. 5. & Maſcar. 1 parte in concluſione 1377. numero 8.

COMMENTARIORVM PRAGMATICÆ in fauorem rei frumentariæ, & agriculturæ,

LIBER TERTIVS.

QVemadmodum diligens agricola, Mecœnas multis nominibus glorioſiſsime, inſerit fœcundas arbores, quæ alteri ſeculo iucunditatem, ac non minùs vtilitatem poſsint afferre, quarum ipſe forſan poma nunquam decerpet, nec baccam aſpiciet, & villis plerũq; inſidendo, ex quibus magnorũ virorum monumenta prodierũt; ita vir externis ſolicitudinibus vacuus, magis natus Reipublicæ, quàm ſibi, ab omnium oculis remotus, tempus tranquillũ conterens, ſerere debet poſteris inſtituta Reipublicæ monumenta quæ proſint, & quibus humanum genus inſtruatur, vt feliciùs propagetur, & ex fructibus ſcripturarum frugalitatem cõſequatur. Quid dulcius, quàm per huius opaci viridarij pacatiſsimum ſeceſſum

ſeceſſum digredi, vt & oculi ornatus pulchritudine reficiãtur, & nares odoriferæ ſuauitatis ſpiramen percipiant, animus & mẽs terræ diuitijs, & varietate fructuũ recreentur? Quare in ſaluberrimo rure iſto tua celſitudo ferietur, lętas nonnunquam ſegetes colligat, vepres abijciat, & vt virum magnum ingenij acumine, & dexteritate præditum decet, quæ vtilia, & dulcia ſunt, ab inconditis, & inſulſis ſeparet, & reportet, vt ſicut ſolers apes fauos conficiũt: in his enim agrorum ſeceſsibus multa frugifera, veluti in horreo frumentum, & in ſcrinio theſaurus, recondita reperientur.

Summarium capitis primi.

De Cauſa huius diſpoſitionis, & de amotione eorũ, ſine quibus diſpoſitio ſalua eſſe non poteſt. num.1.

De dominis prædiorum, in eorum fructibus tacitam hypothecam habentibus, & de eo qui ſemen præſtitit. num.2.

An mulier pro dote præferatur in fructibus dominis prædiorum, ex quibus percepti ſunt? eleganter expenditur, numero 3. & num ſeq.

Nouis fundamentis quæſtio de dote elucidatur, & reſoluitur, & pulchrè corroboratur. num. 4.

Conductor prædiorum ante ſolutionem penſionis an faciat fructus ſuos ad intellectum l. ſi ſeruus, §. locaui, ff. de furtis. num. 5.

An quis emendo fructus, quos propenſione obligatos eſſe ſcit, ſuos faciat? num. 6.

Locator & conductor quilibet dominus eſt fructuum pro parte ſibi debita, vt dilucidè conſideratur num. 7.

De clerico paupere penſionem eccleſiaſticam debenti, ad rem noſtram perutilis animaduerſio. num. 8.

De re-

De rebus alienis in domum inuectis pro penſione domus non hypothecatis, & de alieno in ſolutum non recipiendo, ad noſtrum intentum traditur. num. 9.

Fiſcus an præferatur dominis prædiorum in eorum fructibus? num. 10.

De prælatione dominis prædiorum in eorum fructibus competenti. Caput I.

1 OMnia ad exactam agrorũ culturam ſpectãtia, quę & in rebus agriculturę, & in agricultorũ perſonis collocata ſunt, ſuperiùs tradidi. Sed quia aucta quidem eſt expenſarum quãtitas ad immẽſitatem multam, creditores autem iam vndique, & nouiſsima inopia eſt, tot ea premente noua litigia generabantur, quæ facilè prędictas vtilitates obnubilare, & earum conſtitutiones eludere poſſent, niſi inferioribus huius pragmaticæ ſanctionibus prouideretur: vt aliàs exclamauit Iuſtinianus in Authẽt. vt determinatus ſit numerus, §. cum Deo amabiles, collat. 1. cũ prædia dominis eorum emolumentum dare non ſufficerent, & ſubmiſsionibus factis ab alterius iuriſdictionis iudicibus, velut exules, ad iudicium traherentur agricolæ, qui dominos oppidorum cũ perhorreſcerent, pro eis varijs fideiuſsionum inuolucris ſe implicarent, frumenta & blada ab eis renitentibus extraherentur, & grauia militum paterentur hoſpitia, & alijs oneribus grauarentur, ita vt cultoribus agrorum oppreſsis agri inculti & deſerti relinquerentur; quæ omnia iam hac diuinitus pragmatica edita prohibentur, cùm aliter inſtrumenta, & alia agriculturæ neceſſaria ſalua eſſe non poſſent, & ſic in primis amoueri hæc impedimenta

Digitized by Google

menta oportuit, vt in l. huius enim in princ. ff. qui pot. in pign. habeantur, ibi, Sine quibus nauis ſalua peruenire non poterat. l. 2. C. de Epiſc. & cleric. l. 1. §. nō autem ex omni ff. de exercit. act. l. cęterum. ff. de vſu & habitat. & in l. vxori, & ibi notatur. ff. de aur. & arg leg. quę & qualia impedimenta agriculturę, & quo ſaluberrimo remedio amota, & abſtracta fuerint, facilè ex infra dicendis perſpici poteſt. Primo namque conſtitutum 2
eſt in ipſiſmet fructibus prędiorum, eorum dominos pro penſione ſibi à conductoribus debita omnibus cu iuſcunque conditionis creditoribus eſſe pręferendos, inquit enim pragmatica. *Que en los frutos de las tierras ſean preferidos los ſeñores dellas por ſu renta a todos los otros acreedores, de qualquier calidad que ſeā:* anteà enim domini prędiorum in eorum fructibus pro huiuſmodi penſione tacitam hypothecam habebant, ita vt loco pignoris fructus retinere poſſent, vt eſt text. in l. in prędijs. ff. in quib. cauſis pig. vel hypot. tacit. contr. l. quamuis. C. eodem tit. §. itē Seruiana, inſt. de action. l. 5. tit. 8 par. 5. & in explicatione ſecundę limitationis huius pragmaticę à me latiùs traditum eſt in lib. 1. cap. 14. à num. 1. quatenus pro fructibus dominis prędiorum debitis in illo caſu poſſe capi bona agricolaræ fuit oſtenſum; hîc autem an pro eis domini prædiorum reliquis præferantur creditoribus, diſputatur; nec mirum ſi iure optimo præferendos eſſe in præſenti conſtitutum ſit, cùm etiam antiquo iure qui præſtitit ſemē cauſa fructuum percipiendorum, in ipſis fructibus pro dicto ſemine alijs creditoribus, etiam anterioribus tempore, præferebatur, vt videtur facere tex. in l. procuratoris. §. in tributum, verſic. quod tamen, & in §. ſi plures. ff. de trib. & tenet Ferrar. tit. formalib. in actione hypoth.

hypothe. verſic. ſub eadem obligat. nu. 11. & cùm plus impendat, qui prædia ipſa ad percipiendos fructus accommodat, quàm qui ſemen: meritò igitur præferretur, vt iuſtiſsime in præſenti deciſum extat. Sed hoc
3 habito pro conſtante, quærere neceſſarium eſt, an domini prædiorum in eorum fructibus mulieri pro dote ſua agenti præferantur? In quo ego dubitari vidi ex eo, quòd mulier habeat tacitam hypothecam pro conſequenda dote in omnibus mariti bonis inductam, vt in l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxor. act. & in d. §. fuerat, & ibi late DD. inſt. de act. & cap. ex literis de pign. Nec adhuc hoc ſic habito, ſufficiebat dominos prędiorum in eorum fruct bus eãdem tacitam habere hypothecam, cùm certi & explorati iuris ſit, tacitam hypothecã pro reſtitutione dotis mulieri à lege conceſſam præferri debere alteri etiã tacitæ hypothecæ, licet anteriori, vt in l. aſsiduis. C. qui pot. in pign. habeantur, & in d. §. fuerat, & gloſſa celebris in dict. cap. *ex literis*, & vtrobique DD. notant, & text. in l. 33. tit. 13 part. 5. & ibi Gregor. in gloſſ. verbo, *Obligado por palabras*, & Couarruu. in lib. 1. variarum reſolut. cap. 7. num. 1. verſic. ſecunda concluſio. Quinimò eo caſu, quo daretur, dominos prędiorum in eorum fructibus expreſſam hypothecam conſtituiſſe pro penſione, & mercede ſibi pro locato debita, iuxta tradita in l. quanuis la 3. C. de pign. & in l. licet. C. qui pot. in pign. habeantur, & in l. 1. §. 1. C. de rei vxoriç act. vbi ſi expreſſe caueatur, vt res ſit hypothecata, expreſſa ibi, non tacita cõtrahitur hypotheca, vt voluerunt etiam Cepola cautela 124. num. 5. circa finem, & Couarruu. vbi ſup. num. 3 & Greg. in l. 30. tit. 13. part. 5. verbo, *El poſtrimero*, eodem modo intelligerem, tacitam hypothecam mulieri pro dote cõpetentem,

petentem iſtiuſmodi expreſſæ hypothecę, quę in fructibus prędij expreſſa conſtituta eſt, eſſe prçferendã, cùm expreſſa poſterior ſit, videlicet à marito cõductore, conſtante matrimonio, conceſſa in fructibus prędij, quod conduxit, & ſic tacita pro dote competens, quæ anterior eſt, prçfertur poſteriori expreſſę, vt probant Bald. Ang. & Salic. in d. l. aſsiduis, C. qui pot. in pig. hab. Alexand. conſil. 58. num. 5. lib. 7. & alij per Couarruu. vbi ſup. n. 1. verſic. quarta concluſio: & ſic cùm fructus prędiorum ſint mariti conductoris, in eis etiam tacita pro dote hypotheca inducta eſſe videtur, & per conſequens prçferenda erit mulier dominis prędiorum. Et 4
quòd fructus ſint omninò illius, qui prędia conduxit, probant multa iura, præſertim text. in l. cum plures, §. hæredem, & text. in l. ſed addes, §. penultimo, ff. locati, l. viam veritatis, C. eodem tit. l. 2 tit. 8 part. 5. & alia paſſim præmittunt huiuſcemodi fructus ad hæredes per conductores trãſmitti, quos, niſi eorum domini eſſent, non tranſmitterent: & in ſpecie probatur meliùs in l. fulio, §. frugibus, ff. de furtis, quę vera & indubitabilia ſunt de iure communi. Sed extante diſpoſitione huius pragmaticæ, quæ dominos prędiorum in eorum fructibus cæteris cuiuſuis conditionis creditoribus præferendos eſſe decernit, aliter videtur dicendum: immò quòd iſti domini mulieribus pro dotibus agẽtibus pręferantur in fructibus prędiorum, quorum ipſi domini ſunt: nam etſi lex noua generaliter loquens non extendatur ad leges antiquas in ſpeciali caſu loquentes, vt eſt gloſſa magna recepta in l. ſciendum, ff. qui ſat. cog. & per conſequens pręſens noua diſpoſitio ad ſpeciales de dote caſus videatur non eſſe extendẽda; tamen hoc nequaquam poteſt procedere, quando ex lege noua aptè

ua apte deprehenditur, voluiſſe comprehendere caſus ſpeciales antiqui iuris: nam tunc ad eos etiam extenditur, vt in cap. contra Chriſtianos, iuncta ibi gloſſa vltima de hæreticis lib. 6. & ex Imola in l. ſi verò, § de viro, num. 5. ff. ſolutó matr. & ex Alexand. & Iaſſone in d.l. ſciendum. Quod cum ita ſit, ex mente huius legis caſum dotis, & alios ſpecialis iuris antiqui voluiſſe comprehendere apparet: cum quia hic agriculturę commodum lex reſpicit, tum quia animum dominis prędiorum addit, vt prędia ſua ruſticis agricultoribus locent, ne inculta fortaſsis relinquant, ſi in eorum fructibus alios poſſe præferri conſiderarent: atqui cùm caſus dotis, & aliorum anteriorum creditorum ſolum hunc metum iuſtè dominis prædiorum poſſent inferre: patet igitur eumdem timorem, caſus iſtos antiquos excludendo, hanc legem depellere voluiſſe: aliter enim de nullo dubio ſeruiret. Quod minimè dicendum eſt, vt admonet Neratius in l. quod Labeo, ff. de Carboniano edicto, & Vlpianus in l. 1. circa finem, ff. ad municip. Quam enim quæſtionem præſens diſpoſitio dirimit, niſi iſtam de dote, & de alijs creditoribus anterioribus non dirimeret? cùm ea potiſsimum verba adijcerentur in hoc tertiò pragmaticæ capite, ibi: *De qualquiera calidad que ſean:* vbi omnes caſus comprehendendo, nullum videntur excipere, vt in l. 3. & ibi notat gloſſa final. & Doctores, ff. de offic. prçſid. & in capit. ſi Romanorum, § dicendo vero, 19. diſtinctione, & in capit. ſolitæ, & ibi notatur in fine de maior. & obed.

5 Nec quiſquam id cum alterius iniuria, & detrimento diſpoſitum eſſe arbitretur, perperam namque arbitrabitur, & reconditi iuris, integræq; rationis ſe oſtendet

ignarum, cùm potius legis huius luce fulgente, teq; præ alterius cord tiſsimæ legis fungētur: nam extat ponſum ſubtiliſsimi Africani in l. ſi ſeruus. §. locaui, æ ſolemnis eſt ſecundum Bart. ibi ff. de furtis in cu- genuino intellectu laborauerunt Doctores. Sed ld. per illum textum in l. 2. C. de rerum permut. pla- , & verè quidem arbitratur, quòd cōductor prędio- m huiuſmodi non faciat fructus ſuos, donec penſio- m, & mercedem debitam ſoluerit. Idq; apertè col- itur ex d. §. locaui, vbi competit domino prædij actio rti pro fructibus eiuſdem prædij, quod locauerat. Si im dominus prædij fructuum etiam quoad penſio- m debitam dominus non eſſet, non haberet vtique rti actionem, vt patet ex l. inter omnes. §. rectè. ff. de rtis. Vnde dicit Bart. in d. §. locaui, cum Iacobo de e. Doctore antiquo, quem ipſe allegat in verſi. dicē- m eſt ergo, quòd emptor fructuum, ex quo ſciebat, ædium locatum, & fructus obligatos, furtum eos e- endo commiſit, nō autem per emptionem eos ſuos ciſſe: & idem videtur tenuiſſe gloſ. 1. in l. traditioni- s. C. de pactis, de quo fecit Salicet. ſeſtū ibi, per text. §. venditæ inſt. de rerū diuiſione, vbi emptori nō ali- res empta acquiritur, quā ſi venditori pretiū ſolue- , aut aliter ſatisfecerit. Idq; etiā notauit And. Barba. addition. ad Bart. in dict. §. locaui in 3. oppoſitione, uod præcipuè in hodierni temporis frumentarijs re- tibus vulgo, *Pan de renta*, locum habet, nam dominus ndi dominus etiam eſt fructuum pro parte, quæ ad ſum ſpectat, & non ſolùm eius partis, ſed omniū fru- uum contra tertios perſecutoriam habet, vt in d. l. llo. §. frugibus. ff. de furtis, gloſſa, & ibi Bartol. in l. ſi es. ff. eod. tit. eſtq; de iure Regio, text. in l. 12. tit. 4. 6

part.

part.7.ibi: *Mas quando el labrador aparte del fruto de la tierra q̃ labra, ſi aquel fruto fuere furtado ante q̃ ſea partido, el ſeñor dela heredad le puede bien demandar al ladron con la pena del furto.* Nec obſtat, quod à me paulò ante dictũ eſt, fructus prædij locati cõductoris eſſe: nam id verum eſt pro parte, quæ ad eum ſpectat, non verò pro parte, quæ ad dominum fundi pertinet, vt in d.§.frugibus, &
8 d.gl.l.ſi apes, & l.partitæ, fructus enim ſunt veluti pars ſubſtantialis ipſius fundi, ex quo percipiuntur, ac ſicut fundus locatoris domini eſt, ita fructus, qui pro ipſa locatione fundi debentur, non minus ac de eccleſiaſtica penſione dici ſolet, quæ annexa eſt fructibus præbendæ, aut beneficij, & quemcunque poſſeſſorem ſequitur, vt ex Felin. in cap. ad audientiam. 2. de reſcriptis, & ex alijs tradit Gutierrez in quæſt. Canon. cap. 1. à nu. 110. & eſt pars quædam beneficij ſubſtantialis, ita vt dominus eius quoad partem, quæ ſibi ratione pẽſionis debetur, ipſummet habere beneficium videatur, vt colligitur ex Gomez. in reg. chancellar. de annali poſſeſſ. q.21. verſic. in contrarium tamen. Ex quo etſi inopià laboret ille, qui penſionem eccleſiaſticam debet, cùm ex ipſius beneficij reditibus, quibus annexa eſt, ſolui debeat, non audietur deſiderans penſionem etiam retinere, ne egeat, cùm fructus quoad partem eius ſint illius, qui ratione penſionis eos percipere debet, vt inſinuare videtur Couarruu lib.2. variarum reſolut. cap.1. num.9. verſic. quoties, circa medium, & hac ratione procedit, vt ſucceſſor in beneficio teneatur ad ſolutionem penſionis tempore anteceſſoris decurſæ, quia fructus, qui ratione illius debentur, ſeu quantitas pecuniæ, in ipſo beneficio reperiuntur tanquam pars ſubſtantialis ipſius, & ita tenent Francus in cap. fin. in fine de offic.

Digitized by Google

ſic.ordinat.& latiſsime Gigans in tract.de pēſ. eccleſiaſt.q.39.& idē Gutierr.vbi ſup. n.111. Ex quo patet, ſū,cui penſio debetur,in exactione illius,omnibus etiā anterioribus creditoribus præferendum, cùm quidem quod ſuum eſt,non vero quod eſt debitoris, vendicet, vt in l.ſi ventri.§.in bonis.ff.de priuileg.credit. non er- 9
go mirum videri debet,ſed iuri, & rationi cōſonum, ſi creditores illius, qui prædium conduxit, ſolummodo pro debito recipiēdo,poſsint res debitoris, ſcilicet fructus,qui ad eum ſpectant,exigere,nō vero fructus, qui ipſius non ſunt,ſed domini prædiorum,capere: & è cōtrà, vt ipſi domini in fructibus, qui ipſorummet ſunt, præferantur,cum ſolùm in eo, quod ſuum eſt, retineāt. In quo cum fructus alieni ſint,hoc eſt,domini prędiorum,neſcio quo pacto creditores alij, cuiuſcumq; conditionis hi ſint,præferri deſiderant,cum nec in res alienas in domum inuectas tacita cadat hypotheca,de qua in l.item quia.ff.de pactis cum ſimilibus, vt patet ex l. 2.& per totum.C.ſi res aliena pignori data ſit,& tenet Greg.Lup.in l.5.tit.8.p.5.verb.*Fincan obligadas*,verſic. de re autem aliena,cum alijs per Ferd.de Mend. traditis in diſp.iuris ciui.lib.11.c.4.n.35.cū ſeq. Quod etſi in cauſa dotis poſitū facilem exitū videatur habere, facilior tamē reſponſio eſt in fiſco, cui licèt actionē capienditres agriculturæ neceſſarias alijs deficiētibus cōpetere traditum eſt,vt dixi,in eo caſu procedit,in quo ipſe agricola debitor eſt,non tamen quando alius creditor prælationē pro debito in fructibus prædiorū intendit habere:nam aut cōtendit dominus prædiorum, & tūc in fructibus eorū fiſco etiam præferendus eſt,cum non aliter conductor fructus ſuos faciat, quàm ſi integram pēſionē domino ſoluerit,vt dixi: nullus enim creditor,

T qui

qui temporis,aut prærogatiuæ priuilegium habet, hæc quæ aliena ſunt, non vero debitoris in ſolutum poteſt accipere, vt præter proximè adducta cõfirmari poteſt ex ſententia Vlpiani in d.l.ſi vẽtri.§.in bonis. ff.de priuileg.credit.ibi:Si tamen nũmi extẽt,vindicari eos poſſe puto à depoſitarijs,& futurum eum, qui vendicat ante priuilegium,cùm id,quod noſtrum eſt,ſine facto noſtro ad alium peruenire non poſsit, vt in vulgata. l. id quod noſtrum.ff.de reg.iuris.Aut alius, qui fundi dominus non ſit,fiſco in fructibus præferri deſiderat (nã frumentum,quod extra ſerendi cauſa neceſſarium eſt, pro executione poſſe capi,manet expeditum ſupra)& tunc ſi debitum ex mutuo,aut ex alio contractu deſcẽdat,creditor fiſco erit præferendus, vt in l. quod placuit,& ibi gl.& DD.ff.de iure fiſci.l.1.C.eod.tit. lib.10. text.celebris in l.vnica.C. pœnis fiſcalibus creditores præferri,eod.lib.text.optimus in l.nõ poſſunt. ff.de iure fiſci,vbi Iabolen.ait:Non poſſunt vlla bona *ad fiſcũ* pertinere,niſi quæ creditoribus ſuperfutura ſunt, text. in l.10.tit.2.p.3.verſ. *Eſſo meſmo dezimos*,& l.16.tit.7.p. 6.tradit optime Greg.Lup.in l.9.tit.3.p.5.in gl magna Iac.Septim.de inſtit. Cathol.c.9.n.9. & elegãter Did. Couar.lib.1.variarum reſol.c.16.nu.8.Si vero creditor ex delicto ſit,vt quando fiſco dimidia pars, & priuato altera dimidia propter alicuius maleficium applicatur, tunc iſti priuato fiſcus erit præferendus,vt notant Cin. & Alberi.in l.ſi quis poſt hac. C. de bonis proſcript. & alij per Greg.& Couar vbi ſup.de quo non eſt quęſtio noſtra,ſed de dominis prędiorum,de quibus in hoc tertio pragmaticæ capite tractatur,qui in prædiorum fructibus doti,& fiſco præferuntur,vt hic cõſtitutum eſt, & rationibus non aſpernandis à me probatum.

Sum-

Digitized by Google

Summarium capitis ſecundi.

Domini prædiorum pro eorum fructibus an contra tertium poſſeſſorem agere poßint hypothecaria, ad intellectum legis ſi debitor, C.de diſt.pig.num.1.

An ſicut mulier pro dote, ita dominus fundi contra tertios præmiſſa excußione agat? eleganter & vtiliter tractatur. num.2.

Quædam Socini ſententia contra Gregorium ad comprobationem noſtri intenti defenditur, & enucleatur.num.3.

De fructuum exiſtētium requiſitione, & de rebus dotalibus inæſtimatis à quocunq; poſſeſſore ſine excußione vēdicandis.num.4.

An dominus fundi contra tertios fructuum poſſeſſores hypothecaria poßit agere? Caput II.

Qvinimò in non leuem controuerſiam adductum eſt, ex eo quòd dominus fundi fructus habeat tacitè hypothecatos, vt probaui, an agere poſsit hypothecària actione contra fiſcū, aut mulierem pro dote fructus habētem, vel cōtra aliū quemuis tertium poſſeſſorem? Et quòd poſsit agere, vulgaria iura ſunt in authent. hoc ſi debitor, C.de pign. l. 14. tit.13.p.5.& in terminis Ioā de Plat.in tit.de act.in inſt. in § itē Seruiana.n.80.& Martin.Lauden.in l.itē quia, & ibi Iaſ. num.1. ff.de pactis, Anton. de Fano.de pignor.in 4.part.in 2. membr. num. 134. Hugo Donellus in tractat. de pignor. capit. quibus in cauſis pignor. vel hyp.tacite contr. hoc enim operatur hæc tacita in

Digitized by Google

fructibus hypotheca, vt in d.l.in prædijs, ff.quib.cauſis pig.vel hyp.& Iaſ.in d.l.item quia, n.15.& 17. ad impediendam illorum fructuum alienationem, vt patet etiã per textum in l.ſi debitor, C.de diſtract.pignorum, vbi Imperatores dixerunt, quòd ſi debitor rem iure pignoris creditori obligatam, illo non conſentiente, diſtraxit, dominium cum ſua cauſa, id eſt, obligatione pignoris transtulit ad emptorem. Et negare id non potuit Ferd. de Mend.in diſp.iuris ciui.lib.2.cap.5.à num.2. cum ſequent.etſi ibi noua id dicat ratione ſtabilire, eadem tamen magis ſubtiliter, quàm verè conſiderata, vbi expreſſe tenet, tunc id procedere, quando bona debitoris reperiri non poſſunt, vnde debita penſio ſoluatur, & ex intellectu text.in d. l. ſi debitor excuſsionem priùs faciendam inquit in bonis debitoris, quàm ad poſſeſſores fructuum, qui tacitè hypothecati ſunt, deueniatur: id enim in omni tacita, ſeu expreſſa hypotheca, generaliter ſtatutum eſt, vt in d. authentic. hoc ſi debitor, C. de pign. & eſt text. de hoc tacita hypotheca legali in l.moſchis, ff. de iure fiſci, tradit Bald. in l. hęredem, C.de act.hæredit.

2 Ex quo videtur ſequi, quòd ſicuti mulier pro dote agẽs hypothecaria cõtra tertios poſſeſſores id cõſequi, aut obtinere nõ poſsit, niſi priùs facta executione in bonis mariti, vt eſt gl. notab.in l.vbi adhuc, C.de iure dot. & ibi Cin.q.11.Bart.in l.ſi cõſtante, ff.ſolut. matrim. in 3.parte 3. partis, & Gregor. ex Nouello, & alijs in l.14. titul.13. p.5. gloſſ penult. ita dominus fundi non poſsit hypothecaria agere contra tertios, niſi in ſubſidium, deficientibus bonis conductoris, præmiſſę legitima excuſsione, quod forſitan in propria ſpecie rerũ inuectarum in prędiũ vrbanũ, vel cũ ſcientia domini in ruſticũ

verum

verum erit: cum tunc in pecunia pēſio ſoluatur, & ea tā tū cōſequi, locatoris interſit. Sed in terminis, in quibus fructus tacitè hypothecati ſunt, aliter dicendum exiſtimo, vt nulla præmiſſa diſcuſsione in bonis conductoris actio quaſi Seruiana, vel hypothecaria cōtra tertios fructuū poſſeſſores cōpetat, ſi extent: cum huiuſmodi fructus ſint omninò ipſius domini prædiorū, & ad eū iure dominij pro penſione pertineant, vt in d.l. fullo. §. frugibus, & l. ſi ſeruus §. locaui. ff. de furtis cū ſimilibus huius claſsis à me paulò ſuperius traditis: nā ex quo ſemel fructus obligati ſunt, debitoris factū id excuſare nō debuit. Pro quo facit ſingulariter text. in l. vtrū præſente, ff. de conſtit. pecuniæ in fine, per quem cōmuniter dici ſolet, quòd inuecta, & illata in domum, etiāſi aliò, hoc eſt, in alienam domū, ſeu ad aliud prędiū trāſferantur, adhuc remanent nexu pignoris obligata, vt tradit Bald. in l. certi iuris n. 12. C. locati, & Ang. in §. item Seruiana nu. 1. & ibi Iaſ. num. 66. inſt. de act. & in agente interdicto Saluiano, vt poſsit, videlicet nulla excuſsione facta agere, tenet expreſſe Socin. in cōſ. 8. in quæſtione quæ vertitur inter Illuſtriſsimum vol. 3 col. 2. & ſic in quaſi Seruiana, vel hypothecaria actione locum etiam debet habere, quod in Saluiano interdicto habet in hac excuſsionis ſpecie, eo enim vtitur dominus fundi pro obtinenda penſione à colono in contractu locationis promiſſa, vt in §. interdictum, inſt. de interdictis. l. 1. ff. de Salui. interd. eſtq; inter Saluianum, & Seruianā nō magna differētia, quod interdictum eſt poſſeſſorium, & datur locatori pro obtinenda penſione, & cuilibet alij creditori hypothecario, vt dicit Bart. in d. l. 1. quem ſequitur Platea in d. §. item Seruiana num. 83.

Quapropter hoc veriſsimū eſſe arbitror cū Socino 3

T 3 quie-

quicquid cū refellēs aliter teneat ſapientiſsimus Greg. in l.14.tit.13 part.5.verbo, *Primeramente*, in vndecima limitatione motus generalitate dictæ Authent hoc ſi debitor,cū longè diuerſum ſit in hoc caſu, in quô dñs fundi locati dominus eſt etiam fructuum, qui ſibi pro mercede debentur,vt in d.§.frugibus, & in d.§.locaui, vbi habet eorū perſecutionem,vt ab alio poſsidēte extrahat,& accipiat,cùm etiam generaliter verū ſit, pro extātibus fructibus,vel rei vēdicatione, ſi dominus ſit, qui vendicat,vel aliàs officium iudicis cōpetat, vt in l. certum.§.bona fide.C.de rei vend. & Accurſius in §.ſi quis à nō domino,verb.nō poteſt,inſt.de rerū diuiſione. Nec quicquā refragabitur,ſi mihi obijcias, validam eſſe venditionem de re aliena contractam,ex text.in l. rem alienā.ff.de cōtr.empt.Accurſius in l. Caius verb. non obeſſe.ff.de pig.act. & ibi Bart.notat, & text. in l. 119.tit.5.p.5.& ibi optimè,vt aſſolet Greg.in gl 1.&ſeq. nam nihilominus dominus rei, & in hoc caſu fructuū, qui ſibi ex locatione debētur, poterit ab emptore rem ſuā,aut fructus euincere,quos emptor reſtituere tenebitur,ſi extiterint,licèt emptori regulariter pro re euicta expenſis,& dānis ex victione proueniētibus aduerſus vēditorem actio detur,vt in l.venditor.§.euicta re. ff.de euict.l.tenetur.§.ſi tibi iter, & §.vltimo. ff de act. empti.l.nō dubitatur.l.cum quæſtio.C.de euict.latè Didac.à Couarr.lib.3.variarū reſolut.c.17.à nu.1.cū ſeq.

Magna enim ad hoc vis ineſt in eo,ſi fructus extite-
4 rint:nā cùm eorum dominus ſit locator pro parte ſibi expenſione debita, nō mirum ſi eorum perſecutionem habeat,& à quocūq; etiam legitimo emptore euincat, cùm fructus habere,eius interſit,& eo inuito aliud pro eis ſolui nequaquā poſsit, vt vulgariter dicitur,& com-

unitec probatur in l.2. §.mutui datio, ff.ſi certum pe
tur,& l.ſi ſe non obtulit,§.ait prætor, ff. de re iudica-
,l.promiſſor,§.fin.ff.de cōſtitut.pecun.l.item libera-
ur,§.qui paratur,ff.quib.mod.pig.vel hyp.ſol.,& in au
hent.hoc ſi debitor, C.de ſolut.& l.manifeſti,C.eod.
t.& in ſpecie fructuum,frumēti,& hordei,& aliorum
liud pro alio ſolui inuito creditore nō poſſe, niſi cauſa
rementis neceſſitatis, & quando fructus, niſi magno
ncōmodo haberi non poſſunt ex Bart. & alijs probat
pptimè Mex.Pōt.in pragm.panis in 6.cōcl.n.11.cū ſe-
quēt.Nec me mouet illud de muliere pro ſua dote agē
e,quæ excuſsionem in bonis mariti præmittere debet,
quippe ſi id verum eſt, de rebus in dotem ęſtimatis da-
is eſt intelligendum: nam ſi inęſtimatę darentur, ſine
lubio pro ſpecie ipſa, ſi extaret, abſq; vlla excuſsione
contra quemlibet etiam tertiū poſſeſſorem actio per-
ecutoria competeret, cùm tunc res ipſæ inæſtimatæ
mulieris ſint. Ad quod expendo ordinaria iura in l. plo
ūq; ff de iure dot.l.ęſtimatis, ff.ſoluto matrim.l.7.tit.
1 p.4.cum eleganter traditis per eumdem Didac. à
Couar.in pract.quæſt.cap.28.

Summarium capitis tertij.

AN in ſecundi conductoris bonis tacita competat hypothecaribiq́ leges no inulla expenduntur, num.1.

Aliter inuecta in ruſticum,& aliter in prædium vrbanum obligantur pro penſione. num.2.

Quadam Doctorum ſententia conciliatur, & differentia inter colonum & inquilinum conſtituitur.num.3.

Ratio differentiæ in obligatione ſecundi conductoris de re ruſtica,aut vrbana, latè diſſeritur.num.4.

Fructus prædij domino ſunt obligati, etſi primus conductor

 alteri

alteri locauerit, & an dominus illos poſsit retrahere, ſi colonus alteri vendiderit? num. 5.
Traditur intellectus ad textum in l. ſi horreum, ff. in quibus cauſis pign. vel hyp. tacitè contr. num. 6.
Et an præferatur dominus locator in fructibus vnius anni pro penſione multorum? num. 7.

An dominis prædiorum pro penſione competat hypothecaria contra ſecundum conductorem. Cap. III.

1 GRauis eſt quæſtio, quã nunc diſputandam aggredior, vt percipias quanta dominis prædiorum, in eorum fructibus prærogatiua cõcedatur: nam & in hoc illis prouidetur: cũ enim conductor poſsit rem conductam alteri locare, vt in l. nemo, C. de locato, an quemadmodum primi conductoris bona, & fructus hypothecatos tacitè habeat dominus locator, ita in ſecũdi cõductoris bonis & fructibus eãdẽ tacitam habeat hypothecã? In quo varias Doctorũ ſentẽtias reperio & iura, quorũ intellect⁹ malè perceptus diuerſis prębuit anſam opinionibus: nã etſi de bonis per ſecundum conductorẽ inuectis, & illatis agatur, plenè cõſtat ea primo locatori nexu pignoris obligata non manere, vt eſt text. expreſſus in l. ſi in lege, §. ſi colonus, ff. locati, vbi Iul. Paul. ait: Si colonus locauerit fundũ, res poſterioris cõductoris domino nõ obligãtur, per quẽ textum ita ſimpliciter mẽti tenẽdũ cõmẽdat Lud. Rom. in ſing. 386. incipit. Inuecta & illata, quẽ ſequit᷑ Druil. lib. 2 action. c. 21. ſed tex. in l. ſolutũ, el 2. §. ſolutã, ff. de pig. act. cõtrarium videtur probare, nẽpe vt inuecta & illata in domũ per ſecundũ cõductorẽ domino, qui primo loca-

cauit, maneãt omninò obligata, per quẽ text. ita prob at Socin. in reg. 192. in 5. fallen. verſ. & prędicta regula debet intelligi: vbi ſubdit etiã, quòd etſi ſecundus inquilinus habeat gratuitò rẽ locatã, vt in l. ſi gratuitã, ff. quib. mod. pig. vel hyp. tacit. cõtr. eius bona illata ſint primo locatori tacitæ hypoth. ſubiecta. Sed Iaſ. in §. itẽ Seruiana. n. 34. ſe remittit ad gloſ. & Bart. in dictis §§. ſi colonus, & ſolutã: ex quo videtur tenere cũ Accurſ. ibi in d. §. ſi colonus, verbo maneãt, quod tex. ibi procedat in prędio ruſtico text. vero in d. §. ſolutã in vrbano: qđ etiã tenere videtur Lud. Rom. in d. §. item Seruiana, n. 15. & 31. & Neguſ. de Fan. de pign. in 2. part. memb. 4. n. 135. cũ ſeq. & Bart. in d. §. ſi colon. & in d. §. ſolutã, ratione differentię aſsignãtes, vt in expreſſa hypotheca ex cõuentione procedat diſpoſitio, d. §. ſi colon⁹, qui bona ſecundi cõductoris nõ eſſe obligata probat, illius vero §. ſolutam, qui obligari diſponit, vt in tacita tantum procedat. Sed quãuis verũ ſit, quòd de illatis in prædiũ ruſticũ, & de inuectis in vrbanũ iura illa expreſſe loquãtur, & ſic diuerſimode intelligi debeãt, nõ mirũ ſi diuerſa ſit obligatio, cũ aliter obligari bona in ruſticum, aliter inuecta in vrbanum certum ſit, vt in l. eo iure cum ſim, ff. quib. cauſis pig. vel hyp. tacit. cõtr. vt cũ iudicio animaduertit Conanus lib. 4. cõmentariorum iuris ciuilis cap. 17. n. 7. quẽ ſequitur Baldui. de pignor. cap. 6. aliam poſſe huius temporis Ferd. de Mend. opinionem recenſere ſubtiliter & peracutè ſanè excogitatam in eo loco, quem ſupra citaui, in quo ſicut in alijs magnũ ſui ingenij documentum edidit. Sed quia ego tantum ad præſentem interpretationem veritatem indagare, & quæ in forenſibus quæſtionibus tractari meritò poſſent, inquirere magis intendo, quã aliorũ opiniones impugnare,

2

pugnare, potiſsimum in hac quæſtione, quæ promiſcuè & ſine diſtinctione à Doctoribus tradita ſunt, clarè & perſpicuè explanabo: nec exiſtimo aliquē eorum erraſſe, ſed ſecundū ea quę agunt, & proponunt, & verum, & in praxi vtile reſoluiſſe, quia ex facto oritur ius, vt inquit Alfen. in l. ſi ex plagis, §. in cliuo, ff. ad legē Aquiliam. Igitur hoc inter vtrūq; fundū intereſſe putāt omnes, quod ędibus locatis inuecta & illata ab inquilini primi inquilino, pignori ſint locatori à coloni noſtri colono, nō item vt etiā ex ſupra relatis aduertit Renat.
3 Cop. de priuil. ruſtic. lib. 2. 1. p. c. 3. n. 5. Sed vt quæſtionis tenebras expellā, primum animaduerto Ludou. Rom. vbi ſup. generaliter de bonis illatis per inquilinum, & colonū loquentem, ita vt per ſecundum conductorem illata, nō eſſe ſub obligatione dicat, per d. §. ſi colon. diuerſimode ſenſiſſe de illis: nā quatenus bona non eſſe obligata reſoluit, de colono omnino intellexiſſe, & ſic de illatis in ruſticū prædium, vt apparet ex *ipſomet poſtea* in ſing. 391. incipit: Vnus veſtrū, quod quidē verū eſt, & ſupra citati autores id nō negarunt: nam ſi cōtrariū ſequitur Socin. vbi ſup. ideò procedit, quia regula illa tātum de inuectis & illatis in vrbanū prædium loquitur, vt cōſtat ex principio regulæ, quæ incipit: Inuecta & illata in domū cōductā, & patet ex d. § ſolutam, quē allegat, ita vt ſi interrogaretur de illatis in ruſticum, dixiſſet vtiq; vir ſapiens, quod diſpoſitū eſt in d. §. ſi colonus, & ſic eius ſētētia nō alteris cōtraria, ſed in ſuo vero caſu intelligenda eſt, ibi enim nullam fecit mētionē de colono, ſed de inquilino, & ſic de cōductore prædij vrbani, cū hæc ſatis trita & vulgaris ſit differentia inter inquilinū & colonū, vt colonus in villa & prędij ruſtici cōductor ſit, & inquilinus in ciuitate, & vrbani prædij

Digitized by Google

conductor dicatur, vt gl. in d. §. item Seruiana, & ibi
iſ. nu. 25. & Plat. num. 86. & cõmuniter DD. gl. & ibi
mnes in l. emptoré. §. colonũ. C. de locato. Igitur cũ
ex aliqua de colono loquatur, palã eſt de conductore
uſtici prædij eſſe intelligendã, & cõtrà ſi de inquilino
nentionẽ faciat, de vrbani prædij cõductore accipien-
dam. Quo ſic, prout verũ eſt, pro conſtãti hábito, pluſ-
quàm manifeſtũ eſt, text. in d. §. ſi colonus intelligi de
illatis per colonũ in prædiũ ruſticũ, & ſic non obligari
per ſecũdum cõductorem illata, cũ ſic in prædio ruſti-
co diſpoſitum ibi ſit: text. vero in d §. ſolutã, cũ de in-
quilino tractet, de cõductore ędiũ, aut alterius prædij
vrbani intelligendũ, & ſic obligata manere per ſecũdũ
cõductorẽ illata, vt ibi, & omnes præcitati autores fa-
tentur, ſicq; intelligẽdus eſt Greg. noſter, qui in l. 5 tit.
8. p. 5. verbo, *Fincã obligadas*, hæc diuerſa iura citãdo ge
neraliter, inuecta per ſecundum cõductorem domino
pro penſione obligata manere inquit: & ideò quia in il-
la partitæ lege, quã ipſe interpretatur, in illis verbis; *Fin-
can obligadas al ſeñor de la cauſa*, de illatis in prædiũ vr-
banum agitur, vt de ſerie cõſtat eiuſdẽ legis, & ideò nõ
deſinam mirari Iacobum Menochium virum aliàs dili
gentiſsimum, qui colonum nõ excuſari, ne penſionem
ſoluat, cùm à domo receſsit, nulla facta denunciatione
domino, dixit in lib. 2. de arbitrar. 2. cẽt. caſ. 157. nu. 21.
cùm per verbum, Inquilinum, id explicare debuiſſet, vt
diligentiùs fecit in 5. cent. caſ. 441. in quæſt. quando cẽ
ſeantur bona illata, & inuecta in domo ab inquilino, vt
pro pẽſione domus ſint hypothecata. Sed ratio quare 4
inuecta per ſecundum conductorem in vrbanum prę-
dium obligata maneant, & per ſecundum cõductorem
in ruſticum illata in eadem obligatione nõ ſint, diffici-
lis

lis videbitur, Doctores vbi ſup. diſpoſita circa vrbanũ prædium expreſſa cõuentione procedere aiunt, & circa ruſticum ex tacita, tanquam nõ apta cõprehendere bona ſecundi cõductoris. Sed Bart. & Paul. Caſtren. in d. §§. & Accurſ. in d. §. ſolutam in verbo tenebuntur, & Fanenſ. cum Lud. Gom. vbi ſup. nõ ſatisfaciunt expreſſis verbis illius. §. ſolutam, vbi Vlpian. ait: Videtur autẽ tacitè, & cum domino edium hoc cõueniſſe, vbi apparet tacitã ibi, nõ expreſſam fuiſſe conuentionem. Quapropter aliter ego ſentio eorum ſententiam probãs, & rationẽ veriorem, & efficaciorem adducens, nã adhuc vt quaſi Seruiana, vel hypothecaria cõpetat pro illatis, & inuectis, neceſſarium quidem eſt, vt res illatę omninò ſint in re locata, eſtq; de hoc gl. 2. cõmuniter recepta in d. §. itẽ Seruiana, & ibi Iaſ. nu. 44. & Plat. n. 81. verſ. quarto requirit, & ibi Fab. Ang. & Gomez. & Minſin. & DD. cõmuniter cũ gl. ibi in l. certi iuris. C. de locato. Fanen. de pig. 2. part. 4 mẽb. nu. 142. & *Balduſ. de* pign. cap. 6. Atqui vt inuecta, & illata ibi perpetuò ſint, hoc eſt, durante locatione permãſura, vt in l. in prædijs. §. 1. ff. quib. cauſ. pig. vel hyp. tacit. cõtr. Bar. Bald. & Salicet. in l. ſi non inducta. C. eod. tit. bene Menoch. de arbit. in 5. cent. caſu 441. n. 4. Ex quo ad amuſſim & verè, ita vt nihil amplius deſiderari poſſit, Did. Couar. lib. 1. variatũ reſolut cap. 5. n. 5. docet merces, quæ venales in domum inferuntur, quia ibi remanere non debent, nec eo animo poſitæ ſunt, obligatas non eſſe, & id etiã probat Menoch. vbi ſup. nu. fin. Quare ſi bona cuiuslibet cõductoris ſint, in rem locatam inſerantur, hãc cõditionem domini locatoris deteriorem efficere nequit primus cõductor, alium cõductorem ſubrogãdo, quin bona illata ſecũdi cõductoris in obligatione maneant eadem,

eadem, cùm res ſubrogata ſapiat naturam illius, in cuius locum ſubrogatur, vt in l. ſi eum, §. qui iniuriarum, & ibi notant Bart. & communiter DD. ff. ſi quis caut. iud. ſiſt. fact. non obtemp. At in illatis in ruſticum prædium diuerſum eſt, cùm tunc ea illata, neq; vtiq; obligata maneant, niſi dominus ea ſciuerit illata, vt in d. l. eo iure, & ibi gloſ. ff. in quib. cauſ. pig. vel hypot. tacit. contr. & in d. l. certi iuris cum ibi notatis, & alibi dixi in 1. lib. c. 13. num. 4. Sed bona, quæ in prędium ruſticū ſecundo conductor inuehit, minùs obligata manebunt primo locatori, quia ea ſcire nequaquā præſumitur, cū quid facti ſit, & circa factum alienum ignorantia regulariter prę̨ſumatur, vt notatur in l. vſucapio, ff. pro ſuo, & ibi Bartol. n. 2. cum traditis per Socin. in reg. 176. cū ſequent. Vnde ſi dominus ſciuerit, ſcireq; legitimè 5
conſtiterit, abſq; dubio obligata manebunt bona ſecundi conductoris in ruſticum prædium inducta, vt durante locatione ibi permaneant, quia tunc cum domino ſic tacitè contraxiſſe intelligendus eſt, & ex hac tacita conuentione opinor procedere illud, quòd inuecta in domo, etiamſi alterius ſint, quàm inquilini, cenſentur hypothecata ex eo, quòd inducta, vt ibi ſemper eſſent, eorū domino ſciēte, hac tacita cōuentione teneantur adſtricta, vt tradit Caſtren. in d. l. itē, quia, ff. de pactis, Iaſ. in d. §. itē Seruiana. n. 35. & ibi Gomez, n. 19. & Afflict. deciſ. 144. n. 2. & 3. Menoc. vbi ſup. n. 5. nā ſi dominus bonorū ignoraret, neutique obligata manerent ibi, & ex eius ſcientia, & conſenſu hæc conuentio tacita adaptatur, ac non minùs in ruſtico prędio dicēdum eſt, ſi dominus, quę bona ibi ſint inuecta, cognoſcat. Quo fit, vt fructus, de quibus hìc agitur, quos ruſticū prędiū fert, etiāſi primus conduct r alteri ſecundo locauerit,

caucrit,

caperit, tacitè obligati & hypothecati ſunt domino locatori, vt expreſſe diſponitur in d.§.ſi colonus, vbi Paulus Iuriſconſultus inquit: Si colonus locauerit fundum, res poſterioris conductoris domino non obligãtur, ſed fructus in cauſa pignoris manent. Qua de re idẽ Menochius tractat in tract. de adipiſc. poſſeſ. remed. 3. q. 16. & 17. quia cum prędium domini locatoris ſit, fructus eius quoad penſionem eiuſdem itidem erũt, vt affatim ſuperiùs dixi, ac in reliquis, qui extra penſionem ſuperſunt, nõ modicam dominus fundi videtur habere facultatem, cùm ſi conductor quilibet illos venales habuerit, & dominus locator prædij emere velit, in cõparatione extranei potior habebitur, illoſque iure optimo retrahere poterit, vt per textum in l. 1. C. de metat. lib. 11. dixerunt ibi Bart. & Plat. & idem Bart. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quot. & æſtiũa. & tradit Renat. de priuileg. ruſtic. lib. 2. 1. par. cap. 3. n. 5. verſ. adiecto eo, de quo & ego ſup. lib. 1. 14. n. 5. Vnde in cauſa iſtorum fru-
6 ctuum nihil intereſt, ſi primus, vel ſecundus cõductor adſit: nullus enim dubitare poteſt, nec ignorare, quin fundi ſuapte natura fructiferi ſint, in quo quis pro ſciẽte habetur, cùm ignorari id iuſte à nemine poſſit, vt in l. quod te, ff. de rebus credit. ſi certum petatur; ex quo infero intellectum ad textum, in l. ſi horreũm, ff. ex quibus cauſ. pig. vel hypot. tacit. cõtr. vbi in illatis inhorreum, vel aream adeſt tacita conuentio, vt illa illata tacitę hypothecę ſubijciantur, quia certum, & indubitabile eſt, eo inferendos eſſe fructus, in quorũ cauſa horreum, vel area eſt, cùm area ſaltim prædium ruſticũ ſit, vt in l. fundi, §. locus vero, ff. de verb. ſig. & in l. vrbana. ff. eod. tit. Et ſic patet fructus, qui eo inferuntur, eſſe hypothecatos debere. Qua difficultate territus Accurſ. in

d. l.

d.l. horreum, aream exponit contiguam habitationi, vel in qua conductor domum conſtruxit, vt ſic vrbanum prædium aream efficeret, & nulla inde difficultas orir: tur. Qui quidem intellectus diuinatorius eſt; ille autem de præſumpta ſcientia domini in re adeò indubitabili, & à nemine integræ mentis ignorata veriſſimus, & genuinus per textū in d.l. quod te, cum traditis in d.l. certi iuris. C. de locato. Quid autē ſi per plures annos prædii dominus locaſſet, & conductor non ſoluiſſet, an pro penſione duorū, ſeu plurium annorum præferatur locator creditoribus? Textus noſter decidit quæſtionem, ibi: *Por ſu renta*, nam nō minus reditus dicetur, quod ex vno quā quod ex pluribus annis debeatur, ex l. cū in plures. ff. locati: nec requiritur, quòd penſio, de cuius prælatione agitur, indiuidualiter ſit illius anni, quo fructus colliguntur ex l. ſi ſeruus. §. locauit, & ex l. fullo. §. frugib. ff. de furtis, & ex Bald in l. 2. C. de rerum permut. vbi conductor non facit fructus ſuos, donec penſionem ſoluerit: igitur ad id, quod debitoris non erit, actio creditori denegabitur: & conducit celebris text. in l. 5. tit. 8. p. 5. cum à me traditis libro 1. cap. 14 nu. 1. & lib. 3. cap. 1. nu. 5. & 6. cum ſeq. 7

Summarium capitis quarti.

QVod fructibus prædiorum comparatum eſt, an dominis eorum pro penſione ſit hypothecatum? & exemplo rerum minoris, & eccleſiæ comprobatur. num. 1.

Res ex nummis pignoratis empta, an in eandem pignoris obligationem incidat? num. 2.

Quare ſpecialiter emptum pecunia minoris, & eccleſiæ, ipſiuſmet minoris, & eccleſiæ efficiatur, atq; in reliquis id non obſeruetur? num. 3.

Si

Si fructus prædiorum diſtracti ſunt, quo pacto dominis prouideatur, deq; eorum æſtimatione vtiliter agitur. num. 4.
Quam æſtimationem recipiant fructus, ſi debitor conductor in mora ſoluendi conſtituatur. num. 5.
Iuſte æſtimatio vſque ad particulare intereſſe creſcit, & ibi de periculo pretij diminuti. num. 6.
Quid ſi dominus fructus congruo loco, & debito tempore ſibi oblatos renuit accipere, diligenter pertractatur? num. 7.
Augmentum pretij, & æſtimationis quando ad creditorem, vel ad debitorem pertineat? num. 8.
In fructuum æſtimatione quod tempus inſpici debeat? vtiliter explicatur. num. 9.
Per quam interpellationem, iudicialem, an extraiudicialem, in mora quis conſtituatur, traditur eleganter. num. 10.

An dominus prædiorum contra illud, quod eorum fructibus eſt comparatum, habeat actionem, vel tantum ad eorum æſtimationem? Caput IIII.

1 ALia ex ſuperioribus dependens quæſtio ſupereſt non intempeſtiuè proponenda, quid ſi fructus ita diſtracti ſint per colonum, vt ex illis prædium, aut quid aliud comparatum ſit, an quod illis comparatũm eſt, tacitè pro penſione domino debita ſit obligatum? nam ſi ad fructus venditos, ſi extiterint, recurſum domino competere probauerim, & ſecundi non minus, ac primi cõductoris fructus hypothecatos eſſe ius eſt, opportunè ſequitur diſſerẽdum, an ad fructus diſtractos, vel ad prędiũ eis cõparatũ, taciti iſta pignoris obligatio deſcen-

eſcendat, vel an tantùm ad eorũ æſtimationẽ actionẽ habeat? Primũ enim ad fructus diſtractos, & actionem hypothecariam, & recurſum competere, ſi extiterint, cõſtat. Quid enim intereſt, vẽditionis, aut permutationis titulo alienari, aut quolibet alio contractu diſtrahi? ſolũ genus alienationis cõſiderari oportet, vt quoquomodo alienati ſint, non verò ſpeciem, vt magis vna, quã altera cauſa alienentur, vt in l. 1. C. de fundo dotali, & ibi gloſ. & DD. communiter notant, & in l. alienatum. ff. de verborum ſignificat cùm ex eo obligationis eſſentia non alterẽtur, quoad fructuum tacitam hypothecam, ſi extiterint, vt ſuperiùs reſolui: ſed an etiam quod illis comparatum ſit, taciti pignoris nexu obligatum remaneat pro penſione domino debita? Si textus expreſſus, eiuſque efficax ratio deficeret, mirum non eſſet, ſi quis in ea eſſet opinione, vt exiſtimaret obligatum remanere, cum loco fructuum quod eis eſſet comparatum, ſubrogatum videret: & ſic tacitam fructuum obligatiõẽ ſortiri: & quia ſicuti quod emptum, & comparatum eſt, ex re, vel pecunia minoris, ipſiuſmet minoris efficitur, etiamſi alterius nomine emptum ſit, vt in l. ſi vt proponis, & ibi gloſſ. & DD. C. de rei vendic. & in l. 2. ff. quando ex facto tutorũ, vel ſicuti quod ex pecunia minoris à tutore emitur, minori manet ſpecialiter obligatum, ita vt à tutore non poſſit diſtrahi, etiãſi ſeruus emptus ſit, quia à tutore manumitti non poterit, quia in obligatione minori eſt, vt in l. ſi tutor. C. de ſeru. pign. dat. manumiſſo: & ibi notant Iacob. de Aret. Cin. & Salicet. & Bald. & facit diſpoſitum ab Imperatore Antonio in l. 3. C. arbitrium tutelæ, vbi aut ad emptum ex pecunia, aut ad pecuniam, & intereſſe electio cõceditur: vel quemadmodũ

V empta

empta per prælatum ex emolumentis eccleſiæ efficiũtur eccleſiæ, etſi prælatus emerit nomine proprio, ſeu alieno, vt ex Concilio Romano traditur in cap. inquirendum, de peculio clericorum, vbi Panormit. num 5. latè Couarr. in cap. 1. num. 5. de teſtam. ita impræſentiarum dici poterat, vt comparatum fructibus pro pẽſione obligatis, pro eadem quoq; obligatum maneret, eiusq; domini efficeretur, cuius fructus ipſi erant.

2 Sed iure optimo aliter viſum eſt Vlpiano in l. idemque. §. ſi tibi. ff. qui pot. in pign. habeantur, dicenti ſic: *Quippe cũ res ex nũmis pignoratis empta non ſit pignorata ob hoc ſolum, quod pecunia pignorata erat.* Idq; reſcripto Alexandri Imperatoris deciſum extat in l. quanuis. C. in quibus cauſis pign. vel hypoth. & ibi Bald. & DD. & in d. §. ſi tibi, & Iaſ. in §. item Seruiana, nu. 38. inſt. de act. & in n. ſeq. rationem eſſe ait, quia hypotheca non ſuccedit loco pretij, ex ſententia acutiſsimi Papiniani, iuncta gloſ. ibi in l. 1. ff. de diſtract. pignor. quam ſingularem appellarunt Bart. in l. qui à debitore, in princ. nu. 2. ff. quæ in fraudem credit. & Ang in l. ſi & rem, in princ. ff. de petit hæred. Et præter ipſos in confirmationem adduco textũ in l. qui vas. §. cùm fur. ff. de furtis, vbi pretium ex re furtiua non eſt furtiuum, quin diuerſo iure res & pretium cenſentur. Nec quod communi pecunia fratrum, qui bona habent indiuiſa, emptum eſt proprio alicuius eorum nomine, venit reliquis fratribus communicandum. l. ſi quis aliena. C. ſi quis alteri, vel ſibi. l. ſi patruus. C. communia vtriuſq; iud optimè Roman. in conſ. 3. per totũ. & ibi in addit. Horat Mand & quia generali regula conſtitui poteſt, emptum ex pecunia aliena ementi acquiri, non ei, cuius eſt pecunia. l. ex ea. C. de rei vendic.

Sed

Sed ſola Iaſonis ratio vbi ſuprà dicentis eo procede- 5
re, quia hypotheca non ſuccedit loco pretij, non benè
Imperatoris Alex deciſioni ſatisfacit, niſi iſtius ratio-
nis alia quoq; ratio adaptetur. Et ideò cogitabam ego,
non parum ad publicam vtilitatem attinere, vt domi-
nia rerum certa ſint: quod non ita obtentum eſſet, ſi fa-
cilè ad ex pecunia mea emptum, vel ex re mea compa-
ratum, actio mihi aliqua retribueretur: nam ſi in prædi
ctis caſibus de minori, & Eccleſia, ita diſpoſitum eſt,
vt emptum ex pecunia minoris, aut Eccleſię, quę eo
quoq; iure vtitur, ipſiuſmet minoris, aut Eccleſiæ effi-
ciatur, ſpeciali quodā fauore procedit, cū eorū bonorū
fidelis adminiſtratio requiſita id expoſtulet, & ex natu-
ra ipſiuſmet adminiſtrationis prouenit, vt prędium effi
ciatur minoris, ſi pecunia, aut res, qua comparatum eſt,
eius erat, cū tutor, aut talis adminiſtrator pecunias pu
pillares in emptionē prædiorū expendere, vel ad hone
ſtū lucrū cōuertere teneātur, vt ex Bart. Paul. & Alex.
in l. diuus Seuerus, ff. ad l. Falcid. & ex alijs notarūt quili
bet elegāter, Palac. Rub. in repet. cap. per veſtras in 6.
notab. § 7. à n 2. Couar. lib. 3. var. reſol. c. 2. num. 1. & plu
ribus citatis Baeç. de decim. tut. c. 1. n. 13. & in c. 2. n 92.
cum ſ q Sed in alijs, in quibus hic ſpecialis fauor nō re-
quiritur, longè diuerſum eſt, cùm etſi res eorum pecu-
nijs comparentur, aut eorum rebus acquirantur, com-
paratæ, & acquiſitæ eorum non efficiantur, vt dixi ex
eleganti tex. in d. l. ex ea, & ibi Bald. & Salic. C. de rei
vend. vbi res ex pecunia mea empta mea non eſt, & eā
me vendicare poſſe, iniurioſum eſſe dicit Gordianus,
& idem Imperator in l. etſi de tua, C. de donat. inter,
cum traditis in d. l. ſi patruus, C. communia verū quę
lud. Bart. in l. Titiū, §. altero, ff. de adminiſt. tut. & Bald.

Quod quidē limitandū erit, niſi agricola cōtrahens viator eſſet, & ea ratione potiùs, quàm alia ibi reperiatur: nam frequenter agricolæ alio laborandi, ſeu neceſſaria ad laborem pręparandi cauſa migrant, aut quia maius ſtipendiū laboris in alijs locis lucrantur, aut quia meſsis, quæ alibi finita eſt, tardiùs alibi ſecundum qualitatē terræ ſolet expediri: nam qui tāquā viator cōtrahit, ratione cōtractus nō cōuenitur in loco, vbi tāquam viator contraxit: text. eſt iuncta gloſ. verb. reſpondere, in dict. cap. Romana. §. nec etiam, de foro compet. lib. 6. & notat ibi Domin. n 4 Panormit. in d. capit. fin. num. 33. text. in d. l. hęres abſens, § proinde, & ibi Accurſius verb. profectorum, & Bart. ibi num 2 & erit ſublimitandum, quando iſte agricola viator veluti quilibet aduena ſtatim ibi ſoluere non promiſit: nam tunc creditor eius domicilium ſequi debet, vt innuit Vlpianus in d. l. heres, ibi: *Sed domicilium eius ſequi:* aliàs enim ſi ſoluere ibi tacitè, vel expreſſe ſe obligauit, aut aliquo modo id colligitur, ibi omninò conueniri poterit, & vt ſuſpectus, & fugitiuus capi, & detineri, vt annotauit ibi Paulus Caſtrenſ. nu. 14. Bart. num. 1. verſ. quid ergo dicemus: quem ſequitur Panor. in d. c. fin. nu 33. verſ. ſecunda limitatio, cum eleganter traditis, & intellectis à Rodr. Suarez in l. 2. titulo 3. *De los emplaçamientos*, l. b 2. fori in §. vlteriùs nota iſtum, numero 5. 6. & 7. Nam itidem ſi viator ibi ſoluere promiſit, aut aliquam rem tradere, ſi id opere nō adimpleat, quid, precor, eſt, niſi fidem fallere? quod vtiq; non eſt permittendum, ex l. 1. cum vulgaris, ff. de pactis. Quæ omnia faciliora

ſunt ex his,quę Bartol.& Panormit.vbi ſupra referunt, nempè, vt quando contrahens viatorem illum, cum quo contraxit,eſſe ignorabat, poſsit illum ibi conuenire,& quod præſumitur tunc ignoraſſe, ſi ibi ſtationes, aut officium habeat,ſecùs verò ſi illum viatorem eſſe ſciebat: nam tunc eius domicilium ſequi debet in his, quę ſtatim ad implementum contractus non ſunt facienda: & in hoc caſu exiſtimo non ſolùm agricolam, ſeu quemuis alium non poſſe in loco contractus conueniri,cũ creditor ſibi imputare debeat, qui cũ aduena cõtraxit, præſertim cũ agricola ex ſua non debeat iuriſdictione extrahi,vt habetur hìc: & qui cũ eo cõtrahit, eius debeat immunitatẽ obſeruare, ac id ſibi imputãdũ ſit,ex quo eius conditionis ignarus contrahit, per textum in l.penultima.ff.ad Sen.Conſ. Maced. & in gloſ. verb.ætatis,in l.ſi Titius, ff de fideiuſ. & in l. qui cum alio, & ibi optimè per Decium, & DD. ff. de reg.iur. Alexand in conſ.119.n.13. vol.2. & in conſ. 66. vol. 5. Velou.in d.§.contrahentes,n.69. Tiraq.in tract. de re. tract. conuen.§.1. gloſ.6. n.56. Et quamuis generaliter in omnibus viatoribus procedat ex eo, quòd non cogitauerint, aut intenderint in contractus foro ex longinqua fortaſsis parte tractos conueniri poſſe,vt Bart. cum reliquis ſenſit vbi ſupra,ſed quòd in eorum domicilijs eſſent cõueniendi. Tamen cùm agricolæ foro renunciare non poſsint, etſi ibi contrahant, nequaquam in loco contractus conueniendi erunt, niſi forſam vbi Regius Prętor propinquior adeſt, aut in capite iuriſdictionis oppidorum,quę exempta ſunt:nam tunc ſi expreſſè poſſunt ſe ſubmittere,vt ex hoc quarto pragmaticæ capite cõſtat,cur nõ etiam tacitè poterũt ex natura contractus?quia quando tacitũ procedit per regulas

iuris,

Iuris, par virtus eſt taciti & expreſsi, vt notatur in l, cũ quid. ff. ſi certum pet. Imol. & Alexan. in l ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Treb Iaſ. in d. l. cum quid, in 2. lect. n. 20. Et ſic habes, quòd contra agricolam viatorẽ non ſortitur quis forum ratione contractus, niſi res talis eſſet, quæ veriſimiliter emebatur, aut vendebatur, vt ibi ſolueretur ſtatim, aut traderetur, vt dixi, & in reliquis vt viator contrahendo non ſortitur forum, ad quæ cõducunt tradita per Marianum Soc. in c. dilecti filij, in col. 12. de foro comp. cuius limitationes retulit Bernardus Diaz reg. 146. quarum ſecunda ſolum ad noſtrum caſum adaptari poteſt, cũ agricola non ſic ſe ſubmittere poſsit, niſi in caſu illius ſecundæ limitationis, quãdo videlicet ſic contraxit, vt ſtatim adimplere teneretur.

Non tñ deficiet fraus, prout hominum ingeniũ ad eam procliue eſt: nã qui agricola non erat tẽpore quo foro renunciauit, & alterius iuriſdictioni ſe ſubmiſit, vt ante iuxta formã traditã in d. l. 20. tit. 21. lib. 4. Nouę Comp. poſtea verò vt ab huiuſmodi ſe eximat ſubmiſſione, miniſterio agriculturæ ſe mancipare facile erit, cùm hoc priuilegium, vt dixi, agricultoribus opere, aut conſilio, aut in agricultura alio modo exiſtentibus datum ſit. Sed cùm hominum fraudibus ſit obuiandũ, vt in l. itaq; fullo cum ſim, ff. de furtis, aliqua id cautione prouideri, operæpretiũ eſſe duxi. Primum enim aduerto, vt creditor diligentem ſe exhibeat in indaganda illius, cum quo contrahit, conditione, an videlicet agricola ſit, vel alterius homo conditionis: aliter enim ſibi imputet, ſi cùm agricola ſit, agricolam non eſſe putabat, ex dicta l. qui cum alio, ff. de regulis iuris: facit textus in l. ſi ab arbitro. §. fin. ff qui ſatiſdare cogantur: vbi quis non poteſt, vt pauperem re-

repellere eum, quem diuitem eſſe exiſtimans acceptauit, quia poſtquam aliquis approbauit mores alterius, non poteſt poſteà reprobare, vt in c. horrendus 23. q. 5 cap. quemadmodum, de iureiurand. l. finali, C. de ſpõſalibus. Sit igitur cautus creditor, vt tempore debiti contracti per teſtes in oppido contrahentis agricolæ examinatos, ſicuti aliàs fit, vt de valore hypothecarum conſtet, illum, cum quo contrahit, agricolam non eſſe appareat, ſi ita ille profiteatur, cùm agricola ſit: quoties tamen rei grauitas, & artis patiuntur ambiguitas, veluti quando quis idoneum fideiuſſorem accepit tempore contractûs, vt ſi in paupertatem deuenerit, ſatiſdare cogatur debitor, probari ſolet de illius temporis idoneitate, per textum in l. ſi is, quo, ff. vt in poſſ. ſsione legatorum, & per textum in l. qui bona, §. de illo, ff. de damno infecto. Per quæ, & alia iura, referendo Angel. ita tenet Paulus Caſtrenſ. in dicta l. ſi ab arbitro, num. 8. & 9. & Franc. de Curte in repetit. legis vnicę, C. de prohib. ſeq q. 6. quos etiam ſequitur Palac. Rubius in repet. cap. per veſtras, de donat. inter, in §. 9. numero 14. id latè proſequens, & exornans. Quod ſi legitimè conſtiterit, dubio procul, etſi ad agriculturæ miniſterium migret, virtute ſubmiſsionis citari, & contra eum, & eius bona executio fieri poterit. In quo caſu, vbi à principio, hoc eſt, tempore contractus, agricola non erat, procedet regula textus in l. in ambiguis, §. non eſt nouum, ff. de regulis iuris, & in l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, vbi actum legitimè conſtitutum durare, etſi caſus extiterit, à quo initium capere non potuit, iura illa præmittunt. Quæ regula in hoc caſu verificatur omninò, in quo à principio deficiebat cauſa, & ratio finalis, ob

quam

quàm ſubmitti alterius iuriſdictioni nō poterat: nec ſi ad agriculturā migret, datur iam ipſam per ſubmiſſionem cultoris impediri, argumento text. in l. non hoc. C. vnde cognati. l. penultima. §. docere & ibi Bart ff. ne quis eum, qui in iudiciū vocatus eſt, congeſtis per Hippol. de Marſil. in rubr. de probation. nu 350. nā ſicuti res agraria damnū non patitur ex alia per miſſa ſubmiſſione, iuxta formā hic traditam, minus patietur ex alia, quæ alterius paulò fortaſsis longioris partis imperio ſubmittat, arg. tex. in l fin. ff de fund inſtr. vbi plus, vel minus non cōſtituit diuerſam ſpeciem, & pro ſubmiſſo iure optimo habēdus eſt, & ex dolo puniendus. l. penultima. ff de dolo, & ex Bald in l. fin. §. etſi præfatam, nū. 3 & ibi Corn. C. de iur. delib. ac vt dicitur de poſſeſſore, qui dolo deſiuit póſsidere, qui pro poſſeſſore habendus eſt. l pro poſſeſſore. ff. de reg. iur. Nec illud, quod captioſe, & ex affectione prouenit, debet adiuuare affectātē, ex Crot. in l frater à fratre, in fin. de cond. indeb. Ferd. Loaz. in rep. l ſi fil. fam. §. diui, nū. 164. de leg. 1. Nec iudex doloſe verſatos fauoribus proſequi debet. l. fin. de his, qui in fraudē, & ibi cōmuniter DD. & multi per Baeç. de inop. deb. c. 16 n. 24 & alibi dixi.

Quid ergo, ſi agricola ſagax ciuē ſe eſſe dicat, ex aliquo fortè loco, à quo non procul diſtet ciuitas, in qua 6
corrector regius adſit, vt à creditore ratione cōmodæ ſubmiſſionis, quæ fieri per agricolā illi correctori poſsit, mutuas pecunias, aut ſub annuo reditu extorqueat? Quod ex quæſtione Baldi in l. fin. nu. 18. C. ſi à nō cōp. iud. quem ſequitur Felin. in c. cum cauſam, in 3. col. de probatio. decidi poteſt, videlicet quòd ſi aliquis contrahens faciat ſe inſcribi in inſtrumento Titium de Papia, deinde velit declinare forum, quaſi non ſit Papienſis,

pienſis,cogitur iſtud probare, quia præſumptio eſt cō-
tra eum. Quod dictum refert, & ſequitur Alciat.in tra-
ctat.de præſump.in regula 2.præſump 15.num.3.Et ſic
in hoc caſu facile erit agricolæ probare ſe ex alio loco
ciuem eſſe, vt ſic virtute ſubmiſsionis factæ executio
non procedat: vnde oportet iam conditionem, locum,
& originem contrahentis inquirere, vt in d.l. qui cum
alio,cum ſimil.ff de regulis iur.& ex traditis per Panor.
in cap.fi.nu.33.de foro compet.verſ. nā fuit in culpa,
non pandendo conditionem perſonæ,ne litibus ſe im-
plicet probandi eius ciuilitatem,locum, aut cōditionē.
Et quia confeſsio mēdax circa ciuilitatem facit fidem
contra mentientē,donec contrarium probetur, vt in l.
1.C.de cōfeſ.l.inde Neratius.§ fin. ff. ad l.Aquil. Bart.
expreſſè in l.aſſumptio,num.2.ff.ad municip.

Sed quoquo modo id eueniat,vbi mendaciū agrico-
læ detegatur ex eo,ipſum nullum cōmodum, ſed pœ-
nā impetrare debere certum eſſe arbitror,ex ſententia
Iuriſconſulti Furij Anthiani in l.fin. ff.de rei vend. vbi
propter mendacium poſsidentis trāſfertur in actorem
poſſeſsio,& text.in Authent.qui cōtra propriam.C.de
non num pecun.vbi de mēdacio cōuictus pœnā in du
plum condemnatur,& ex notatis per Bart.in l elegan-
ter.§.idem Pōponins.ff.de dolo, vbi apparet, mēdaciū
in præiudicium alicuius puniendum. Nam cætera, quæ
donec de mendacio conſtet,mendaci confeſsioni ſtan-
dū eſſe probant,in eo caſu procedūt,vbi nullum ex eo
detrimētum alicui tertio dimanat, vt colliges ex Bart.
in d.l.aſſumptio,in d.§ idē Pōponius,& eſt text.in l fi.
ff quod falſo tut.auct.geſtū eſt,& l.de ætate. §. Celſus,
ibi,Nulla captio. ff.de inter.act. & faciūt pulchra ver-
ba Auguſtini ad Caſulanum, *vterq; reus eſt, & qui veri-*
tatem

Digitized by Google

tatem occultat, & qui mendacium dicit, quia & illi prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat, vt habetur in cap quiſquis 11. q. 3. Nec id mihi poteſt obijci, mendacium non niſi in caſibus à iure expreſsis puniendum, vt dixit Menoch. in tract. de arbit. lib. 2. cent. 3. caſu 276. num. 8. quia ſatis quod in detrimẽtũ alicuius machinatur, pœnijs ſubijci iura proclamãt, vt ex infra dicẽdis apparet.

Sed quid erit, ſi cũ quis verus agricultor ſit, ſe tamẽ agricultoré negauit? eádem rationem, idemq; ius conſiſtere, ac in ſuperiori queſtione videtur dicẽdum: nam qui in fraudem nomen mutat, punitur, vt in l. falſi. ff. ad l. Cor. de falſis: ſecùs verò ſi ſine fraude, vt in l. vnica, C. de mutatione nominis, tradit Bart. in conſtit. ff. veteris, §. nos verò, num. 2. nã cum ad libitũ & placitũ nomina indita ſint, quibus vnus ab altero dignoſci poſſit, vt in l. ad cognoſcendos, C. de ing. & manum nimirum ſi quilibet id impunè facere poſsit, vt fecit Plato Philoſophorum Græciç facilè princeps, qui ex aui nomine Ariſtocles antea appellabatur, fecit & Tirtamus, qui poſteà Theophraſtus dictus eſt; & Homerus antequàm cęcus eſſet, Meligenes nominabatur; & de alijs plurimis exempla poſſem afferre. Quin & ſub hac conditione, & donatio fieri, & hæreditas relinqui poteſt, vt quis nomen mutet, & aliud ſibi indat, vt fecit Auguſtus Cęſar, qui Tiberiũ, & Libiã ſub ea cõditione hęredes inſtituit, vt in illius vita ſcribit Sueton. capit. vlt. ſuntq; de hac libera diſpoſitione vulgaria iura in l. hoc iure, §. vlt. ff. de donat l. facta, §. ſi in danda, ff. ad Treb. & de hac re plurimi diſputarunt, quos referunt Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 4. caſu 318. nu. 15, & Ludou. Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 2. cap. 14. à num. 1. cum ſeq. & per totũ. Sed ſicuti id liberũ eſt, quia non ſolum 7

in

in fraudem non eſt, ſed in honorē, ita qui id in alterius fraudē & detrimentū cōminiſcitur, falſóq; ſibi nomen imponit, vt alterū circunueniat, aut decipiat, iure optimo puniri debet, vt inquit Bald. in rubr. C. de fid. inſt. n. 12. ex tex. in l. Paulus, ff. de ſolut. & in d. l falſi, vt verificari poteſt in eo, qui cùm clericus non ſit, clerici nomen aſſumit, aut Doctorem, notarium, militem, ſiue nobilem, cùm hæc qualitas ſibi non competat, ſe facit, & nominat, ex l. eos, §. qui ſe pro milite, ff. ad l. Cor. de fal. Tiraq. de nobil. c. 13. in fine, & latè id proſequitur Menoch. vbi ſup. à num. 19. cum multis ſeq. Sed quamuis hæc in nominis mutatione vera ſint, adhuc tamèn
8 propoſitæ quæſtionis dubium reſidet. Nam ſi ſuo non poteſt agricola renunciare priuilegio, quid rogo, illi proderit, ſe non agricolam cōfiteri, vt eo ſe abdicet? nā ſicuti non ſuffragatur creditori cōfeſsio nobilis ſe ignobilem eſſe dicentis, quin eo nō obſtāte ſua nobilis exceptione potietur, ſi contrahens illum nobilem eſſe ſciebat, vt probat Baeza de inope debit. c. 16. n. 95. ad ſimilitudinem filij familias mutuum accipientis, & ſe ſui iuris eſſe, & non in patria poteſtate conſtituti aſſeuerantis, qui ea non obſtantè confeſsione poterit beneficio Macedioniani vti, vt tradunt Alex. in conſ. 122. columna 2. lib. 6. Tiraq. poſt leg. connubial. gloſ. 8. n. 143. Baeza vbi ſup. & de non melior. dot. rat. fil. c. 30. nu. 12. cum generaliter verū ſit per noſtrū affirmare, vel negare eſſentiā rei non mutari, ex l. aſſumptio, ff. ad munic. ſic etiā cōfeſsio agricolæ ſe nō agricolā profitētis, nihil ſuffragabitur creditori, ſi ipſe negationē falſam ſciebat, ex l. cum donationis, C. de tranſact. & ex traditis per Baezam vbi ſupra, cùm ſicut renunciatio nihil in præiudicium agricolarum operatur, ita minus con-

feſsio

feſsio operari debeat. Secus autẽ ſi contrahens agricolã illũ eſſe ignorabat, & tñ agricola vt mutuũ accipiat, ſe agricolam eo tempore negauerit, quia & in carcerẽ duci & ſubmiſsionibus alterius iuriſdictioni poterit ſe ſubijcere, & cõprobatur ex doctrina Ant. Gomez in l. 79. Tauri, nu. 4. vbi dicit, quòd nobilis tempore cõtractus negans ſe nobilem, poteſt duci in carcerem, arg. tex. in l. qui cum ſe. ff de re iud. & Baeza vbi ſup. nu 96. & ea ratione procedit illud, quòd de minore dici ſolet, qui ſi in contractu maiorem eſſe fatetur, & talis ex aſpectu appareat, iure minoritatis in reſtitutione iuuari nõ poterit, vt in l. 2. & 3. C. ſi minor maiorem ſe eſſe dixerit l. 6 tit. 19 p. 6. l. 1. in fine, titul. 10. p. 5. & fœmina ſimulans ſe virum, & in veſtibus virum decentibus ſe exhibens, vt decipiat, etſi contractibus adſtringatur, beneficio Velleiani vti non poterit. l. fœminæ, C. ſi ad Velleianum. l. ſi decipienti. ff. eodem tit. Nec iuuabitur ex eadem ratione filius, qui ſui eſſe iuris fatetur. l. eum qui. ff ad Maced. & eodem modo mulier aſſerens non eſſe dotalem rem, quæ venditur ad impugnandam poſteà alienationem non admittetur, tradit idem Tiraq. poſt l. g. connub. gloſ. 8. num. 141. & ex eo Baeza de dot. cap. 30. num. 12. & de inop. debit. cap. 16. nu. 94. quod procedit quando cõtrahens cum iſtis eorum ignorat conditionẽ, & recedit à regula, & præcepto Cõſulti in d. l. qui cum alio, & eſt valde conducens, & neceſſariũ ad intellectũ harum legum, quas nuper citaui: quia negatio veritatis ſine dolo fieri nequit, vt tradit Greg. Lup in l. 4. tit. 1. part. 5 gloſ. 7. & ex dolo actio competit. l. 1. cum ſim. ff. de dolo: ſecus vt dixi, ſi contrahens iſtorũ, aut agricolæ ſciat conditionẽ: nam tunc nulla eius confeſsio vtiq; admittenda erit in præ-

iudicium

iudicium reipublicæ, cuius cõmodum in hac lege potiſsimum conſideratur, cùm ex eo quòd agricola ſuo in hoc caſu iuri renuntiare nequeat, minus conficeri ea, ex quibus effectus renuntiationis ſequatur.

Summarium capitis ſeptimi.

Agricola ratione deſtinata ſolutionis an conueniri poßit in loco, ad quem deſtinatio facta eſt? num. 1.

Et an ratione adminiſtrationis ſit conueniendus, vbi adminiſtratio facta eſt? num. 2.

Ratione rei ſita an conueniatur ibi, vbi eſt ſita res, de qua contenditur? num. 3.

Vbi agricola ratione deſtinata ſolutionis, adminiſtrationis, & rei ſita cõueniri poſſit? Caput VII.

1 DEINCEPS dubitabatur, an ſicut agricola ſe alterius non poteſt iuriſdictioni ſubmittere, exceptis caſibus hîc expreſsis, ita etiam in certo loco ſoluere promittere non poſsit: nam ſi in certo loco ſoluere promittat, forique priuilegio renunciet, ratione deſtinatæ ſolutionis ibi conueniri, & contra eum executio fieri poterit, vbi pecuniam ſoluere ſe obligauit, cùm inibi contraxiſſe quis videatur, quò ſolutionem deſtinauit, text. in l. contraxiſſe. ff. de act. & oblig. l. Titium. §. tutores. ff. de admin. tut. c. dilecti, & ibi Panor. in vlt. not. de foro compet. gloſ. in d. c. Romana. §. nec etiam verb. reſpondere, quæ communiter recepta eſt de foro compet. in lib. 6. vt alijs etiam citatis fatetur Did.

Did à Couar. vbi ſup. nu. 5. verſic. ſextò ſubdeducitur, cui adde Iaſonem in l. 1. ff. de eo quod certo loco nu. 6. & text. in l. 20. tit. 21. lib. 4. nouæ Compil. circa finem, ibi: *O por razon de la paga que en el tal lugar auia de hazer:* & ibi Azebedo nu. 16. & 17. vnde videtur, quòd quemadmodum per hanc legē prohibita eſt fori renūtiatio, & ſubmiſsio per agricolas aliter, quā hîc traditur facta, ita etiam prohibita eſſe videatur eorum pecuniæ in aliquem locum deſtinatio, cùm idem ſit incōueniens deſtinare alio ſolutionem, ac alio ſe ſubmittere cum renuntiatione fori, & prohibito vno, aliud quoq; prohibitum videatur, ex l. oratio cū ſimil. ff. de ſponſal. & quoties duo caſus æquiparantur in legibus antiquis, lex corrigens in altero eorum porrigitur ad alterū caſum æquiparatum, vt in l. ſi quis ſeruo, & ibi gloſſ. fin. & ibi communiter DD. C. de furtis, quam gloſſam ſequuntur Bart & DD. in Authēt. quas actiones, & ibi præſertim Iaſon nu. 19. C. de ſacroſ. Eccl. Crotus in l. Gallus. §. & quid ſi tantum nu. 53. ff. de lib. & poſth. Quapropter ſi antea quando ſolutio deſtinata erat ad certū locum, ſi ibi nō ſoluebatur ſtatuta die, actio efficiebatur arbitraria ad pecuniam illam exigendam alibi extra locum deſtinatæ ſolutionis, vt in l. 1. ff. de eo quod certo loco, & ita ibi notat Bart. & Iaſon nu. 4. text. in l. arbitraria, & in l. quod ſi Epheſi, & in l. centum Cappuæ, & per totum. ff. & C. eod. tit. & in §. prætereà quaſdam, vbi Faber, Ang. & Iaſ. late inſt. de act. & exigi poterat in loco contractus, aut domicilij ipſius rei promittentis, vt in l. hæres abſens. §. fi. de iud. & in l. cum qui §. 1. ff. de conſt. pecunia, & notant omnes in locis ſupracitatis, non mirum ſi illud, quod arbitrarium erat, nempe ex Inquitate debitoris latitantis procedens, vt in d. l. 1.

Y ff. de

ff. de eo quod certo loco, iam diſpoſitione huius legis extante neceſſarium in agricolis efficiatur, vt in loco domicilij, aut vbi debitor reperiatur, & non alibi conueniatur, & ſic nulla ratio ſuadere poteſt, quin hæc lex ſicuti reliquas ſubmiſsiones, ita eam, quæ per deſtinationem ſolutionis ad locū fit, prohibere videatur, cùm vterq; ſubmiſsionis caſus ſimilem rationem habeat, quia tàm ex vno, quàm ex alio extra iuriſdictionem ſuā ſine diſtinctione locorum agricola ad iudicium traheretur, cùm ſi in vtroq; par ratio militet, ad vtrumq; ſit noſtra lex extendenda, vt in Authent. de hæred. ab inteſt. venien. §. ex his autem, iuncta gloſſa communiter recepta, collatione 9. Bald. & cæteri in d. Authēt. quas actiones, & in l. cum mulier, & ibi not ff. ſolut. matrim. Corneus in conſil. 22. num 20. lib. 2. Iaſ. & DD. in l. Marcellus. ff ad Sen. Conſ. Trebel.

2 Vnum tamen in hac re nullo modo eſt omittendū, quòd ſi agricola aliquo in loco tutelam, ſeu aliam exercuerit adminiſtrationem, & de reddendis rationibus agatur, nō obſtāte huius legis prohibitione, ad locum, vbi adminiſtrationem exercuit, ſit remittendus, vt in d. l. hæres abſens. §. 1 ff. de iudic. text. in l. 1. & ibi Accurſius & DD. C. vbi de ratiocin. agi oporteat, Paul. Caſt. in d. l. hæres abſens. §. 1. nu. 2. & Did. à Couarr. in pract. quæſt. in cap. 10. n. 4. circa finem, id enim natura adminiſtrationis expoſtulat, & ſpecialiter in hoc caſu prouiſum extat, quia ibi inſtructio ſufficiens, & nota teſtimonia, & veriſsima poſſunt documenta præſtari, vt dixerunt Honorius, & Theodoſius in l. fin. in fin. C. eodem tit. vbi de ratio. & notat ibi Bald. & cōmuniter DD. & l. Prætor. §. Is etiam. ff. de edēdo, Mari. Socin. in conſi. 146. col. 2. verſ. & poſito quod ad hoc, quem refert,

fert, & ſequitur Baeza de decima tut. cap. 2. n. 186. de quibus eruditè diſſeritur per Menoch. de arb. lib. 2. cēt. 3. caſu 211. à n. 1. cum ſeq. Nec ideò quòd ratione extra loca in hac lege deſignata agricola ad eum locum, vbi contraxit, non remittatur, quia fruſtra hac lege cautū eſſet id, quod alio modo, & via fieri poſſet, & quia in loco contrahere, ac ei ſe ſubmittere paria ſunt, vt proximè dixi, ideò bene ſequitur, quòd ratione adminiſtrationis ad locū, vbi adminiſtrauit, non remittatur: cū rationes adminiſtrationis alibi legitimè fieri nō poſſent, quia ibi faciliùs & pleniùs poteſt veritas reperiri, tam per teſtes, quàm per inſtrumenta, vt notabat Bald. vbi ſup. & quod benè fieri non poteſt, nullo modo fieri poteſt, dicendum eſt, gl. in l. nepos proculo, de verborum ſig. l. filius, ff. de cond. inſtit. & ideò hæc pragmaticę diſpoſitio cùm noua ſit, non extenditur ad caſus ſpeciali ratione prouiſos, gl. magna in fine in l. ſciendum, ff. qui ſat. cog. text. in l ſed etſi per prætorem, §. deinde adijcit, ff. ex quib. cau. maio. Bart. in l. talis ſcriptura, num. fin. ff. de leg. 1. & in l. ſanctio legum, ff. de pœnis, quem refert, & ſequitur ad hoc Greg. Lup. in l. 2. tit. 1. part. 6. verbo, *Su nome*, Idem dicendum eſt, vbi ratione rei ſitæ forum quis ſortiretur: nam ibi, vbi res ſita eſt, quilibet, 3
etſi agricola ſit, iure conueniri poterit, cùm quilibet hac ratione forum ſortiatur, vt in capit fi. & ibi gloſſa verbo contra poſſeſſorem, & Panormit. numero 43. & DD. communiter de for. compet. & text in l. fin. C. vbi in rē actio, & idem Panorm. in cap. dilecti, eod. tit. de for. cōpet. & text. in l. forma, §. ſi vero, ff. de cenſib. & ibi gloſ. verbo profiteri debet, & probatur in l. ſi prędium, C. de præd. min. textus in cap. ex parte B. & in cap. ſanè, & ibi gl. eod. tit. de for. compet. id enim non

Digitized by Google

ex facto agricolæ, ſcilicet ex fori renunciatione & ſubmiſsione procedit, ſed ex natura iudicij in rem ipſam competentis, & ſic ad ea, quæ ſpeciali opinione prouiſa ſunt, hæc lex non eſt, vt dixi, extẽdenda. Secus verò, quando ex perſona agricolæ obligatio oriretur, ſcilicet, ſi ſe aliquo in loco ad iudicium acceſſurum promiſit, aut ad eum locum pecuniam deſtinauit, aut contraxit, aliove modo ſe ſubmiſit in terminis, de quibus DD. in dicto capit. fin. de for. compet. & in dict. l. hæres abſens, Didac. de Couar. vbi ſupra, & Velou. in dicto §. contrahentes: vel ſi vbicunq; fuerit inuentus agricola, etſi viator ſoluere promiſit, vt tradit Roder. Saut. in l. poſt rem, 8. q. incipit, Circa iudicem, num. 19. & 20. de iud. nam tunc extra formam hîc traditam nullo modo conueniri poterit, aut ad aliquem locum iudicij cauſa remitti, non obſtante quauis renunciatione huius legis, vt ſupra probaui, & dicit hic expreſſe text. in 5. cap. ibi: *Sin embargo de qualeſquier renunciaciones que dello hizieren*, adeò vt iudex, à quo remiſsio petitur extra caſus hac lege expreſſos, non teneatur, nec debeat, vllo modo remiſsionem, aut contra agricolam propoſitam actionem admittere, ſeu concedere, argumento text. in l. Diu. Adrian. l. non dubium, verſic. illud à quibuſdam, & ibi Accurſ. in verbo, cum elogio, ff. de cuſtodia reorum, cum latè trad. per Iacob de Velou in pract. tit. de remiſsione facienda num. 68. cum alijs ſeq.

Summarium capitis octaui.

A*N Hæc lex ſit declaratoria, & ad præterita negotia debeat extendi, & quando futuris ſolùm det formam negotÿs? num.* 1. *& num.* 2.

An

An pragmatica ad inſt umenta ante publicationem confecta debeat extendi? Capuc VIII.

HIc opportunè erit annectẽda quęſtio pręſens, 1
quæ magis ad hãc, quàm ad reliquas pragmaticę diſpoſitiones cõmoda eſſe videtur. An inſtrumẽta illa publica ante publicationẽ huius pragmaticæ confecta, in quibus agricolæ foro ſuo renuntiauerũt, & alienæ ſe, ſubmiſsionibus factis, iuriſdictioni ſubiacere extra formam hìc traditam, executioni mãdari queant, vel pro eis exequendis iudici, cui facta ſubmiſſio eſt, facultas & iuriſdictio competat? dubitatur ex eo, quòd hæc pragmatica aliarum legum videtur eſſe declaratoria, vt patet ex l. executores. l. pignorum, & in Authẽt. agricultores. C. quæ res pign. oblig. poſſ. & diſpoſitioni illarum legum videtur hic eſſe adiectum, & multa vt vides per declarationem addita, & ſic qui declarat, non tam denuò quicquam egiſſe, quã id, quod iam factum erat, detegiſſe videtur, vt inquit Gaius in l. adeò, verſic. cum enim grana. ff. de acq. rerum dominio, text. in l. hæredes palàm. §. 1. & §. ſed ſi notam. ff. de teſtament. Qua ratione non mirum, ſi ita iure ſtatutũ ſit, vt lex declaratoria ad præterita negotia extendatur, vt in Authentic. de filijs nat. ante dot. inſtr. in §. 1. notat gloſſa vltima in data ſexti lib. decret. Bald. in l. leges, & conſtitutiones num. 5. C. de leg. idem Bald. in l. non eſt dubium, numero 2. C. eodem titul. Doctores in capite deliberatione. §. volentes de offic. leg lib. 6. & Federic. de Senis in conſil. 112. 2 column. incipit, Amicè cha iſ ime, Minchac. de ſucceſs. creation. §. 8.

 num.

num.275.& ſequent.& Ioã. Matien.in l.3. tit.10.lib.5. nouæ Cõpilat.gl.16. nu.2. Sed hoc in ſuo caſu verum eſt, licèt in ſpecie iſtius pragmaticæ longè à veritate diſtet: magnã enim cladem creditoribus attuliſſet,& cuiuslibet res inſtabilis efficeretur, vnde credendum eſt, hæc nequaquam Regem voluiſſe per textum,cum ſimilibus in l. 2. §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco pub. Quo fit,vt indubitabile ſit,& certum,legẽ, & cõſtitutionẽ iſtam circa ſubmiſsiones futuris dare formã negotijs, nec ad præterita reuocari, cùm in hac lege nominatim cautum non ſit,vt in l. leges, & cõſtitutiones C.de legib. & ibi notant Salicet. & Bald. & communiter DD.& text.in cap.2.& in cap.vltimo de conſtitut. & in Authent. vt factæ nouæ cõſt. per totũ, collat.5.& ſic patet,ſubmiſsiones agricolarum ante hanc legem factas in ſuo robore permanere,earumq́; virtute executionem fieri poſſe, cùm in eis nouam formam pragmatica tradat,& conſtituat. In reliquis verò huius legis diſpoſitionibus vlla non adeſt dubitatio, nã cùm actus executionis poſt legem conditam ſit gerendus, patet tunc formam eius eſſe obſeruandam, vt ex gloſſ. in verb. deputatis circa finem, in Clem.1.de teſtam. ꝓbat Caſtell.in l.fin.Tauri in gl.vltima,& ibi ea lex Taurina præcipit, leges illas obſeruari in caſibus, quorum controuerſiæ poſt leges conditas eueniunt: quid autẽ ſi decedat ille, qui ſe alienæ ſubiecit iuriſdictioni, an extinguatur ſubmiſsio, vel eadem hæredes obligati maneant? capienda erit reſolutio ex l. 2.C.de act.hæred. & ex l hæredes. C. de om.ag.deſer.lib. 11.& l. hæres abſens.ff.de iud. & ex traditis per Didac. à Couarr.in pract quæſt.cap.39.à num.2.cum ſeq.

Sum-

Summarium capitis noni.

QVæ obſequia vaſſallus domino ſuo impēdere debeat, vtiliter memoratur. num. 1.

Vaſſallus an dominum alere teneatur, & quæſtio ſub diſtinctione reſoluitur. num. 2.

An itidem pro illo ſic ſatisfacere debeat, vt è carcere teneatur liberare. num. 3.

De vaſſallis reſpectu feudi, & de illis, qui reſpectu iuriſdictionis vaſſalli communiter nuncupantur. num. 4.

Quid autem, ſi agricola in Baronis oppido non habitet? n. 5.

Quæ ſit huius conſtitutionis ratio, & quàm oneroſus contractus fideiuſſorius ſit. num. 6.

Pecuniam accipere, vt fideiuſſor quis ſit, an licitè poßit, & de muliere pro eo eam accipiente. num. 7.

An dicatur voluntarius actus illius, qui imperio domini obſequitur? num. 8.

Quando nullitas ex contractu prouenit, quo remedio ſit agendum, ad hanc rem expenditur. num. 9.

De prohibita agricolarum interceßione, aut obligatione pro dominis oppidorum, in quibus degunt. Caput IX.

EXperientia, quæ rerum magiſtra eſt, vt in capit. cupientes, & in capit. quàm ſit de elect. libro 6. & in capit. ſtatutum de reſcriptis, docet, quantam calamitatem agricolis, & per conſequens rebus publicis inflixerit, eorumdem agricolarum interceſsio, aut obligatio pro dominis, in quorum oppidis degunt, facta recens eſt ob id populorum deſertio, qua facta, quid 1

vltra deterius agriculturæ, & omni regno contingere poteſt? Et quia quod medicaměta morbis, hoc exhibēt iura negotijs, vt in authent. hæc cōſtitutio, in princ. col lat. 8. & in cap. cæterum, & ibi gloſ. de iuramento calūniç, & in proœmio decret. in gloſ. verbo noua litigia; ideò pręſens pragmatica his non leuibus malis medetur, ſic præcipiens, *Que los dichos labradores no ſe puedan obligar como principales, ni como fiadores en fauor delos ſeñores delos lugares, en cuya juridicion viuieren?* Pro cuius legis integra cognitione ſciendum eſt, quòd vaſſallus debet dominum in omnibus ſuis neceſsitatibus adiuuare, & ſeruitia grata exhibere, vt patet ex capit. de forma. 22 quæſt. 2. & in capit. ego enim de iure iurand. & ex cap. tranſmiſſa de foro compet. & ex textus in capit. 1. & ibi Bald. & Iacob. de Velouiſo de forma fidel. in vſibus feudorum, & Panormit. in capit. breui numero 6. de iureiur. Quæ intellige iuxta iuramentum fidelitatis à vaſſallo præſtitum, & iuxta expreſſam conuentionem propter feudi conceſsionem, vt ibi traditur, & conſtat ex cap. tibi domino, 63. diſt. & ex l. 4. & 5. tit. 26. p 4. & ibi tradit. Greg. Lup. & Fran. de Curte in tract. feudorum, 1. part. q. 8. col. 3. & And. de Iſer. in cap. 1. verſic. fin. col. 2. Ex quibus cauſis feudum amittatur in vſib. feud. Afflict. deciſ. 265. & alij etiam per eumdem Greg. in l. 6. titul. 25. p. 4. in gloſ. 1. & 2. ſed ſic eſt, quòd nec in conuentione, nec in iuramento agricolæ, ſeu iſtius temporis vaſſalli, vllo modo ſe adſtrinxerint pro dominis ſe obligaturos, aut interceſſuros: ex natura ergo vaſſalligij non eſt, vt pro eis ſe obligent, aut intercedant, maximè, quia in his, quę requirunt ſumptum, aut laborem, vaſſalli pro dominis non tenentur, niſi fructus feudi ſufficiāt, vt dicebat Iaſon in l. cū

ſeruus

ſeruus num. 4 ff. de leg. 1. And. de Iſer. in capit. 1. §. fin. de capit. qui curi. vend. quem ſequitur Greg. Lup. in d. l. 4. vbi ſupra in verbo, *Señalado ſeruicio.*

Præterea in hac quęſtione quæri ſolet, an vaſſallus 2 dominum alere teneatur, ex eo quòd eum defendere, & ſeruire debeat? vt probatur in cap. vnico de forma fidelit. in vſibus feudorum, ibi: Cōſiliū, & auxilium domino pręſtet: vel ex eo quòd vaſſalli liberis æquiparentur, vt poſt gloſſam in capit 1. §. fin. in verbo, *Salua,* de milit. vaſſal. qui cont. in vſibus feudorum, tenet Iaſon in procem. feud. num. 20. quapropter Bartol. in l. alimenta, §. Imperatoris, num 2. ff. de liber. agnoſ. & in tractat. de aliment. num. 45. expreſſe tenet, quòd vaſſallus alere teneatur dominum egenum: idem tenet Bartolo non citato, ſed ex l. libertus, qui operarum, ff. de op. lib. Anton. de Lara in §. ſolent, num. 32. de liber. agnoſ. multò ergo magis pro eo ſe obligare, ac fideiubere tenebitur. Sed quicquid Bart. in hac re dixerit, & Lara ſequutus fuerit, contraria opinio communiter receptior eſt, vt patet ex Iacobo Ardiço in ſumma quib. modis feud. amittatur ſub rub. an vaſſallus dominum egenum alere teneatur, & ex Albar. in cap. licet, num. 6. ſi de feudo fuerit controuerſum, refert, & ſequitur Loaces in allegatione pro Marquione de los Velez numer. 29. Ego tamen in ea ſententia ſum, vt verum exiſtimem, dominum egenum à vaſſallo alendum de fructibus feudi, ſi ſufficiant, non autem de bonis proprijs, cùm in his, quæ ſumptum deſiderant, vaſſallus pro domino non teneatur, vt proximè notaui, & tenet Bart. in l. vnica, § ſed ſcimus, num. 3. C. de lat. lib. tollen. quē videtur ſequi Iaſon in procem. feud. num. 70. & Iacob. Veronenſis in ſumma feud. cap. 45.

Item

3 Item contra pragmaticæ diſpoſitionem videtur eſſe expreſſus text. in cap. 1. § item qui dominum, verſic. vel ſi cognoueris dominum incluſum, vbi vaſſallus à cercere debet dominum liberare, ſi pro debitis in eo retineatur, ad quod ſi obligatus eſt, multò magis ad intercedendum, & ſe obligandum pro eo, per textum in l. ad rem mobilem, cum ibi notatis, & l. ad legatum, ff. de procurat. multa alia, in quibus vaſſalli dominis pręſtare debent auxilium, colliges ex Afflictis, Iſernia Veronenſi, Iaſone, & Loaces in locis ſupra citatis. Sed ea debes intelligere in caſu, quo fructus prędiorum, quæ in feudum conceſſa ſunt, ſuffecerint, cùm regulariter vaſſalli non teneãtur pro debitis dominorum, argumẽto text. in l. ob cauſam, C de act. & oblig. vbi pro debito domini non conuenitur colonus, qui ſatisfecit penſioni, & in his terminis notat ibi Bald. quem ſequitur Iaſon in d. procœm. feud. n 53. Sed quamuis pro debitis dominorum non teneantur, negari non poteſt, quin illos in neceſsitatibus debeant adiuuare, vt dixi, & pro conſtanti tenet Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 5 in caſu 494. n. 5. Quia igitur in re id obtinebitur melius, quàm in iſta interceſsione pro eis pecunia fortè indigẽtibus? Vnde non vrbane videtur à lege noſtra ſtatutum, ſed adhuc dicendum arbitror debere intelligi ratione feudi, & eius fructuum & ſufficientia, vt colliges ex Iſernia in cap. 1. §. ſed ſi feudum, in fine. Epiſc. vel Abb. & ex adductis per Menoch. vbi ſup. lib 2. cent. 3. caſu 214.

Pręſertim, quia generaliter vaſſalli communiter appellati, ſubditi potius appellari debuiſſent, cùm ſolum illi, qui prędia in feudum accipiunt, vaſſalli ſint, & eorum debeant conditionem, & ſolemnitatem in recipiendo vaſſalligio obſeruare, vt in cap. vnico, qualiter

vaſ.

norum degunt, alia diſpari ſane ratione vaſſalli dici poſſunt, vt colliges ex Greg. Lup. in l. 2. tit. 25. p. 4. in gloſſ. 1. Iſtis enim ſubditis ratione iuriſdictionis, & habitationis in Baronũ oppidis nulla iſtiuſmodi onera imponuntur, nam nec obnoxij ſunt in ſuis domibus dominos recipere, vt hoſpites, nec illis, aut eorum famulis hoſpitium dare, ex l. 2. C. de metat. lib. 12. Aymõ in cõſ. 308. nu. 1. cũ ſequent. Iſer. in cap. 1. §. fin. de pac. iuram. fir. Auend. in dict. partitarum in verbo, *Hueſped*, Greg. Lup. in l. 6. tit. 25. p. 4. in gl. 2. Burgos de Paz in conſil. 3. nu. 97. Quibus ſuppoſitis dubitatur, an pragmatica ſit intelligenda de vaſſallis ratione feudi, vel de illis, qui ratione iuriſdictionis vaſſalli ſunt? aduerti tam ex hoc capite, quàm ex titulo pragmaticæ, nullã fieri de vaſſallis mentionem, & ſic intelligo tantùm diſpoſitionem eius circa ſubditos, vel vaſſallos ratione iuriſdictionis eſſe accipiendam, videlicet circa agricolas illos, qui in dominorum oppidis degunt: nã etſi verba in pleniori ſignificato ſint intelligenda. l. 1. § fin. cum l. ſeq. ff. ſi ager vect. l. ſi duo patroni. §. 1. ff. de iure iur. cum traditis per Tiraq. lib. 2. de retract. §. 2. gloſſ. vnic. num. 8. ſecundum quod ſi de vaſſallis mẽtio fieret, tam de ratione feudi, quàm de ratione iuriſdictionis vaſſallis eſſet intelligendum: tamen cùm ſolum de illis, qui in Baronum oppidis habitant, lex loquatur, inquit enim, *En ſauor de los ſeñores de los lugares, en cuya juriſdicion viuierẽ*, patet de illis ſolùm eſſe intelligendam, nam tũc in termino expreſſo, & nõ in pleniori ſignificato verba ſunt accipiẽda, text. in l. 1. §. ſi is, qui nauem. ff. de exercit. Socin. in conſ. 304. col. vlt. verſic. nec obſtat vltimũ, lib. 2.

& in

& in cõſ.25.lib.3.& in vaſſallis ratione feudi,quatenus fructus ſufficiant,& iuramentum præſtitum patiatur, & non amplius procedere etiam verius erit,in quibus eadẽ ratio ex infra dicendis militare videtur, qui ſanè ad maiora exhibenda iuramento fidelitatis ſe adſtringunt,ex Affl:ct.in prẹlud.feu.nu. 41.Bald. Velo. & alij in cap 1.de forma fid.in vſibus feudorum.

Sed quid autem,ſi iſti vaſſalli agricolæ antequam fideiubeant,intercedãt,aut ſe oblıgẽt pro dominis iſtís, cum illis pactum initum ſit ſe obligandi,& intercedendi,an adhuc poterunt pro illis ſe obligare?nam iure ſtabilitum eſt,quamlibet cõuentionem inter dominum, & vaſſallum initam eſſe obſeruandam, ac ideò etſi ab eis collectas exigere nequeunt,ſi tamen ſuper eis conuentionem faciant,illam obſeruare adſtringuntur, extra conſtitutionem portagij, aut vectigalis, vt notat Bald. in l.his quibus. C. de fidei liber. quem ſequitur Auend.de mandatis princ.2.part in cap 4. nu.12. Speculator in tit.de feudis.§.quoniam,col. penult. Iac. de S.Georg.in tract feud.tit. de homag.num. 12. & 13. & alij plurimi relati per Marcum Solonium in conſi. 15. num.6. Nihilominus contrarium erit dicendum, quia ex quo prohibitum eſt per legem iſtam, agricolas pro dominis oppidorum,in quibus degũt, quolibet modo obligari,prohibita etiam erit omnis via, & modus, per quem ad iſtum effectum poſſet perueniri.l.cum lex ff. de fideiuſ.l.legem in fin.C.de nat.lib. Iaſon in l. 2. nu. 25.ff.de iuriſ.om.iud. Panormit.in cap.tuæ, num. 4 de procurat.Sed extra caſus fideiuſsionis, aut obligationis hic expreſſos,reliquas conuentiones eſſe obſeruandas nemo ambiget,nec ad eas tanquam diſsimiles,& ſeparatos caſus prohibitio iſtius legis non erit trahenda,ex

l.Pa-

l.Papinianus exuli.ff.de minor.l.maritus,C.de don.inter.l.illam, C.de collat.

Quid autem ſi agricola in oppido Baronis non habitet,ſed in eo habeat vicinitatem,ſeu ciuilitatem?nam 5
inquit lex;*En cuya juridicion viuieren*, & ſic videtur, ꝙ verbum iſtud cum effectu ſit accipiendum,vt agricola prohibitus ſe obligare,aut fideiubere,ibi habitet,l. 1. §.hæc verba,ff.quod quiſq; iuris,& in capit.relatum de cleric. non reſident, & in capit. hæc autem verba, de pœnit.diſtinct.1.ſed quãuis illud verbum,*Viuieren*, adiectum eſt, non tamen debet eſſe in conſideratione, ſi ibi habitet, aut alibi commoretur, modò ciuis ſit agricola loci illius:nam intentio legis hæc eſt,vt obligationibus, aut fideiuſsionibus pro dominis oppidorũ factis non opprimantur, ex quo tantum agriculturę pręiudicium generatur:vnde modò ſit ciuis agricola illius oppidi, modò incola, aut habitator ſit, ex quo in aliquo poſſet perhorreſcere, quominus fiat, eius obligatio, aut fideiuſsio prohibetur, non obſtãte verbo illo: nam verba impropriari debent,vt deſeruiant intentioni, vt in l.inſulam,ff.de præſcriptis verbis, l.ſed etſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero, ff.de iureiurando, l. non codicillum, C.de teſtam. & ibi communiter DD. Nec inanis erit labor hic, cum quis ciuis eſſe poſsit, etſi in ciuitate non habitet, & vicinus illius loci, quem non incolit, l. ciues, C.de incol. lib.10. l.1. ff. ad municip. Afflictis in deciſ 364.n.13.cum ſeq.& Nicol.Boe.in deciſ.260. nu. 10.Felin.in cap.quoniã, col.1. de offic. ord. latè Solon. Burgen.in l.3.Tauri num. 383. cum multis ſequentib.

Quare agricola,qui nec ciuis,nec habitator eſt oppidi alicuius Baronis, pro eo fideiubere, ac ſe obligare non prohibetur: nam in eo nulla præſumitur coactio-

ſed

ſed ſpontanea voluntas, & hoc operantur verba illa, *En cuya juridicion viuieren*, ſcilicet per vicinitatem, aut per habitationem, Secùs verò ſi ibi nec ciuis, nec habitator agricola ſit: nam tunc, & ſe obligare, & fideiubere poterit: & in odium dominorũ eſſet, ſi nimis reſtringerentur perſonæ, qui pro ipſis ſe obligare, & fideiubere poſſent: niſi hęc congrua ex verbis ipſis interpretatio fieret, vt in l. 2. ff. de liberis & poſthumis, & ibi notant communiter Doctores, & Iaſon numero 21. ceſſat enim ibi timoris, & metus ratio, quę in huiuſmodi vaſſallis præſumitur militare: nam propter potentiam alicuius multa introduci ſolent, quæ aliàs non introducerentur, vt inquit Baldus in capit. 1. in columna 2. de milite vaſſal. qui cont. eſt, ſequitur Auendan. libro 1. de mand. princ. cap. 4. numero 14. verſic. cum

6 igitur. Et quod verba illa, *En cuya juridicion viuieren*, videantur eſſe appoſita ex præſumpta metus ratione, patet euidenter, quia ſi generaliter agriculturæ conſuleretur, non eſſet inter agricolas iſtius, vel illius loci diſtinctio facienda, ſed quia iſtis vicinis, aut incolis, agrorum cultoribus, metus veluti infertur à dominis oppidorum, in quibus degunt, vt pro eis obligationibus adſtringantur, & per conſequens res frumentaria detrimentum patitur, ideò ſpecialis iſta procedit prohibitio, vt & iuſta ſit, & publicæ vtilitati conſulat. Domini enim oppidorum, vt ſunt Duces, Comites, aut Marquiones, aut alij Barones, cenſentur Principes in ſuis terris, & illam contra ſubditos poteſtatem habere, quam Rex, vel Imperator habet in Regno, vel Imperio ſuo, vt dicunt Ludou. Rom. in conſil. 59. & Corneus in conſil. 200. col. 1 & 2. vol. 1. Ang in conſil. 217. col. 2 & 3. Paul. Caſt. conſ. 34. col. 3. vol. 2. quos ſequitur

quitur Maranta in diſput.6 n.14. Vnde quādo contra-ctus inter dominum, & ſubditū tendit in ſubditi læſio-nem, & præiudiciū, præſumitur metu factus, & inuali-dus eſt, argumento text in l 1 C.de contract. iud.l.fin. C.de reſcin. vend. & in l. principalibus. ff. ſi certū pet. & late traditur à Maranta vbi ſup.n.15. vbi inſtrumen-tum fideiuſsionis à ſub dito confectum in fauoré ſupe-rioris propter metum præſumptum multis rationibus probat eſſe nullū, & ex natura fideiuſsionis, quæ eſt cō-tractus onerosus, vt traditur ibi n.13. cui adde illud Pro uerb. 6 cap. ibi: *Illaqueatus es verbis oris tui*, & alia referē-tes Palac. Rub in cap. per veſtras de donat. inter. §. 18. nu. 9 cū ſeq. Baeriū de decim. tut. cap. 2. nu. 82. Ex qui-bus patet, quàm periculoſus, & dānoſus ſit fideiuſsio-nis contractus, cùm qui fideiubet, dilapidare bona di-catur, vt ibi. Ob quam rationem communis ſuſtinetur ſententia de minore fideiubente, qui ex ipſo fideiuſsio-nis actu læſus eſſe præſumitur, & abſq; alia probatio-ne ei ſuccurritur per beneficium reſtitutionis, ex text. gloſſ. 1, & DD in l. ait Prætor. §. non ſolum. ff. de minor. Rod. Suarez in allegat. 20. verſic. ſed dato in fine, cum traditis per Azebed. in l. 6. tit. 10. lib. 9. nouæ Compil. num. 4. cùm vbicunque faciat actum, ex quo ſibi nulla vtilitas ſequi poteſt, ſed poſſet ſibi damnum inferri, læ-ſus hoc ipſo eſt. & dāda reſtitutio, vt in l. 1. C. de in in-teg. reſt. Sarmiento lib. 3. ſelect. interp. c 13. nu. 3 in princ.

Hinc etiam eſt, vt licitè poſsit propter periculum, & damnum, quod importare ſolet fideiuſsio, accipere pe-cuniam fideiuſſor, vt fideiubeat, vt colligitur ex l. hoc iure. § Labeo. ff de donat. Molin. de vſuris q. 31. Boer. deciſ. 255. Decius in conſ. 7. nu. 1. Soto de iuſt. & iur. lib. 6 q. 1 artic. 2. Greg. Lup. in l. 1. tit. 12. part. 5. in verbo, 7

Ruego,

Ruego, Didac. Caſtrenſ. in l. 68. Tauri, num. 4. verſic. pro complem. Didac. à Couar. lib. 3. variarum reſolut. cap. 2. num. 6. vnde nimirum, ſi intellectus quærendus ſit ad textum in l. antiquæ. §. ſed ſi minus. C. ad Sen. Cõſ. Velleia. vbi ſtatuitur, quòd ſi mulier re aliqua, vel pecunia accepta intercedat, obligetur, & Senatus Conſul. Velleian. iuuari non poſsit: nam ſi id iure facere poterat, illud beneficium amittere non debuiſſet, & ideò dicendum eſt, eatenus eò non iuuari, quatenus damnum, & periculum ſideiuſsionis ea pecuniæ ſumma reſarcire poſſet, vt ſentire videtur Menoch. de arbitr. lib. 2. cẽt. 3. caſu 234. num. 4. ac ideò meritò hic contractus adeò
8 periculoſus improbatur. Nam ſi vaſſallus damnum intulit domini mandato, non ipſe, ſed dominus mandans tenetur, cùm habeat ius imperãdi, vt in l. nam ad ea. ff. de reg. iuris. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. l. 5. tit. 15. p. 7. cum optime, & egregie notatis à Greg. Lop. ibi in gl. 1. & in gloſſ. verb. *Vaſſallo*, vbi id intelligit de vaſſallis, tàm reſpectu feudi, quàm reſpectu iuriſdictionis. Cur damnum, & detrimentũ ex fideiuſsione ipſius domini mandato, vel potius metu facta agricolæ proueniens, etiam cum Baronum damno non depelletur, & propulſabitur per hanc conſtitutionem? quæ adeò rationi conſona eſt, & reipublicæ vtilitati conſulens, vt nullo medio affectu, nullave inuentione excogitata, debeat defraudari, cùm diligens iudex debeat perpẽdere, quã illuſoria eſſet, ſi quod vno modo prohibuit, hoc, vel alio concedere videretur, vt in l. ſcire oportet. §. 1. ff. de tut. & curat. dat. ab his, cum belliſsime traditis per Sarmient. lib. 1. ſelectarum interp. cap. 12. num. 7. circa finem, & eo maximè procedit hæc conſtitutio: nam pro certo habendum eſt, noluiſſe ſubditum iſtum ſe obliga-

obligare ex l. velle ff. de reg. iuris, vbi, Velle non creditur, inquit Vlpianus, qui obſequitur imperio patris, vel domini, ex eo quòd actus non dicatur voluntarius, quando fit ab eo qui poterat compelli, vt ex Baldo in l. nouiſsime per illum textum. ff. quod falſo tut. auct. notat Decius in d l. velle, num. 2 & idem Decius in cõſil. 202. num 2. nam ſi contractus cum iudice initus in eius vtilitatem iuſtum metum inducit, adeò, vt poſsit meritò irritus fieri, vt in l. ſi per impreſsionem cum ſequent. C. de eo quod metus cauſa, & in l. non eſt veriſimile § 1 ff. eodem tit quantò magis debet inducere metum, & timorem iuſtum imperium, ſeu mandatum ipſius domini, etiamſi per blanditias id velle, & deſiderare oſtendat: nam blanditiæ potẽtum iuſtum metum operantur, Decius in conſil. 42. col. 4. verſi. ſed prædictis, Capicius in deciſ. 159. num. 33 & idem Burgenſis latè in conſil. 25. num. 71. & 72. & ſequent. præſertim, quia plerumque agricolæ metuunt dominos oppidorum, in quibus degunt & ne illos moleſtijs, & vexationibus afficiant ſolent ſe illis faciles in quibuslibet obſequijs, & gratis ſeruitijs exhibere, & iſta iuſta ſuſpicio metus habetur pro iuſto metu, vt late proſequitur vbi ſup. Burgenſ. num. 73. cui poterit addi, quòd idem iudicamus de ipſo malo, quod de timore mali. l. Pedius in princ. ff. de incend. rui. naufr. & Cicero in orat. pro lege Manilia, inquit: Non ſolùm aduentus mali, ſed etiam metus ipſe affert calamitatem, & publicanis per inde metũ belli fit remiſsio, ac ex ipſo bello, Alexãd in l diuortio col. 4. ff. ſol. matr. Anchar. conſ. 87. & tradunt Iaſon num. 2 Alciat. 11. in l 2. C. de tranſact: vbi text. probat perinde valere tranſactionem ex lite pendente, ac ex timore litis, & æque ex timore peſtis fit remiſ-

Z ſio,

ſio, ac ex ipſa peſte. l. habitatores. § ſi ff. locati, & timor armorum idem operatur, quod ipſa vis armis illata. l. 3. §. armis. ff. de vi, & vi armata, & idem cenſemus de coactione facta à iudice, ac de timore coactionis. l. nouiſsime, vbi Bald. ff. quod falſo tutore aut. Quamobrem iure optimo ſtabilitum eſt, vt agricola ſe obligare, vel fideiubere pro domino, in cuius oppido degit, nullo modo poſsit, & adhuc me ex hac quæſtione expedire deſiderantem tenet dubium, quod ſe offert, quia fideiuſsionem lex iſta prohibendo, neceſſariò videtur prohibere fieri opera charitatis, & pietatis, quæ in actu fideiuſsionis expenduntur, vt comprobari poteſt ex ratione, qua communis aſtruitur hæc ſententia, iuramentum de non fideiubendo tanquam cõtra bonos mores emiſſum non eſſe obligatorium, vt percipies ex traditis per Didac. à Couarr. in cap. quanuis pactum de pact. in 6. in 1. part. §. 6. num. 7. Gutierrez alios referentem in 1. parte de iuram. confirm. cap. 72. num. 5. Menoch. de recup. poſſ. remed. 1. num. 289. Quare dicendũ erit, noſtram legem non attendere ad merum fideiubendi actum, qui per ſe meritò laudabiliter exercitus habendus eſt, ſed ad modum, & qualitatem ipſius, qui nec libere in fauorem dominorum, nec vtiliter pro agricolis vaſſallis eorum geritur, vt patet ex ſupradictis: & ſic nimirum ſi iuſtè pragmatica noſtra prohibeat, quod eiſdem ferè rationibus à iure Canonico prohibitũ eſt, vt in cap. 1. de fideiuſſ. & in cap. te quidem 11. q. 1.

9 Quæ cùm ita dilucidè explanata ſint, ſolũ ſupereſt, vt intelligatur inſtrumentum contra formam huius legis factum eſſe omninò nullum, vt apparet ex illis verbis, *Y que ſean nulas las eſcrituras que en contrario de lo en eſte capitulo, &c*, & ſic quia nullitas ex contractu, & partium

partium conuentione lege prohibente facta, prouenit actione ex ipſo contractu deſcendenti, agere poterit agricola ad declarandum illud nullum, vt in l. ex empto, §. is qui viā, ff. de act. empti. l. ſed Celſus, §. ſi fundus annu. ff. de cont. empt. Bart. in l. quæ ſub conditione, §. de hoc iure, ff. de condit. inſtitut. Vantius in tract. de nullit. tit. 1. num. 9. & idē remedium cōpetet pro declaranda nulla ſubmiſsione aliter, quàm in ſuperiori capite traditur, facta, aut pro qualibet re geſta, in præiudicium agricolarum extra formā in pragmatica expreſſam: nam annullatio iſta ad omnia, quæ contra tenorē legis fiant, refertur ibi: *Y de todos los demas en fauor delos dichos labradores*, & cùm ad ſuperiora capita hęc annullatio expreſſe referatur, idem operari debet, ac ſi in ſingulis adiecta eſſet, text. in l. aſſe toto, ff. de hæredit. inſt. l. ſi ita ſcripſero: ff. de cond. & demonſtr. Socin. in conſil. 188. num. 4. lib. 2. Decius in conſil. 532. num. 4. Paul. Pariſ. in conſil. 2, num. 52. & 53. & in conſil. 36. num. 3. 4. lib. 3. Tiraq. de leg. connub. gloſſa 6. num. 177 idcirco quoties aliquid contra tenorem pragmaticę factum aſpexeris, id pro nullo, ac irrito, & inani iudicato, & tāquam ſi nihil factum eſſet: nam nullum eſſe, & nihil eſſe, æquiparantur in iure, vt in l. 1. §. 2. & ibi Decius n. 4. ff. quod quiſq; iuris, Aimō in cōſ. 15. n. 7. Vātius de nullit. tit. 1. n. 11. Vnde manēt expedita omnia, quę ad cognitionē iſtius pragmat. diſpoſitionis deſiderari poſſunt.

Summarium capitis decimi.

AD Incurrendam pœnam à ſignificatione verborum recedi non oportet. num. 1.

In multis caſibus hic enumeratis cum effectu ſunt verba accipienda. num. 2.

Pœna ſuos debet autores tenere, nec vltra ipſos diuagatur. num.3.
De tabellione vltra pragmatica formam inſtrumentum conficiente aliqua ſcitu digna referuntur. num 4.
Clauſula, quæ ex communi tabellionum ſtylo deriuatur, quid operetur? num.5.
Ad hoc, vt quis in pœnam incidat, an ſententia requiratur condemnatoria? num. 6.
Quid tabellio debeat præmittere in inquirēdo, an contrahens agricola ſit? num.7.

De pœna iudicibus executoribus, & alijs pragmaticæ tranſgreſſoribus impoſita. Caput X.

1 NEfas exiſtimarunt antiqui, quicquam agriculturæ dicatum pro executione capi, idq; non leuibus pœnis dignū rati ſunt: nam vt omittā boues aratorios mactari, Phrygum veteri inſtituto fuiſſe capitale, prout à me relatum eſt in lib. 1. capit 3. tamen illud prætermittendum non erit, quod in Theodoſiano codice, l. 1. de pignoribus, executor qui legem de rebus agrarijs tranſgrediebatur, capitali ſententiæ à rectoribus prouinciarum ſubigebatur, etſi poſtea in l. executores, C quę res pign. oblig. poſſ. ſupplicium id in iudicis arbitrio totum poſitum erat, vt ex verbis illius legis apparet, ibi, æſtimando à iudice ſupplicio ſubigetur, quod animaduertit Menoch l b.2. centur.3. de arbit. caſu 378. num.5. & 6. Sed emiſſa præſenti conſtitutione pœnas tranſgreſſoribus expreſſa impoſita eſt: nam textus Regius inquit, *Y que el juez, o execu-*

Digitized by Google

tor que cótraviniere, aſsi a lo diſpueſto en el capitulo primero, como en eſte, ſea ſuſpendido de oficio por vn año, y el acreedor que lo pidiere, por el miſmo caſo aya perdido y pierda la deuda, y el labrador quede libre della. Ex quibus illud primò in dubium reuocatur, an eo ipſo quòd creditor id petierit, debitum amittat? nam expreſsis verbis nil aliud ad amittendum debitum requiritur, & à ſignificatione verborum recedi non oportet, vt Marcellus ait in l. non aliter. ff. de leg. 3. text. in l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. eodem titul. l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum oblig. & in l. voluntatis, & ibi notat Bald. C. de fideicõm. Iaſon in l. quicquid adſtringẽdæ num. 4. ff. de verborũ oblig. Sed durus videtur hic ſenſus, etſi verborum ſignificationi congruat, cùm doceat Vlpianus, verba cum effectu eſſe accipienda adhoc, vt quis in pœnam incidat, vt in l. 1. §. hæc verba. ff. quod quiſque iuris, idem Vlpianus in l. ſi per alium. §. docere. ff. ne quis eum, qui ad iud. vbi ſi quis fecerit, quo minus quis in iudicium produceretur, ſi tamen productus eſt, ceſſat pœna, & idem in l. nomen filiarum. §. habere. ff. de verborum ſig. tradit Iaſon num. 4. & ibi communiter DD. & in d. §. hæc verba, & facit text. in l. qui cum natu. §. accuſaſſe. ff. de bon. liber. vbi accuſaſſe non dicitur, qui cauſam non perorauit vſq; ad ſententiam, per quem ita tenet Mexia ſuper text. pragmaticæ panis, verbo, *Pedir*, & Azebedo in l. 1. titul 15. lib. 5. Recop. nu. 18. verbo, *Pedir, ni lleuar*, vnde qui promittit inuenire furem, cum effectu eſt intelligendum, vt inueniat, capiat, & curiæ repræſentet, vt in l. ſi barſatorem. C. de fideiuſſ. & facit ad leges diſponentes de inuentis in aliqua re prohibita: nam non dicetur quis inuentus, niſi in eo quoque deprehendatur; vt 2

 notant

notant ibi Bald. Bart. & Salicet. Chaſſan. in conſuetud. Burg. in rubr. 1. §. 1. col. 2. num. 5. Palac. Rub. in cap. per veſtras. 3. notab. §. 21. num. 12. de donat. inter, Auend. in reſponſo 33. num. 2. verſic. pro iſta, late Mex. Ponc. in pragm. panis. 1. concluſ. à num. 26. cum ſeq. Eademque ratione procedit, vt communis, & recepta ſententia ſit illorum, qui affirmant emphyteutam ob ſolam venditionem abſque traditione non cadere ab emphyteuſi, ſi venditio fiat irrequiſito domino directi dominij iuxta textum in l. fin. C. de iure emph. & textum in l. fin. tit. 8. p. 5. cum traditis ibi late cum Greg. nam ad hoc vt emphyteuta incidat in pœnam cõmiſsi, debet eſſe venditio cum effectu, hoc eſt traditione, vt patet ex Iaſone in d. l. fin. num. 132. Paul. Caſtr. in l. 1. §. ſi rem depoſitam. ff. depoſiti. Cuman. conſil. 41. cum latè congeſtis per And. Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 1. gloſſ. 2. nu. 43. & 44. Et de venditione frumenti vltra taxam, quæ deſiderentur, vt quis in pœnam incidat, videnda erunt
3 ea, quæ ſuo loco pertractabo. Ex quibus colligo verum ſenſum illorum verborum, ibi: *Y que el juez o executor q̃ contrauiniere*, ad quod referri debet illud, quod in eadẽ clauſula adijcitur, ibi: *Y el acreedor que lo pidiere*, ac ſi dixiſſet apertiùs, quòd iudex per tranſgreſsionem per annum ab officio ſuſpendatur; & ſi petierit creditor id, ob quod tranſgreſsio facta eſt, debitum amittat, nam certè abſque eius petitione, ex iudicis præcepto fieri poſſet, & conſequenter ſi petitione partis præcedente, iudicis præceptum ſequatur, & pragmatica in primo, aut ſecundo capite non obſeruetur, ab officio iudex per annum ſuſpenditur, & creditor debitum amittit, vtpote cùm rei ambo tranſgreſsionis ſint, & ſua debeat quemque pœna tenere, & arctare, vt in l. reſcriptum.

Digitized by Google

ptũ. ff. de his quibus vt indig. & l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vulg & pup. ſubſt. & expreſsius per Arcad. & Honor. in l. ſancimus. C. de pœnis, ibi: Peccata igitur ſuos teneant autores, nec vlterius progrediatur metus, quã reperiatur delictum, & in cap quæſiuit de his quæ fiũt à ma. part. cap. Qua ratione itidem procedit, vt ſi executor in bonis prohibitis executionem fecerit, cùm iudex generaliter executionem fieri mandauerit, eamq; creditor ſimpliciter petierit, pœnam hac lege impoſitã ipſe ſolus executor non euadet, quia ipſe ſolus tranſgreſſor eſt. Pro quo facit gloſſa not. in l. cum duobus. §. Papinianus, verſi. nõ redigitur. ff. pro ſocio, & ibi notat Alexander, & Bart. in l. ſed ſi hac. § qui manumittitur. ff. de rerum diuiſione, cum traditis per Didac. Caſtellum in l. 77. Tauri à num 2. cum ſeq. vbi delictũ vnius alijs non nocere probatur.

Tabellionis etiam incuria non impunita relinquitur, ſi fortè contra tenorem huius quarti, aut quinti capitis inſtrumenta confecerit, vbi agricola extra formã traditam foro renunciet, & alterius ſe ſubmittat iuriſdictioni, aut pro domino, in cuius oppido degit, ſe obliget, aut fideiubeat, inquit enim, *Ni los eſcriuanos den lugar aque ante ellos ſe otorguen, ſo pena que pierdã ſus oficios, y no puedã vſar mas dellos de ahi adelante*, quæ pœna etiã extenditur ad tranſgredientem cõtenta in quarto capite, nam ibi ſolum verificari poteſt incuria tabellionis in renuntiationibus, & ſubmiſsionibus faciendis, vt dicitur ibi in illis verbis, *En eſte capitulo, y en todos los demas*, & fruſtra hæc verba adiecta eſſent, niſi verus ſenſus, & intellectus hic fuiſſet, & alius non poteſt eſſe, vt aliquid operentur, iuxta ſententiam Papiniani in l. ſi ſtipulatus. ff. de vſuris, & text. in l. 1. in fin. ff. ad mu- 4

Z 4 nicip.

nicip.& in l.ſi quando, ff de leg. 1.& in capit.ſi Papa de priuil.lib.6. cum traditis latè per Iaſonem in l. ſi legati ſerui, num. 4. ff.de leg. 1. Vides ergo, quòd ſi tabellio confecerit inſtrumentum aliter, quàm hîc cauetur, incurrit pœnam priuationis officij: in quo ſolum hoc nota dignum, & dubitabile extat in caſu quarti capitis pragmaticę, vbi de renunciationibus fori agitur, an ſi tabellio confecerit inſtrumentum, in quo agricola generaliter foro ſuo renunciauerit, & omnibus huius regni iudicibus, pœnam huius legis & capitis incurrat? fortè videretur, quòd ſic, quia ſubmittẽdo ſe generaliter omnibus, cuilibet ſubmiſsio facta eſt, cùm qui totum dicit, nihil excludat, iuxta textum in capit. ſi Romanorum, §.dicendo, & ibi notatur in gloſſa 1. 19. diſtinct. & in capit. ex literis de iure patr. & in cap. quia circa de priuileg. Sed nihilominus dicendum eſt, tunc tabellionem pœnam incurrere, quoties expreſsim alicuius iudicis iuriſdictioni agricola ſe ſubmittat ratione contractus, aut deſtinatæ ſolutionis, aut alio modo, quo forum ſortiatur extra formam in hac lege traditam, vt l.20. titulo 21.lib.4. Nouę Compilat. cum ſimilibus ſupra à me citatis: ſecùs verò ſi generaliter ex communi tabellionum ſtylo foro renunciet, & omnibus huius regni iudicibus ſe ſubmittat, quia quæ ſpeciali nota digna ſunt, niſi exprimantur, non veniunt in renunciatione, maximè in correctorijs, & pœnalibus, vt in l.item apud Labeonem, §. hoc edicto, ff. de iniurijs, tradit in ſimili Didacus Caſtellus in l.50. Tauri in verbo, *Renunciar*, numero 7. & ad idem ſequitur Ioannes Matien.in l.2. titulo 2. gloſſa 4. numero 1. libro 5. Nouę Compilationis. Quia communis illa clauſula in inſtru-
5 mẽtis apponi ſolita, *Renuncio mi propio fuero, juridicion,*

y do-

y domicilio, y doy poder à todas las juſticias, &c. ex conſuetudine potiùs & ſtylo tabellionum, quàm ex expreſſo partis conſenſu deriuatur, vt in ſimili notarunt Paulus Caſtrenſ. in conſil. 196. vol. 2. Paul. Pariſ. in conſil. 31. vol. 1. & in conſil. 100. num. 7. Roland. à Valle conſil. 71. num. 42. vol. 1. Carol. Ruin. conſil. 106. vol. 1. Did. à Couar. in rub. de teſtam. 2. parte, num. 18. & Gregor. Lup. in l. 19. tit. 5. p. 3. in verbo, *Quando las tales*, & ex illa generali renunciatione nullum forum ſortitur, niſi rationibus illis enumeratis in dicta l. 20. titulo 21. libro 4. Comp.

Nec exiſtimãdum erit, tabellionem huius pragmaticę tranſgreſſorem pœnam priuationis incurrere ipſo iure: nam ad hoc, vt officio priuetur, requiritur ſententia condemnatoria, quia in grauioribus alijs requiritur, vt in crimine læſæ Maieſtatis diuinę, vel humanæ, iuxta textum in capit. cum ſecundum leges de hæret. lib. 6 l. eius, qui delatorem, ff. de iure fiſci, Hip. de Mar. in rubr. ff. ad legẽ Cor. de ſicar. latè Ant. Gomez de delictis capit. 14. num 3. quod ego intelligerem verum ita eſſe, vt etſi pœna imponeretur ipſo iure, adhuc ſententia declaratoria requiratur, de quo, cùm caſus occurrerit, vt integrè ſciatur, & quibus reſtringatur limitationibus, conſulito Ioan. And. & alios in dicto capit. cum ſecundum leges, §. confiſcationis, Alexand. & Iuniores in l. ſi maior, C. de trãſact. Felin. latè in cap. Rodulphus à num. 35. de reſcriptis, & in cap. cùm non ab homine, num. 10. de iudic. cum latè congeſtis per And. Tiraq. in l. ſi vnquam verbo reuertatur, n. 317. cum ſequent. C. de reuocan. donat. & Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 5. caſu 498. à n. 38. Sed vt tabellio pœnam hîc impoſitam euadat, exactèq; legis formã obſeruet, tã in caſu quarti capitis, 6 7

capitis,

ctibus.§.ſed quoniam num.6. C. de non num pecun. Panorm.in c.fin.nu.18.de ſolut. cum alijs per Emman. Coſtam in d.l.ſi ex cautione in ſcholio compellitur nu. 1.& Didac.à Couarr.lib.2.variarum cap. 4.num.3. poſt medium. Præſertim cùm hîc prohibita ſit renuntiatio, in quo maior militat ratio, vt confeſsioni agricolæ non ſit ſtandum:nulla enim contrahentium verba, aut cō-poſitæ rationes ſufficiēt, ſi per eas effectus,& ius pragmaticæ euacuetur, quinimò deterior eſt, qui modis exquiſitis legem fraudare intēdit, vt in l. ita fidei.ff.de iure fiſci, ibi: Immò in priori ſpecie maiorem fraudem excogitaſſe videtur, qui nō tantùm legem circūuenire voluit,ſed etiam interpretationē legis, & faciunt text. in l.ſi longius.§. ſi filiusfamilias, & in l. ſi Prætor. & ibi Accurſ. ff.de iudicijs,& in l.1.§.1. verſic. & niſi hoc. ff. nautæ caup.& ſtabul.l.2.§.non ſolum. ff.ad Sen. Conſult.Tertul.l.ſcire oportet.§.1.ff.de tut.& curat.dat.ab his,& in vulgata l.non dubium.C.de legib.

Summarium capitis vndecimi.

Reipublicæ inſtitutores agricolas, vt eius præcipuos miniſtros, commendarunt, ac ideò iudices eis conſulere debent. num.1.

Qui iudices adminiſtrationem iuſtitiæ admitti debeāt, cum ex eis rerum publicarum vtilitas pendeat. num.2.

De meritis iudicum, qui ſupremis Conſilijs adſunt, & executores eorum quales debeant eſſe, commendatur. num.3.

Iudices de Meſta quàm infeſti agriculturæ ſint, & quanto res frumentaria præſtet vtilitatibus paſcuorum, & pecorum. num.4.

De damnis, quæ iudices peſquiſitores per exceſſum commiſsionis

nis

nis ſolent rebus publicis inferre.num.5.

Notātur nonnullæ iſtorum calumnia, ſub quarum prætextu graues ſolent iniurias inferre.num.6.

Cambyſis Regis Perſarum factum refertur in impoſitione pœnæ contra Siſanem iudicem iniuſtum.num.7.

Dictum riſu & miſeratione dignum cuiuſdã ſcelerum quæſitoris, & qualem ſe debeat habere, cùm aduocatus illam iure inſtruit.num.8.

Quando iudex poſsit partes ad concordiam compellere, & quã proditorium ſit, falſa promiſsione reos fallere.num.9.

Iudex an obligetur ad implementum fidei, & quomodo id ſit intelligendum, & quid in foro animæ, tractatur num.10.

Iniuriam iuxta qualitatem perſonæ qui patitur conſiderãdã, & de officio hoſpitatoris pauca referuntur. num. 11.

Quando per conuentionem reus non fatetur delictum, & de infamia illius, qui per pecuniam remittit iniuriam.n.12.

Remiſſa per conuentionem iniuria, an pœna corporis poſsit infligi, & nonnulla circa immunitatem illorũ, qui torturæ ſubijci non poſſunt, vtiliter explicantur.nu.13.

Peſquiſitori quid faciendum, vbi labitur terminus, & de præcipitatione nouercæ iuſtitiæ, & de appellationibus deferendis.num.14.

De electoribus iudicum, quàm in foro animæ obnoxij ſint, quàmq́; in obligatione poſiti reſtituendi, quod electus commiſerit, & de obligationibus illorum, qui malè eligunt, & nominant in foro exteriori.num.15.

Vt iudices publicæ vtilitati, quæ circa agriculturam conſiſtit, conſulant. Cap. XI.

QVæ in his Cõmentarijs à me adducta ſunt, ita ad rẽ frumentariã, & agricolarum immunitatem abſque

abſque immiſsione falcis in meſſes alienas, ſpectant, vt minimè verear huc de quibuſdam iudicibus afferre quæſtionem, vtpote qui tantam Reipublicæ vtilitatem labefactare, vel eam, vt res tanti ponderis expoſcit, ſtabilire poſsint: nam etſi ex capillis, vt aiunt, nonnulla huius capitis adducam, tamen reliqua, vel omnia potius ad commendationem & conſeruationem eorũ, quę in præſenti pragmatica diſponuntur, non mediocriter ſpectabũt: nam vt inquit Pomponius, Parum eſt enim ius in ciuitate eſſe, niſi ſint qui iura reddere poſſint: vnde egregij rerum publicarum inſtitutores illud in primis animaduertebant, vt & ciuitates, & oppida eorum his hominibus agrorum cultoribus pręcipuè exornarentur, & vt iudices, qui in iuſtitia, iure, & tranquillitate omnia ſuſtinerent, ad adminiſtrationem eorum admitterentur. Nam & Caliſtratus Iuriſconſultus exemplo Platonis, qui Reipublicæ fuit inſtitutor, cõprobans, potiſsimũ hiſce agricolis Reſpublicas indigere, dicit in l. 2. ff. de nundinis, & Ariſtoteles Peripateticorum facilè princeps hos quidem, vt pręcipuos, & ſine quibus permanere Reſpublica non poſſet, primo in loco commendauit lib. 4. Polit. & lib. 7. capit. 8. Non igitur ciuitas, inquit ille, ſine ijs conſtare poteſt, à quibus operę præſtantur, hoc eſt, ſine agricolis, quos etiã non minùs ac theſauros, & diuitias non ſolùm Reipublicæ, ſed totius etiam Regni neruos & fortitudinem appellarunt multi, ac veluti ſic benemeritos barbaricæ etiam gentes plurimi fecere, & poſteritati laudabilibus exemplis commendarunt vt tradit Petr. Gregor. de ſyntag. iuris 2. parte lib. 17. capit. 5. num. 2. Igitur nimirum ſi totis viribus contendam, vt iſtis publicæ vtilitatis miniſtris iudices conſulant, & ab omnibus, quę illos

illos ab agriculturę arte poſsint arcere, protegant: humeris enim iudicum rerum publicarum pondus ſuſtinetur: ac ab eis, velut à fontibus, per aliqua regni membra in exhibitione iuſtitię bona deriuantur; & à contrario mala ſolent adduci. Quare ſumma ope niti decet, vt qui iudices conſtituantur, ſic habiti ſint, in quibus nil vendicet odium, nil fauor vſurpet, timor exulet præmium, aut expectatio præmij iuſtitiam nõ euertat, ſed ſtateram geſtent in manibus, & lances appendant æquo libramine, Deum præ oculis habentes, vt in cap. 1. de re iudicata in 6. & in cap. quatuor modis 11. q. 1. de quo erudite per Caſt. de Beuad. in ſua Polit. 1. parte lib. 2. cap. 2. *De la juſticia*, & quia felicitas regni ex iſtorum adminiſtratione pendet, enixè elaborauerunt antiqui, vt non ad eam, niſi qui virtutibus, literis, & nobilitate, & alijs animi dotibus; & rei familiaris viribus pollerent, eligerentur, vt tradunt Bodin. de Republ. lib. 5. capit. 4. Halicar. lib. 2. Roman. antiq. & alijs innumeris exemplis id exornat idem Caſtel. vbi ſupra, libro 1. capit. 3. vbi quę ad hanc rem afferre deſiderabam, latiſsimè cumulantur, Athenarum Reſpublica, non tam fortitudine murorum, quàm rectitudine virorum, qui in eius adminiſtratione mirabiliter ſe geſſerunt, ſumma fœlicitate & tranquillitate floruit. Hiſceque bonis allecti Græcorum primi Reges, Eacus, Minos, & Radamontus iudicandi munus ſibi quidem vendicarũt, nec illud, ex quo ſalus Reipublicæ pendebat, auſi ſunt alteris commẽdare. Sed iam res ita ſe habet, vt Reges alijs grauioribus intendant, & iudicandi munus alijs ſit impartiri neceſſe: & ideò illos eligendos arbitror, quales recenſentur Exod. capit. 18. & Deuteron. 16. & 2. Paralipom. 19. vbi iudicum qualitates enumerantur, prout proſe-

proſequitur Petr. de Ribadeneira multæ eruditionis vir in lib. 2. de virtut. Princip. Chriſt. cap. 12. cum duobus ſeq. quia præter nefas, quod mortale committitur in electione indigni, in quo & contra charitatem proceditur, & in damnum reipublicæ, ex Antonini ſententia. 3. parte ſummæ, nulla tamen pernicie reſpublicæ ſæpius labefactæ ſunt, quàm moderatorum inſcitia, nā ſicuti illud Ciceronis, quod non dominus domo, ſed domus domino nobilitanda eſt, ita gubernandi dignitatibus homines dandi eſſent, non vero hominibus dignitates tribuēdæ, vt autor eſt Platina, dicere ſolitum Pium II. in eius vita. Et magnus ille Imperator Conſtantinus ex eo vel maxime laudatur, quòd poſtquam obtinuit Imperium, etſi ſummopere liberalē ſe exhibuit, beneficia grata in multos conferendo, & eos pecuniarum quantitate locupletando, tamen reipublicæ adminiſtrationem, & magiſtratus, niſi benemeritis, qui prudentia, & animi dotibus alijs pollerent, nemini cōferendos eſſe putauit, vt Pompon. Læt. in eius vita enarrauit: & alijs id exornat autoritatibus Hector Pintus in dialogo de Iuſtitia cap. 3. & 4. & 5. & ſequent.

Ac ideò noſtris temporibus viri nobiliſsimi, virtutum 3
& literarum meritis conſpicui, prudentia præditi, animi moderatione præſtantes adſunt in conſilijs regijs, quorum qui literati ſunt, primum ex celeberrimis literarum emporijs, Academiarum Collegijs inſignibus, & reliqui ex nobiliſsimis familijs, ex eo quod in eis autoritas, & prudentia vigeat, ad hoc iudicandi ſupremum munus eucheuntur. Sed quid prodeſt, ſi quod illorum rectitudo ſtabilitum ſuſtinet, miniſtrorum malitia proſternat? de quo queritur Iſid. de ſummo bon. cap. 5. & in Auth. de iureiur. quod præſt. ad finē, ibi, Nō

enim

Digitized by Google

enim ego ſolum hoc ago, ſed etiam mihi ſemper aſſidentem talem ſtudebo aſſumere, & circa me omnes, vt non ego quidem purus ſim, qui vero circa me ſint, 4 furentur & delinquãt. Quod latius tradit idem Caſtel. vbi ſup. lib. 1. cap 13. num 31. Sed quia non minus recti iudicis adminiſtratio, ac fertilitas temporum eſt deſideranda, iuxta illud Ariſt Top. 2. non deſinã aduertere, quã maxime agriculturæ infeſta eſſe ſolent illa, quæ iudices de Meſta, aut Cañadas, vulgò dicti, maximum rebus agrarijs bellũ infligentes committere ſolent: nã etſi per ſextum cõmiſsionis regiæ caput illis iubeatur, ne menſibus Iunio, Iulio, & Augusto, quibus præſertim rei frumentariæ intenditur, agricolas ab agricultura amoueant, & diſtrahant, nihilominus varijs calumnijs illos inſectantur, & ab eis maiorem lucri partem extorquent, cùm maior ſit diligentia adhibenda in curatione rei frumentariæ, quam in pecoris cuiuslibet, aut paſcui cõſeruatione, vt patet ex inflicta pœna illis, qui pecora ſua in fœcundos vicinorũ agros immittit, vt in l. Quintus Mutius l. quamuis. ff. ad leg. Aquil. & ex lege ſacra, Exod 22 & 23 & in Deuteron. c. 23. & ex Renato lib. 2. de priuil. ruſt. 1 part cap 5. n. 3. vbi etiam priſcorum legibus cautum narrat, animalia in agro deprehenſa fructum terræ depaſcentia non ſolùm includi, donec pecorum dominus damnũ reſarciat, ſed et ã impune interfici poſſe: quod etſi apud nos aliter de iure reperiatur, vt in d. l. Quintus, & l quãuis, & l. 24. tit. 15 p. 7. tamen per ſtatuta, & conſuetudines locorũ ſolet ſic obtineri, quòd liceat occidere animalia in fundo alieno reperta, ex Salicet. in l. Gracchus col. 2. verſ ex prædictis. C. de adult. Et quòd quis poſsit extra fundũ proſequi ad occidendum animal, tradit etiam Decius in

in conſ. 199. col. fin. Cepola in tr. de ſeruit. tit. de iure paſcendi. 12. col. verſ. ſupereſt alia quæſtio: ſequitur Greg. noſter in d. l. 24. verb. *Quelo nōmate*, & in gl. ſeq. Et quia inter omnia, quibus homines veſcuntur, primas panē obtinere probaui ex Valles de ſac. Philoſoph. c. 27. in illis verbis, *Et panis cor hominis confirmet*, Laſarte de gab. c. 20. n. 7. quos ſequitur Caſtel. vbi ſup. 2. p. li. 3. c. 3. nu. 6. ac per cōſequens potiùs rei frumentariæ, quā pecuariæ eſſet conſulendū: nā & id ab antiquis Ægyptiorum temporibus obſeruatum eſt, quorū populus in tribus præcipuè partibus reipublicæ congruentibus diſtribuebatur, in agricolis, paſtoribus, & opificibus, ita vt primū locum agricolæ obtinerent, vt autor eſt Diodor. lib. 2. quem refert Renat. vbi ſup. 2. p. in procem. Et ſi quid, quod non minimi ſit habendum, paſcua ſibi vendicare poſſunt, illud præcipuè debet eſſe, quod appellatione fundorum comprehendantur, vt inquit Sceuola in l. Seiæ. §. tyrannæ. ff. de fund. inſtr. quibus poſthabitis pauper agricultor ab iſtis iudicibus inculcatur, & eius leuiſsimum iurgium ſibi ſplendidiſsimam prædam facit, vt inquit text. in l. 3. C. ad leg. Iul. repetundarum, de quibus Iſid. de ſum. bon. lib. 3. cap. 54. & ſeq inquit, quòd non tā prædones graſſantes excedūt in ſyluis, ac reconditis montibus prædas facientes, quàm iſti in foris, & ciuitatibus ſub velamēto iuſtitiæ; quod deterius eſt, iuxta Ciceronis illud 1. Officiorum, vbi dicit, quòd totius iniuſtitiæ nulla capitalior eſt, quā eorum, qui cùm maximè fallunt, id agunt, vt boni viri eſſe videantur.

Ac ex eo, quòd reſpublicæ ferè deuaſtari videntur, 5 ſæpè, ac ſæpiùs per regni procuratores efflagitatum extat, ac in ſeruitijs conceſsis maieſtati regiæ per pa-

ctum, & conuentionem, veluti initum, vt nullo modo iudices delegentur, niſi vbi ordinarij autoritas contra potentes homines in atrocioribus non ſufficeret, ex l.3.tit.13.par.3. & l.8.tit.1.lib.8.nou.Comp. & l.10. tit. 9.lib.3.eiuſdem, & Azebed.in l.2.tit.1.lib.8. num.1. Et ne potiſsimum ſubditi vexentur expenſis, vt in d.l. 8. declaratur, & tradit idem Caſt. vbi ſupra 1. par. lib.2. cap.21. num. 6. nam quamuis in commiſsione Regia enixè illis præcipiatur, vt ſolum à reis illa exigant, quæ ſibi iure debentur, & ibi taxantur; tamen quia (vt dixi) iurgium illorum tanquã prædam amplectuntur, & duplicatas expenſas, & ſportulas varijs defraudationibus extorquent: contra quos inuectiuam facit idẽ Caſtel. vbi ſup. num.108. & Parlad. lib.2. rer. quotid. c.1. nu.23. & ſeq. nam & numerum miniſtrorum expẽſis reorum creant, cum nec ad cuſtodiendos incarceratos, nec ad aliqua ad officium expectantia ſint neceſſarij, vt quod ea ratione exigitur, ſibi ingurgitetur, contra commiſſionem Regiam, & contra capitulum Curiæ editum anno 93. petitione 54. & contra diſpoſitum in l fin. C. de offi. mag. mil l.2. C. de cohor. lib.10. & l. vnica. C. de apparit. comit. orien. eod. lib. & vtrobiq; Platea, & Caſt. vbi ſup. num 47.

6. Quis enim iſtorũ iudicum exceſſus enarrare, quis eorum inſcitiam dicere poſsit? quorum nonnulli nec iuris quidem rudimenta tentarunt, vt inter iudicãdum oſtendunt? Quæ Demoſthenis eloquentia tantam cladem, & calamitatem explicare, quæ vel Ciceronis facundia, vel Hortenſij elegantia, miſeriam adeò intolerabilem poſsit oſtendere? qui dum ſeueritatis gloriã affectant, in mille malorum præcipitium deriuantur, contra quos clamitant iura, & leges vociferantur, vt

præter

præter prædictos ſubcenſent Simancas de repub. lib. 9. c. 23. Pach. de prætura, c. de quæſitoribus ſcelerum, & Parlad. & Caſt. vbi ſup. & dum ad punitionem delictorum anhelāt, in ipſo quòd puniri volunt, maiori flagitij macula irretiūtur, vt nihil minus ferendū ſit, quā rationem ab alteris vitæ repoſcere eos, qui non poſsint ſuæ reddere, vt aliàs dixit Cicero. Hinc eſt, ꝙ hominē ſæpè ſolent innocētem varijs ſupplicijs afficere, & exquiſitis torturæ modis ſubijcere, opprobrijs & contumelijs laceſſere, cùm id nec eius culpa deſideret, nec vlla probatio ſuadeat, vt tradit Bald. in l. quicumq; num. 22. C. de ſeru. fug. Pariſ. de Put. verb. tortura 2. c. 1. num. 3. verſ. ſunt etiā. Hinc etiā eſt, ꝙ cū in quibus ſuā prædā faciūt, nō facilè inueniāt, quod exoptant, ſcrupuloſa inquiſitione procedunt contra alios ſub eo velamento, ꝙ malefactorē receptauerint, cuius fortè ignorabant maleficiū, quo caſu fures ignoranter receptans nō punitur, cum eo animo delinquens diiudicetur, l. qui iniurię, ff. de furtis, Bart. in l. omnes, n. 2. C. de agr. & cenſ. lib. 11. vel forſam, quia aliquē, qui nondum deliquiſſe ſciebatur, comitatus fuit, & per publicam viam deambulauerit, quod iura non patiuntur, ex Hip. de Marſil. in pract. cri. §. aggredior, n. 34. cum ſeq. Greg. Lup. in l. 18. tit. 14. p. 7. verb. *Olos encubriere*, Simancas de Cat. inſtit. tit. 9. Azebedo in l. 1. tit. 6. lib. 3. Recop. num. 13. Nec 7
non ſæpè ac ſæpiùs laudabo, & encomijs vſq; ad cœlū efferam memorabile factū Cambyſis illius Perſarum Regis, qui Siſanē Aſię gubernatorē ex eo quòd munus Iudicandi, quod purū eſſe debuiſſet, multis flagitijs polluit, & inquinauit, corio exui iuſsit, eoq; e tribunalis hemicicl um exornari, in quo ad iudicandum filius eius Otanes ſederet, prout etiam eius factum

laudauerunt Balduin.in Comm.ad leges 12.tab.l.52.& Alexan.ab Alex.lib.geni die.cap.5. Menoch.de arbitr. lib.2.cent.4.caſu 342.nu.4.& alij,quos refert Caſt. vbi ſup lib.2.c.11.nu.10. Idem & fecêre deinceps Perſici Reges,& nos facere debuiſſemus, vt eo exemplo perterriti ij iudices à cruore huiuſmodi ſe abſtinerent.

8 Sed quid exterorum exempla narrem? nam & domeſticis exemplis abundo, in quo non aliter incipere poſſe exiſtimo, niſi ea præhabita peroratione,qua vſus ad Didonem fuit Æneas:

Infandum, Regina, iubes renouare dolorem,
Troianas vt opes, & lamentabile regnum
Eruerint Danai, quæq; ipſe miſerrima vidi,
Et quorum pars magna fui. Quis talia fando,
Mirmidonum, Dolopumvè, aut durus miles Vlyſſis
Temperet à lacrymis?

Cùm enim quidam ſcelerum quæſitor in quadam ciuitate, velut vermes in vineis, ac locuſta in meſsibus graſſaretur, acceſsit ad eũ quidã cauſarum patronus, vt quandam iuris reſolutionem veram illi eſſe nonnullis autoritatibus comprobaret, & ſuaderet, & ad id illius reſolutionis, & ſententiæ, autorum libros ſe pollicitus eſt allaturum. At iudex ille non mediocri grauitate reſpondit, ſe alios libros habere, quibus aſsiduè volutabatur, & dicens, Ecce libros meos, indice oſtendebat carnificem, ſeu maniuoltum, qui ibi aderat. O dictum riſu, & miſeratione dignisſimum! Taceat Vlpianus, qui in l.ne quicquam.§.circa.ff.de offi. Procõſ. dicit; Circa aduocatos patientem eſſe Proconſulem oportet, ſed cũ ingenio, ne cõtẽptibilis videatur. Et ne vexentur Doctores in docendo, iudices argute debere partibus contraria opponere fundamẽta, quia veritas

hinc

hinc inde exagitata magis ſplendeſcit in lucem. c. quã grauem. 35. q. 9. l. diui fratres. ff. de iure patron. vt dicitur de Herennio Modeſtino, qui notando, & diſputando benè & optima ratione decreuit, vt habetur in l. munerum. §. mixta. ff. de muner. & honorib. tradunt Mar. Sol. Burgenſ. in proœmio legum Tauri, num 286. Simancas de republ. lib. 7. cap. 13. Greg. noſter in l. 13. tit. 14. par. 3. verb. *Por palabra*.

Sed quia in illo carnifice libros viuos ſe habere dicebat (ſecus ac dixit alter Philoſophus, qui cũ interrogaretur, quomodò ſapientiã obtinuiſſet, reſpondit, *Cum mortuis conuerſando, de ſcriptura librorum ſentiens*) videamus nunc, quas inde concluſiones decerpſit. Primum enim in eam rem incubuit, vt quoſdam velut reos habitos illius criminis cuiuſdam illatæ iniuriæ cum illo, qui actionem iniuriarum propoſuerat, componeret, non vt ſimultates, & inimicitiæ ſedarentur, ſed vt non leue ratione expenſarũ lucrum illi actori, tanquàm ex conuentione applicaretur. Quod etſi ne rixæ inter potentes oriantur, in reipublicæ detrimentum poſſet iure ſuadere, atqui etiam hoc caſu partes ad concordiam cogere, vt Bald. in l. æquiſsimum. ff. de vſufruct. Bartol. in l. congruit. ff. de offic. præſid. Martin. Laudenſ. in tract. de offic. domin. quæſt. 29. Pariſ. de Put. de ſyndic. verb. iudex, cap. 2. num. 15. & 18 per verba in dicta l. æquiſsimum, cum ſim. vbi inquit Iulianus: *Cur enim ad arma & rixam venire patiatur prætor, quos ſua poteſt iuriſdictione cõponere?* tamen vbi hæ rationes non militant, ſoli Principi permiſſum eſt, partes ad cõcordiam cõgere, vt Boſsius in praxi tit. de pace, Chaſſan in Cat. glor. mundi 5. p. conſid. 24. n. 47. & alios refert Caſtel. vbi ſup. lib. 2. c. 13. num. 44. & tradit Menoch. de arbitr.

lib. 2 cent. 5. caſu 442. num. 8. & 9. Nec id à iudice pręcipi debet, vt notat ibi Menoch. pręſertim quia ille efficit per metus incuſsionem, dicens aliquibus, aliter ſe mortis pœna eſſe reos damnaturum, & per promiſſionem indemnitatis aſſeuerans ſine actore, qui conquereretur, mitiùs ſe geſturum eſſe, à quo omninò iudex abſtinere debuiſſet, vt probatur ex l. obſeruādum, ff. de offic. Pręſidis, & l. 13. tit. 4. p. 3. & pręſertim cum in eo ſolū omnibus verba dediſſet, de quo Alberic. in dict. l. obſeruandum, in fine, dicit eſſe proditorem, & aleuoſum iudicem, qui reū promiſsione indemnitatis defraudat.

10 Nam illud, quod vulgariter dici ſolet, iudicem non obligari ad implementum fidei adhibitę, ita ſanè debet intelligi, quatenus ponit obicem meliùs faciendi, & ſatius conſulendi, iuxta illud, *Sapientis eſt mutare conſilium in melius*, ex l. nonnunquam ff. de collat. Panor. in cap. cum ceſſante, num. 6. de appellat. Bernar. Diaz in reg. 312 ſecus autem, quando ſub promiſsione iſta confeſsionem, aut conuentionem, aut quiduis aliud iudex extorqueret, quia nec illum, cui ſic pollicitus eſt, ſine magna iniuria, & proditione cōdemnare poterit: id enim nihil aliud eſt, quàm dolis, & fallacijs circumuenire, quod omni iure prohibitum eſſe conſtat, ex cō muni Doctorum ſententia, Ioann. de Imol. in l. is qui reus, num. 29. ff. de publ. iud. Hippol. de Marſi. in l. 1. §. quęſtioni fidem, num. 15 ff. de quæſt. Ant. Gom. in l. 2. Tauri, num. 4 & in tract. de delictis c. 12. nu. 6. Didac. Couar. lib. 1. variar. reſol. cap. 3. num. 16. verſic. vnde videtur, Greg. in l. 2. gloſ. 2. tit. 16. p. 7. Azebed. in l. 3. tit. 3. lib. 1. Compilat. num. 14. & ſeq. & latiſsimè id proſequitur Caſtel. vbi ſup. 2. par. lib. 3. c. 13. à num. 1. cum ſeqq.

Vltra

Vltra quod in animæ foro ſub pœna letalis culpę in his terminis iudex fidem reo ſic circumuento, cui pollicitus eſt, obſeruare tenetur, vt probant Nauar. in Manuali cap. 24 num. 22. & relati per Azebed. in l. 3. tit. 2. eod. lib. 1. num. 15 & Caſtrenſ. vbi ſup. num. 23. quod grauiſsimis fundamentis in odium, & deteſtationem mendacij, & doli directis comprobant, ne actum agã.

Et vt reliquarum rerum ſeriem perſtringam, etſi atrox & grauis iniuria illa ex ſe diceretur, & arbitrio iudicantis pœna eſſet ſtabilita, vt in l. 6. tit. 9. p. 7. in fine, ibi: *Estenudo de le fazer emienda a bien viſta del juzgador del lugar*, vbi caſus, qui tunc euenit, numeratur: tamen ratione illius, cui illata fuit, & in ſupremo conſilio fuit conqueſtus, non adeò grauis dici poterat; ex l. aut facta, §. perſona, ibi: *Et eius qui patitur*, Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 3. caſu 263. num. 3. & text. in l. 20. eod. tit. 9. & eadem p. 7. ibi: *O por razon de aquellos que las reciben ſon contadas por liuianas*, vtpote cũ iniuria irrogata fuiſſet cuidam hoſpitum receptori, ne dicam ſtabulario, prout ius noſtrum appellat in tit. naut. caup. & ſtabularij, vt recepta reſtituant: nam qui huiuſmodi artem exercent, ſordidi quidem, vulgares, & rapaces habiti ſunt, vt in l. 1 in fin. prin. & l. 3. ff. eod. tit. naut. caup. & ſtab. Bald. in l. 1. in fine. & l. certi, n. 2. C. de locato, vbi ait, ꝙ iſti hoſpitatores cõmuniter ſunt homines rapaces & vulgares, & tradit Greg. in l. 26. tit. 8 par. 5. verb. *Deslealès*, & optimè Mex. Pon. de taxat. panis, cõc. 4 n. 14. vbi refert Angelum in l. 1. in fin. ff. fur. adu. nau. dicentem, quòd videmus paucos hoſpitatores diuites, & eorum ſaltim diuitias modicum durare, & quòd in mendacijs non iuſtificabuntur: nam, vt inquit Cicero Philip. 2. eſt in veteri prouerbio, *Malè parta malè dila-* 11

bantur, & ſcelere quæſita diuturnitatem habere non poſſunt.
Vnde genus improbū appellauit eos Alex.in l.1. C. de
eden.& ob id hoſpiti dicenti ſe aliquid apud eos depo
ſuiſſe, vt ſibi reſtituatur, credendum eſt abſque alio
adminiculo probationis, prout multos huius ſenten-
tiæ autores congeſsit idem Caſt.à Bou. vbi ſup. 2.p. c.
12 4.lib.3.à num.91. cum ſeq. Et quod relata ſuperat, tra-
ditur in l.fin. C.ſi mancip. ita venire proſtituatur. Igi-
tur per præfatam compoſitionem ab actore iſto, qui
iam deſtituit, iniuriarū actio remiſſa eſt: & quamuis à
Doctoribus diſputetur, an per conuentionem, qui in-
ter reos numerantur, delictum videantur confiteri: ta-
men ex eo, ꝙ cōuētio gratuitò facta fuit, nulla exinde
delicti cōfeſsio, nec vlla quidē probatio elici poteſt, vt
probat Hip.de Marſ.in pract.cri.in §.diligenter, n.178.
circa fin. Maſcard.de probat.1.tom. conc.501.num.4.

Nec quod ratione expenſarū fuit acceptū, id ratio-
ne lucri fuiſſe dicendum eſt, quominus gratuitò con-
uentio facta fuiſſet, nec aliud de præfato actore, qui
deſtitit, præſumēdum eſt: nam vt ego inuenio, qui pro-
pter pecuniam remittit iniuriam, infamis efficitur ſecū
dum Bart.in l.atletas, §.ſi quis, ff.de his, qui not. infam.
Bald. in cap.1.§.ſeu furtum, verſ.item quæſiuit, de pace
iur.fir.& tradit Hyppol.in d.§.diligenter, nu.179. Vn-
13 de cùm iudex ille per talem deſiſtentiam, aut remiſsio-
nem iniuriæ leuiùs procedere debuiſſet, nec in hoc ca-
ſu potuiſſet pœnā corporis infligere ex Greg. in l. 22.
tit.1.p.7.verb. *En el cuerpo*, verſ.tertiò limitarem, Ant.
Gom.de delict.c.3.n.56.& 59.& ſeq. Clar.in praxi cri.
§.fin.q.58.n 3.Caſt.vbi ſup.1.p.lib.2.c.21.nu. 150.cum
remiſsio iniuriæ multū operetur, ex celebri & ſingula-
ri tex.in l.ſed ſi vnius, §.ſi cū ante, ibi: *Nam etſi nuda vo-*

luntatē

luntate iniuriam remiſit, indubitatè dicendum eſt, extingui iniuriarum actionem, non minùs, quàm ſi tempore iniuria fuerit abolita. Et quod ſtatuitur in l. 6. & fin. tit. 24. lib. 8. Compilat. in atrocioribus delictis ſit intelligendum, homicidio, furto, aſſaſinatu, & reliquis huiuſmodi, vt Azebedo ibi. Nihilominus ſeueriorem ſe contra incarceratos oſtendit, vt vnde iura naſci debuiſſent, inde iniuriæ naſcerentur, l. meminerint, C. vnde vi. Atque aliquos ſine cauſa torturæ ſubijcere nō dubitauit, nec indiciorum copia præbita, poſthabitis conſiderationibus, quæ in his caſibus à iure expreſsis commendantur, & quæ ante Chriſtiani iudicis oculos obuerſari debent, vt vulgatiſsima iura ſunt: & illud, quod Prouerbiorū 28. c. de Principe dicitur, hic ego de Iudice arbitror dici poſſe, *Leo rugiens & vrſus eſuriens iudex impius:* nam & per non leue tēporis curſum alimenta cuidam illorum, quem domi habuit incluſum, denegauit, quod minùs facere debuiſſet, vt tradit Guido à Suçar. de indic. & tortur. num. 6. referendo Bartol. in l. 1. §. diuus, ff. de quæſt. Ac nobilem quemdā, & (ni fallor) Doctoratus inſignibus præditum, qui multos in iuris prudentiæ ſtudio labores exhalauit, poſthabitis etiam exemptionibus valdè à iure commendatis, vt præfato placeret hoſpitatori, torturæ ſubijci tentauit, eius requiſitionem rèpellens, appellationi non deferens, indiciorum copiam expoſtulatam denegans, ita vt illi ſic detento mente luſtranti acerbiorem pœnam illam eſſe, quā ea, quæ ob caſum poſſet meritò infligi, videbatur quidem cōſultius ſe iniuriam illā intuliſſe fateri, ex eo fortè quod vt ita literatus ſciebat, ex cōfeſsione ſic extorta & reuocata nō potuiſſe condēnari, quia cū illicita tortura fuiſſet, nō valet quod ſequitur ex ea l. maritus,

ff. de

ff. de quęſt. tradit Fran. Brun. de indic. & tort. in 4 q. princ. n. 2. & 3. vnde ſi mulier prægnans, quę torqueri non poteſt, torqueatur, & confiteatur, eius non valet confeſsio, vt traditur ibi à Bruno, & in terminis, quòd ſi nobilis, aut Doctor, aut aduocatus, qui torqueri non peſsint, ſi nihilominus de facto torqueantur, eorũ confeſsio nullum illis præiudicium generabit, multis probat autoritatibus, Hippol. de Mar. in l. ed. ctum, nu. 26. ff. de quęſt. idem Hippol. in praxi, § expedita, nam. 46. Bald. in l. Imperator, 2 ff. de ſtatu hominũ. Nec ſi perſeuerent ex poſt facto in actu ratificationis in eadem confeſsione, pręiudicabit quicquam confeſsio, donec in libertate poſiti ſint: nec detineantur ex rationibus, quas afferunt DD. in l penult. ff. de quęſt & Hippol. ibi num. 18. & multos referendo idem Hippol. de Marſil. in d. praxi, d. §. expedita, n 13 Brun. de ind. & tort. 2. p. 2. q. num. 3. vbi idem iudicat de confeſ. in tormẽtis, ac circa tormenta facta late, ac plures referens Proſp. Farin. de ind. & tor. q. 41. à num. 95. cum ſeq. vbi indubitatè ex Ant. Gom. Carrer. Reg. & alijs probat non valere confeſsionem illius, qui fuit tortus, ſi de iure torqueri non valuiſſet: quod ſumma fulcitur æquitate & ratione, & furentes tamen animi iudicum non aduertunt ſed omnia iniuſto arbitrio & volũtate metiuntur; *Sed væ illi, quem vel minæ, vel amicitiæ à rectitudinis itinere deflectunt*, Eſaię cap. 5. cap omnis, qui 45. d. ſt. Greg. in l. 18. gloſ. fin. tit 9. p 2. Ex ſexaginta commiſ-
14 ſionis Regiæ diebus quinquaginta & quatuor elapſis, ſub pręrextu quòd illi à conſilio Regio terminus denegaretur, ita defenſiones coarctauit & probationes fermè excluſit, ea, quæ de iure etiã ſunt naturali, proſternendo, contra text. in l. nam ita diuus, ff. de adop. l.

de

de vnoquoque. ff. de re iudic. l.1.§.denunciare. ff. de vent.inſpic.Geneſ.3.& 4.& 18.cap. vbi poſt tranſgreſſionem præcepti audiuit Dominus Adam, vt iudicaretur,& Cain interrogauit, vbi eſſet eius frater Abel, & deſcēdit ad audienda mala Sodomorum, & ex alijs tradunt Did.à Couar.c.23.pract.quæſt. num.6. Sarm. lib.2.ſelect.cap.14.num 7. & eſt in iure ſatis vulgatū, vt veluti ad ferēdas ſentētias præcipitaretur, cū iudex ſubitus nō debeat eſſe in decidēdo.l.2.& ibi DD.C.de of.rect.prou. cùm ſemper præcipitatio dicatur nouerca iuſtitiæ,Clem.paſtoralis.§.verum, & ibi Cardinalis de re iud.cap.ſummopere.11.q.3. adeò vt nulla ſit ſententia,quæ præcipitata fuit,Bart.in l.prolatam.num.5. C.de ſenten.& inter. Roland.conſi.90.num.43. vol.1. Gregor.in l.16.tit.8.p.5.gloſ.2.&multi per Mex.Ponc. ad l.Toleti,fund.17.p.2.à num.1. cum ſeq. Et ex eo ꝙ terminus laberetur,potiùs debuiſſet ad Regium Conſilium deciſionem cauſæ remittere, quam illam præcipitate ſententiare, & indefenſos carceratos ſententijs iniuſtis ſubijcere, vt ex Panormit.in cap. ſuper 2. num.17.de appell.& in cap.de cauſis nu.7. & 9.de offi. deleg.tradit Caſtel lib.2.cap.21.num.195.adeò vt non obſtantibus appellationibus interpoſitis,ſentētias pœnę,etiam capitalis,executioni mandari iuſſiſſet, & deſideraſſet, niſi pudor,& clamor populi impediret, cum in hoc caſu remiſſæ iniuriæ per partis deſiſtentiam, & ex qualitate illius,cui fuit illata, & ex eo quòd arbitraria pœna eſſet ſtabilita,debuiſſet iure optimo appellationibus deferre,cùm aliter facientibus grauiſſimæ pœnæ impoſitæ ſint, de quibus Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 368.& Lancel.de atten. c. 31. num. 242. & ſeq. & in foro animę letalem culpam committeret, vt Nau.

in

In Manua cap 25. num. 14. & tradit Caſt. vbi ſup. à nu. 221. qui etſi duplicatis ſportulis locuples receſsit, ieiũnus tamẽ (vt opinor) veritatis euaſit: nec aliquid, quod ſaltim iuſtitiam aliquam redoleret, committere viſus fuit. Quæ igitur locuſtæ, aut vermes, tantam cladem vineis, & meſsibus infligũt? Quæ ſterilitas temporum adeò rempublicam opprimit? cum illud, quicquid fuiſſet, ſine publico detrimento puniri potuiſſet. Nõ defuere, qui in admirationem raperentur, ex eo quòd ille vir, qui multorum cauſas defendit, propriam ſuam defendere nequiuiſſet, iuxta illud Ciceronis, *Noli imitari malos medicos, qui in alienis rebus profitentur ſe tenere medicinæ ſcientiam, ipſi autem curare ſe non poſſunt.* Et aliàs, *Hebetiores ſumus in proprijs, quàm in alienis*, quibus ille, & benè, ſolitus eſt reſpendere,

Quis Iouis emiſſum poterit contundere fulmen?

Nã ſicuti caſus fortuitus reputatur quid accidẽs, quod per cuſtodiam, curam, aut diligentiam humanæ mẽtis euitari non poteſt, vt multis probat Gregor. Lup. in l. 3. tit. 2 p. 5 gloſ. 1. cum ſeq. ſic etiam inter iſtos fortunæ caſus iudicis imprudentia numeratur, vt in c. vnico de noua forma fidelitatis in vſibus feudorum, vbi imprudentia, & iniuria iudicis caſus fortuiti cenſentur, ita vt ſententia ſic contra emptorem lata non noceat venditori, vt de euictione teneatur. l. ſi per imprudentiam. ff. de euict. Didac. à Couar. lib. 3. variar. reſolut. cap. 17. num. 10. in princ. nam leo rugiens, & vrſus eſuriens, iudex impius. Quis enim Atilæ Regis Hunnorum, quis Tamorlani viribus reſtitit? Vnde Plutarch. in lib. de ſeranum vind. inquit: *Nimirum Deus quibuſdam malis, tanquàm carnificibus, vſus eſt ad ſumẽdas de alijs malis pœnas: quod verum eſſe de plerisq; tyrannis arbitror.* Hæc ille.

dere ſolet. Quare nimirum ſi agricolæ, qui tot in iure affluunt priuilegijs, hodie omnium ſerui ſint effecti, & apud multos contemptui habiti, vt ex Cœlio lib. 6. cap. 25. refert Rebuf. in l. ager eſt locus, verſ. hinc ab agro, ff. de verb. ſignif. quod eſt in maximum reipublicæ detrimentum. Vnde oportet, illos ad magiſtratus eligi, qui bona exiſtimatione noti ſint, vt latiſsimè proſequitur Caſt. 1. par. cap. 3. lib. 1. vbi de hoc multa in vtroque foro ſcitu digna, & obſeruatu digniora tradita ſunt: & illi erit imputandum, qui malum depoſitarium, imperitum procuratorem, aut aduocatum elegit, vt etiam proſequitur Menochius de arbitr. lib. 1. quæſt. 65. à nu. 9. cum ſeqq. & facit contra illos, qui non idoneos tutores, fidos cuſtodes, aut paſtores nominarunt, ſiue elegerunt: nam quicquid ab eis minus benè committitur, electoribus imputādum eſt, l. nominatores. §. de mun. & honor. l. videamus. ff. locati, Gregor. in l. 24. tit. 5. par. 7. verb. *El ganado*, l. 1. & 2. C. de per. nom. & ibi Plat. lib. 11. l. 8. tit. 23. par. 3. bene Caſt. in lib. 3. cap. 8. num. 51. & lib. 5. c. 1. nu. 78. vbi latè de periculo nominatorum.

Summarium capitis duodecimi.

Forma probationis à lege requiſita an per æquipollens poſsit impleri. num. 1.

Qualitas in teſte, ſeu in alijs à lege requiſita, probanda, & articulanda eſt, & verba ſexti capitis huius pragmaticæ intelliguntur. num. 2.

De clauſula ad proxima referenda, & de manifeſtatione, & probatione ſimul frumenti requiſita. num. 3.

De

De aſportatione frumenti & propoſitione præmij, vt labor in omnibus non recuſetur, num. 4.

De licentia, quæ à iudicibus debet agricolis dare ad iſtam panis venditionem. num. 5.

An requiratur pro forma, quòd licentia in ſcriptis data ſit. num. 6.

Quãdo admittatur probatio in his, quæ pro forma debent in ſcriptis fieri, num. 7.

An licentia inualida, ſiue nulla, à pœna debeat agricolam, ſeu alium excuſare. num. 8.

Ad quem taxatio panis cocti pertineat, an ad iudices, vel ad rectores, optimè declaratur. num. 9.

Quid in taxatione inſpici debeat, & quod lucrum oportet conſiderari num. 10.

Clerici an poſsint vendere panem coctum ex oblationibus habitum eo pretio, quo panifici vendunt, & quid ſit iuſtum pretium, traditur num 11.

In licentia tempus ſtatuendum eſt, quoad opus expediendum ſufficiat. num. 12.

De permiſſa panis cocti venditione, quæ ab agricolis fieri poteſt. Cap. XII.

1 ACcedam ad ſexti pragmaticæ capitis interpretationẽ in illis primis verbis, quæ adſtruere videntur, vt agricolæ panem coctum vendere poſsint, debere frumentum, quod eis ſupereſt, vltra neceſſarium ad decimas ſoluendas Eccleſiæ, & penſionem domino fundi, & ad futura ſemina, alendamque familiam vſque ad ſequentes meſſes iudici loci manifeſtare, vt dimidium eius, quod ſupereſt, panem coctum poſsint habita licentia efficere, & vendere pretio à iudice taxato, cum aliquo mediocri lucro: inquit enim

enim textus Regius, *Que al labrador, que acabala la coſecha la manifeſtare a la juſticia, y por las tazmias, o en otra manera prouare la cantidad de pan que ha cogido: y por ella pareciere, que fuera de lo q̃ ha meneſter para pagar diezmos a la Yglesia, y rentas al ſeñor, y para ſus ſementeras, y alimẽtar ſu caſa haſta la coſecha ſiguiente, le ſobra algo, le dè la juſticia licencia, para que pueda panadear la mitad dello al precio que le paſſare con alguna ganancia moderada, la qual valga por el tiempo que le pareciere que baſta para acabar de panadear la dicha mitad que le ſobra: y q̃ ſi huuiere muchos labradores que quierã panadear, la juſticia les reparta el tiẽpo en que lo han de hazer, &c.* Sed nunquid abſque manifeſtatione iſta poſsit agricola panem coctum ad vẽdendũ efficere, vel ſufficiat, vt poſteà probet pragmaticæ formam obſeruaſſe? Et videtur q̃ ſufficiat, ſi nullam fraudẽ factam fuiſſe conſtiterit, tã hoc, quàm illo probationis modo, cũ nihil referat, q̃ aliquid ex æquipollentibus fiat, vt in l. mulier. ff. ad Sen. Cõſ Treb. & in l. ſi mater C. de inſt. & ſubſt ſub cõ. factis; nã hæc eſt natura æquipollẽtiũ, vt in l. 2. C. de vſuris c. pro emptore, c. licet ex quadam, de teſtib. cũ ex quo lex probari iubeat, ſufficiat q̃ probatio plena ſit, vt in l. in exceptionibus, in fin. ff. de probat. l. non hoc. C. vnde cognati: & quia forma probatoria poteſt impleri per æquipollens, & per alium modum, quo mediante poſsit de veritate cõſtare, vt tradit optimè Soc. in l. 1. ff. de lib. & poſth. quem ſequitur Auẽd. in reſpõſo 14. nu. 2. Et demũ, q̃ ſi omittantẽ requiſita ad ꝓbationẽ, nõ vitiẽt diſpoſitionẽ, ſi aliter de re illa cõſtare poſsit, ex communi opinione reſoluũt Alex. & Iaſ. in d. l. 1. ff. de lib. & poſth. p text. in l. 1. § vlt. ff de dot. prælég. & in l. certũ. ff ſi cert. pet. de quo latè per Mench. lib. 3. de ſuc. crea. §. 30. à nu. 1. quod

etſi

etſi generaliter verum ſit, tamen in hoc caſu contrariũ eſt omninò vt verius dicendùm, vt in probatione debeat præcedere forma hîc tradita, ibi, *Que luego acabada la coſecha la manifeſtare a la juſticia:* in hoc enim forma tradita eſt à lege coarctata ad iſtud certum probationis genus, & ea obſeruanda eſt, vt tradit Dec. conſi. 94 vol. 1. Ang in l. 2. §. diem. ff. quemad. teſt. aperi. quos ſequitur Auend. vbi ſup. quæ cum à lege tradita ſit ad obuiandas fraudes, in dubio cenſetur eſſe ſubſtãtialis, vt tradit Bald. in l. comparationes. C. de fide inſtrum. in 3. oppoſit. Dec. in conſi. 446 nu. 13. & in conſi. 603. nu. 10. cum latè congeſtis per eũdem Mincha vbi ſup. §. 4. num. 27. adeò vt ſi forma tradita non obſeruetur, actus nullus reddatur, vt in l. Iulianus. §. 1. ff. ad exhib. l. fi. ff. de diuor. l. cùm hi. §. ſi Prætor. ff. de tranſact. Quod ſi, vt verum eſt, forma traditur hic in certo probationis genere, nullo modo per æquipollens adimpleri poterit, gloſ. in Clement. 1. verb. tertio, de vita & honeſt. cler. Alex. in l. 1. nu. 3. ff. de liber. & poſth. & ibi Iaſ. num. 14. Dec. in conſi. 612. num. 3. Bald. Paul. Ang. & Socin. in d. l. 1. ff. eod. tit. Paul. Pariſ. conſi. 36 lib. 1. col. 1. & in cõſ. 33. nu. 24. lib. 2. & in cõſi. 97. nu. 25. lib. 4. latè idem Mincha. lib. 1. de ſucceſ creat. §. 4. nu. 12. & ſeq. adeò vt hæc omiſsio formæ ſubſtantialis in probatione traditæ, ruſticos, milites, mulieres, minores, aut alios quoslibet nõ excuſet, vt probatur in l. vlt. C de probat. tradit Tiraq. lib 2. de retract. §. 4. gloſ. 7. num 15. & 16. vbi rationem ſatis meo iudicio congruam reddit.

2 Pro quo facit, quia licèt bonus quilibet præſumatur, & in dubio bonæ famæ iudicetur, vt in vulgata l. meritò. ff pro ſocio. c. 1. de ſcrutinio, & in l. ab ea parte. ff. de probatio. quando tamen à lege, vel ſtatuto

re-

ext. in l. 4
n teſte qu
alitatis pr
na Bart. c
ff.quemad
ij multi r
.20 num
5.nu.29 &
lib.5.No
dict.l.4
aticæ, ib
ſic cùn
: vera, e
clauſul
eret, n
fieri pe
las, ſe
enti cõ
mlibe
o ſit, v
& Pa
robat
num
m. 13
tion
obat
, *Oc*
r po
gitu
i ac
que
ræ
tia,

Digitized by Google

cedentia, text. eſt ſecundum Panormit. ibi ſingularis in cap. Eccleſia veſtra. 2. de elect. in verſi. nō debet ad contentum, Bart. in l. Prætor. ff. vi bonorum raptorum, Bald. in conſi. 5. incipit, Andriol. Ludou. Rom. in conſi. 129. & in conſil. 110. refert, & ſequitur Corſet. in notabilibus ſuis, verbo Clauſula, el ſegundo, & eſſet hic nō tolerabile abſurdum, ſi quælibet probatio ſuffeciſſet per illā dictionem alternatiuam, vt adiectum in principio ſexti capitis pragmaticæ, quod ſtatim finitis meſsibus frumentum, quod agricola collegit, iudici manifeſtet, ſuperuacuū, & ſine effectu relinquatur, & ſic tantùm ad clauſulam proximam, & non ad omnia præcedentia dictio illa, *O*, refertur. Secunda ratione probatur, quia in textu ibi, *Y por las tazmias*, ponitur dictio, *Y*, quæ eſt copulatiua, & vtrunque exigit eſſe verum, ſcilicet, vt frumentum manifeſtetur, & per rationem ad decimandum, aut aliter conſtet, & ad eius veritatem im[illegible]lementum vtriuſque requiritur, vt in d l. ſi hæredi plures ff de cond inſtitut. l. ſi is qui ducēta §. vtrum. ff. de reb. dubijs, & text. in §. ſi plures inſtit. de hæredit inſtituen. ita vt manifeſtatio frumenti omninò requiratur, & ſimul probatio quantitatis, ſed ad iſtius quantitatis verificationem alternatiuè ſufficit, videlicet, aut per rationem, & computationem ad ſoluendas decimas, aut per legitimum probandi modum, vt traditur à DD. in d. rubr extra de probat. cum reg. text. in l. ſi mulier. ff ad Trebel. & text in l ſi mater. ff. de inſt. & ſubſt. ſub con. fact. & Matcat. vbi ſup. q 2. cū ſequent.

4 Secundò aduerto licentiam, & facultatem à iudice agricolis dandam, poſtquam modo ſupradicto, de quantitate frumenti conſtiterit, ad vendendum in pane

tione de qua ibi [illegible]
para que pueda panadear la mitad dello: in quo duo reipublicæ ſatis neceſſaria pragmatica reſpicit. Primum, vt ſit facultas extrahendi frumenti ad præbitionem annonę in locis, vbi non ita facilis reperitur, & ideò non poteſt prohiberi extractio frumenti, ſed per Regnum liberè aſportari permittitur, iuxta textum in l. 27. titul. 18. lib. 6 Nouæ Compil. & Gregor. Lup. in l. 15. titulo 1 partit. 1. verbo, *Poſtura, o hierro.* Alterum, vt agricolæ ſimul poſsint aliquo lucro propoſito panis cocti ad culturam & laborem agrorum compelli, argumento textus in l. & virtutum, C. de ſtat. & imag. nam ſtudia virtutum ſine remuneratione torpeſcunt, & præmium proponitur, vt furetur laborem, & abſcondat metum periculi, vt ex Ambroſio ibi citato refert egregius Gregor. in l. 3. titul 1. partit. 1. in gloſſa 1. per textum, ibi: Hinc etiam eſt, quòd præmia paſsim capientibus bannitos, vel vexilla hoſtium proponuntur, vel his qui punitionem delinquentium denunciatione [illegible] dici [illegible] ſequuntur, vt patet ex traditis per Bart. in l. ſi quis [illegible] vtium, ff. ad Sen. Conſ. Silan. idem Bart. in l. [illegible] num 8 & 9 ff de hæred. inſtituend. & ex legibus Regiis, quæ multæ ſunt, quæ partem pœnæ pecuniariæ denunciatoribus applicari præcipiunt, ex eo quòd vtilitas magna in punitione delictorum conſiſtit: & nunc confirmo ex eleganter traditis per Franc. Sarmient. lib 1. ſelectarum interpret. cap. 12. num. 7. verſic. ſecundo modo. Et ideò dimidium frumenti in grano, & dimidium in pane cocto poteſt agricola diſtrahere, vt & aſportari poſsit ſine detrimento illius, & cum aliquo eius lucro panis coctus diſtribuatur.

5 Sed an iſta licentia à iudice dari debeat in principio actus, ſcilicet antequã agricola panem coctum vendat, vel an ſufficiat poſt actum illam à iudice præſtari, quæri forſitan poteſt: quia quando licentia & conſenſus alicuius requiritur, poteſt præſtari ante, & poſt, & in ipſo actu, vt in l.1.§. prodeſt in 2. reſponſo, ff. quorum legat.& in l. vltima, C. ad Maced. l.6. tit.1. part.6. Alexand. in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum, num 9. ff. de acq. hæredit. cum latè congeſtis per Tiraquel. de leg. connub gloſ.6. num.1. cum ſequent. Sed hoc intellige in his rebus, in quibus verſatur commodum, aut incommodum illius, qui conſentire debet, vt in caſibus propoſitis, nempe, authoritate tutorum, vt in d. §. iuſſum, aut in conſenſu, quem maritus præſtare debet in contractibus, aut alijs per vxorem factis, vt in l. 58. Tauri, vbi latè Doct. aut in bonorum poſſeſsione, aut Trebellianica reſtitutione, vbi ſufficit ratihabitio, vt in l. ſeruo inuito, ff. ad Trebel. Secùs autem hîc, vbi fauor publicus vertitur, & de ſubſtantia actus requiritur, vt in iuſſu patris, qui in adeunda hæreditate filio delata debet præcedere, vt in d. §. iuſſum, & ibi communiter Doctores, & rationem aſsignat Bart. num.2. & Alexand. in princ. in l. qui in aliena, ff. de acquir. hæredit. quos ſequitur Greg. Lup. in l.3. tit.6 par.6. verbo, *Otorgamiento*, eſt enim manifeſtum, quòd ſi licentia alicuius requiritur pro forma actus, in quo huiuſmodi licentia debet interuenire, vt hîc, vbi agitur de eligendis, qui panẽ coctum vendere debeãt, & quando licẽtia eſt de forma, nihil operatur, niſi interueniat in ipſo actu in continenti: nam tunc inerit in eo forma licẽtiæ, quia quæ in continenti fiunt, videntur ineſſe; quæ autem ex interuallo fiũt, nõ inſunt, vt in l. lecta, §. dicebã, ff. ſi certũ petatur,

& in

& in cap.indemnitatibus.§.ſi autem nulla de elect. in 6.tradit optime, & ſubtiliter Bald.in l.1. C.qui admitti num.44.& 45.& Alexand.in d.§.iuſſum num.9.Tiraq. vbi ſup.num.7.& 8. de quo præter Scribentes in dict. l.58.Tauri latè egit Ioann.Matien.in l.5.tit.3.lib.5.Nouæ Compilat.gloſſ.1.à num.1. cum ſequent.

Rurſus quæritur, nũquid ſufficiat, ſi iudex licẽtiam, aut facultatẽ iſtam concedat verbo tantũmodo, etſi in ſcriptis non appareat? dubito ex eo, quòd ſcriptura pro forma non requiritur: vnde ſufficit probare, quòd aliàs in inſtrumẽto cõtineretur, & eandem fidẽ inducit depoſitio teſtiũ, ac inſtrumenta publica, vt in l.in exercẽdis.C.de fid.inſtrum.l.1.ff.eod.tit. Sed ego in ſcriptis licentiam eſſe dandã opinor, ita vt aliter cõceſſa nõ valeat, nam ea concedi debet præmiſſa manifeſtatione frumenti ſtatim finitis meſsibus, & præhabita de quantitate ꝓbatione, & in omnibus actibus iudicij, maxime in libello, litis conteſtatione, citatione, probatione, & ſentẽtia requiritur ſcriptura, adeò, vt id per teſtes probari non poſsit, vt communi omnium calculo receptũ extat ex text.celebri in c.quoniã contra de probat. & ibi notãt cõmuniter Scribẽtes, Panor.in 3.not. Felin. à nu.1.cũ ſeq. Decius n.7.Lanfran.12. Alexand.in cõſi. 79.n.9.lib.1.Hip.de Mar.in rub.de ꝓbat.n.70. vt optimè declarat Ant.de Butr. in cap. cũ ad ſedem de reſtit. ſpol.& Maran.de ord.iud. 6.part.10. actu iud.nu.22.cũ ſeq. Solùm in eo caſu admitterẽtur teſtes ad probationem actus iudicialis, quo daretur acti tenorẽ, & inſtrumentum amiſſum fuiſſe, nam caſu amiſsionis probato, tenor acti publici, vel cuiuslibet inſtrumenti, etiam in caſibus vbi pro forma requiritur ſcriptura, teſtib⁹ probari poſſet. l.1.§.ſi ſolẽnibus. l.emãcipationibus. l. ſicut

6 (margin, beside "Rurſus quæritur")
7 (margin, beside "nem actus iudicialis")

iniquum,& ibi notat Bart. C. de fid. inſtrum. idem Bartol. in l. teſtium. C. de teſtibus, & in l. nec arbitris nu. 7. C. de recept. arbit. text. celebris in cap. cum olim. 1. de priuileg. & in cap. ſicut, & ibi Panorm nu. 4. & cõmuniter DD. de re iud. Afflict. deciſ. 274. num. 5. & per totum, Curtius conſi. 45. col. 2. Chaſſan in conſuet. Burgun. rub. 1 §. 5. num. 180. Molin. de Hiſp. primog. lib. 2. cap. 8. num. 8. idq; late traditur à Iunioribus in l. 41. Tauri. Quod irreffragabile efficitur ex eo, quod expreſſe hæc lex manifeſtationem, & probationem, de qua ſupra, fieri coram iudice requirit, & cum acta iudicij ſint, in ſcriptis redigi pro forma ad eorum validationem neceſſe eſt, vt dixi. Et quòd iſta manifeſtatio frumenti, & probatio quantitatis corã iudice fieri debeat, colligitur ex illis verbis, ibi: *La manifeſtare a la juſticia* Et ibi: *Le dè la juſticia licencia*, & ſic acta iudicialia hæc appellari iure optimo poſſunt, cùm acta propriè dicantur quęlibet ſcripturę, quę fiunt coram iudice, gloſſa, & ibi Bald. in l. illud in verbo actorum. C. de ſacroſanct. eccleſijs, & nomine actorum cõtinetur quicquid factum eſt in pręſentia iudicis, etiam non in figura iudicij, vt dixit Bald per textum ibi in l. interrogatã. C. de liber. cauſa, quem refert & ſequitur Decius in d. cap. quoniam contra. de probat. num. 12. & patet ex traditis per Alexand. in l. acta, & in l. actorum. ff. de re iudi. & Maran. de ord. iudi. 6. part. 10. actu iud. de actorũ
8 editione nu. 1. Adeò, vt non excuſetur agricola, ſi licẽtiam aliter, quàm pręmiſſa in ſcriptis debita ſolennitate à iudice conſequatur: nam iudex eam nequaquã cõcedere poterit, niſi ex inſpectione actorum manifeſtationis frumenti, & probationis quantitatis conceſſerit: nam licentia nulla, & inualida, non excuſabit à pœna,

vt ex §.1.init.vi bonorum rap. & ex l.1. ff. ſi menſor fal
ſum mod probat Bart. in l.iuſte, num. 4. ff de acquir.
poſſ.& ibi Iaſon num.18. & multis alijs citatis id tradit
Mexia Pont.in pragm.panis concluſ.1 .num.25. vbi ex
Vberto de Bobio,& Gand. per textum in l.ſolent.ff.de
off.Procon. refert iudicis licentiam non excuſare ex-
trahentem res prohibitas contra deuectum,quod etiã
multis Doctoribus & exemplis citatis, ita vt aliæ ſu-
perfluæ ſiãt allegationes, proſequitur latiùs idem Me-
xia in leg.Toleti 22.partis 2. fundam. à num. 19. cum
ſequent. Nec quicquam refragabitur text.in cap.quòd
quis de reg.iuris in 6. & l.non videtur, §.quod iuſſu.ff.
eodem tit.cum ſimilibus,quæ docent,eum,qui manda
to iudicis facit,dolo carere, cùm habeat parere neceſ-
ſe, cum id omninò deficiat, vbi tranſgreſsio legis, aut
alia iniuſtitia fit,vt dicunt ibi Dinus num.6.Decius nu.
4.ſequitur Bartol.in l.vt vim, num.3. ff. de iuſt. & iure,
And.Iſer.in cap.1.col.6.qui ſucceſſ. teneantur in vſib.
feud.Sed nihilominus cõtrariũ verius exiſtimo, immo
quòd iudicis licentia quomodolibet præbita agricolas
à dolo, & pœna exteriori excuſet, dicendum eſt, vt
Auend.in dict. verbo,*Licencia*, & ex alijs multis tenet,
& in ſupremis auditorijs iudicatum vidiſſe refert Caſt.
à Bou.in 2 tom.lib.3.cap 3.num.67.circa finẽ,& quòd
reliquum in foro interiori ſit intelligendum, vbi licen-
tia iudicis, aut neceſsitas à peccato non excuſat tranſ-
gredientes taxam panis,vt refert Azebed in l.1.nu.7.
tit.25.lib.5.Compil.ex Auiles,Mexia,Bart & Plat.ibi
enumeratis,quos ſequitur,& idem tenet Caſt vbi ſup.
n.66.& ſeq. Vnde prædicta relata ſint,vt iudicem ad-
moneam formam pragmaticæ debere obſeruare, ne
litem faciat ſuam,argum.text.in l.5 tit.15.p.7.ibi: *Otro*

 ſi de-

ſi dezimo:, que ſi alguno fizieſſe daño o tuerto a otro por mãdado del juzgador del logar, que el juzgador que gelo mando fazer, es tenudo de fazer emienda, e non aquel que lo fizo; &c. & in d.l. non videtur, §. qui iuſſu, & ibi gloſſa l. fin. §. fin. ff. de pub. & vect. Iaſon in l. ſi quis id quod, num. 33. ff. de iuriſ. omni. iud. & ita procedit illud, quod traditur ab Auiles in cap. præt. cap. 52. num. 26. quòd licentia contra deuectum extrahendi non excuſat, ſed quòd poteſtas debet reſtituere damnũ, vt in l. per hác, §. non danda, & §. ſciant, C. de erog. militaris annonæ, lib. 12.

9 Sed quo pretio agricola vendat panem coctum, hac etiam lege ſtatuitur, ibi: *Al precio que le taſſare con alguna ganãcia mõderada:* ex quo colligitur, ad iudicem taxationem iſtam cum aliquo iuſto & moderato lucro ſpectare, & ita de iure communi diſpoſitum eſt, vt in l. 1. §. cura carnis, ff. de off. præt. vrbis, vbi vt victualia iuſto pretio vendantur, ſpectat ad iudicem, & notat ibi Bartol. & communiter Doct. & text. in l. ſi in aliquã, vbi Bald. num. 5. ff. de off. Procon. & leg. & in l. illicitas in prin. ff. de off. præſidis, & patet ex traditis per Didac. à Couar. lib. 3. variarum reſolut. capit. 14. num. 3 tex. in l. 9. tit. 6. lib. 2. Nouæ Compilat. Quod extende, etiamſi ſtatuto, vel conſuetudine caueatur, vt taxatio panis & victualium, quę in foro venduntur, ad fidum executorem, aut rectores, vulgo *Regidores*, ſpectet: nam hoc ſemper in omnibus caſibus intelligitur accumulatiuè, etiã ad correctorem, & iudicem ordinarium ſpectare, vt reſoluit Auendañ. de mand. princip. exequend. libro 1. capit. 19. num. 37. quem ſequitur, nouèque confirmat Mex Ponc. in pragm. panis in concluſ. 1. num. 52. & facit ad ſedandam querelam illorum, qui ſententijs ſuperiorum, aut executoria poſſunt taxam victualibus impo-

ſticos cura taxationis ſpectat: nam & iudex ordinarius
poterit illos præuenire in taxationibus, quæ tam ad il-
los, quàm ad iſtum pertinẽt accumulatiue, nec eorum
conſuetudo, aut executoria vnquam cenſetur deroga-
re iuriſdictioni ordinariæ, & facultati à iure conceſſæ,
vt notat Bald in l. ſæpè, ff. de offic. præſidis, & tenent
expreſſe Auendañ. & Mexia vbi ſupra, & plurimi, qui
recenſentur à Caſtel. in lib. 3. cap. 4. num. 69 vbi hanc
quæſtionem in his terminis decidit. Nec obſtabit,
quòd executoria Seguntinorum iudicibus ordinariјs
facultatem reponendi concedat, quia non ex inde eo-
rum iuriſdictioni quicquam derogatur, vt dixi, cùm
tam iudices poſsint taxam rebus omnibus imponere,
vt in d. l. 1. § cura carnis, l. illicitas in princ. ff. de offic.
præſid. cap. 1. §. poſt natalem de pace tenend. & eius
violat. in vſibus feud. ibi comes prouideat quanto pre-
tio ſit annona vendenda, Mexia vbi ſup. 4. concluſ.
num. 11. Matien. gloſ. 2. in l. 1 tit. 25. lib 5. Recop. num.
2. Azebed. in l. 14. tit. 6. lib. 3. Recop. num. 16 Ioan. Gu-
tierrez pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 180. num. 11. quàm
per rectores, aut executores, aut ſicut in iſta ciuitate
dicitur, poſitores impoſitam taxam reponere, & mo-
derari, vt aduertit Caſtel. vbi ſup. ibi: *Y quando le pare-
ciere, baxe, y moderelas hechas por los Regidores, &c.* Et hoc
de iure veriſsimum eſt, quidquid aliquorum ſenten-
tiæ perperam inſitum ſit, & in caſu huius legis abſ-
que dubio procedit, vt ad iudicem, qui de cauſa ma-
nifeſtationis & quantitatis frumenti cognouit, taxa-
tio panis cocti pertineat, cùm in ea id expreſſe cauea-
tur, in illis verbis, *Le de la juſticia licẽcia para que pueda p-*
nadea

vadear la mitad dello al precio que le taſſare con alguna moderada ganancia: nec ſi rectores faciant taxationem, nul
lam eam eſſe arbitror: nam etſi ad iudicem pertineat,
non quicquid iudicis poteſtati permittitur, id ſubijcit
iuris neceſsitati, l. non quicquid, ff. de iud. Bald. in princ.
prœm. decret. & Mex. vbi ſup. quamuis generaliter
peculiarem conſiderationem requirat taxatio *panis*
cocti, vnde vt plurimum ad concilium, ſeu conſiſtoriũ
pertinet ex Matien. in l. 1. gloſſ 5. tit. 25. lib. 5. Recop. &
Azebed. ad add. ad Cur. Piſ. lib. 2. cap. 18. & in l. 1. n. 30.
& . 8. tit 25. lib. 5. Recop. ſecutus opinionem Ripæ in
loco ab eo citato, & Auend. lib. 1. de mand. cap. 19. nu.
35. & Caſt. vbi ſup. lib. 3. cap. 3. num. 64. verſic. *Eſta taſſa*.
Sed extantibus verbis huius pragmaticæ, abſque dubio
ad iudicem ſolum poterit pertinere, cũ id de iure etiã
10 communi obtentum extet, vt dixi. Quid autem inſpici, & conſiderari oporteat in iſtiuſmodi taxationibus,
præſertim panis, longum eſſet recenſere, de quo latiſ-
ſimè Pontius vbi ſup. in concl. 4. à num. 12. & ſequent.
ex Corrad. de contract. 3. parte. q. 53. concl. 3. & iterum
num. 22. in 6. concl. à num. 11. cui adde Didac. à Couar.
lib 3. variarum reſol. cap. 14 num. 3 Didac. Per. in l. 2. ti-
tul. 2. 3 lib. 2. Ord. in verſi. prior pars, Sotũ de iuſt & iur.
lib. 6. q. 2. art. 6. concl. 3. vbi etiam quando quis à iudice
vendere compellendus ſit, ne penutia in republica exo
riatur, agitur eleganter cum traditis ab Auileſio in ca-
pit. prætorum, cap. 2. verbo *Confederacion*, in fin. & ite-
rum in cap. 17. verbo, *A rezonables precios*, per totum,
& Caſtel. vbi ſup. lib. 3. cap. 3. Et demum curandum, vt
panis coctus taxetur, habito reſpectu ad illud pretiũ,
quo frumentum emptum fuit, aut quo tunc commu-
niter æſtimatur, & habita ratione aliarum expẽſarum,

vſque

vſquequo fiat panis,& coquatur, & cum iuſto & moderato lucro reſpectu laboris, & miniſterij perſonalis: nam ſi aliqua huiuſmodi cauſa non ſubſit, & panem, aut frumentum maiori quis pretio vendiderit, quàm à lege, & magiſtratibus conſtitutum ſit, tenebitur in conſcientiæ iudicio, id quod vltra pretium diffinitum acceperit, emptori reſtituere, & puniendus etiam erit veluti legis tranſgreſſor, vt pluribus rationibus proſequitur Ioan. de Med. in Cod. de reb. reſtit. in q. 36. de eo qui vendit triticũ cariùs, quàm ſit per pragmaticam ordinatum, præſertim in verſic. quo præmiſſo videtur concluſio certa, & fr. Alfon. de Caſt. lib. 1. de pot. leg. pœn. cap. 12. in verſic. inter multas, quæ in regno Caſtellæ, Did. à Couar. lib. 3. variarum cap. 14. nu. 3. Soto vbi ſup. lib. 1. q. 6 art. 6. argum. 5. & in lib. 5. q. 8. artic. 4. & idem Mexia late in 1. concluſ. à num. 13. & optimè explicatur à Caſtello vbi ſup. num. 64. In quo ferẽdus non eſt vir aliàs doctiſsimus Gutierrez in pract. quæſt. lib 2 q. 182. num. 14. qui generaliter ait, clericos poſſe panem coctum habitum ex oblationibus ſibi factis eo pretio vendere, quo panifici vendunt, idq; ſolum probat autoritate Bart. in l. cætera. §. ſed etſi parauerit. ff. de leg 1. nam id non ita generaliter verũ eſt, niſi in eo caſu, quo pretium panis non excederet taxatum, & cõſtitutum per legem, nam tunc iuſtum pretium eſſet, quod ex communi hominum æſtimatione perpenderetur; vt in l. pretia rerum. ff. ad legem Falcid. cap. 1. de emptione, & vẽdit. l. ſi ſeruum meum. ff. ad leg. Aquil. & l. ſeptem. C. de erogat. milit. annonæ lib. 11. Secus verò ſi pretium, quo panifici venderent, taxatũ per pragmaticam excedit, nã ipſi panifici vendunt carius reſpectu exportationis, aut expenſarũ, & laboris, vt dixi: ſed 11

ſed clerici panem oblatum cariùs, quàm per pragmaticam taxatus eſt, vendere abſque reatu nō poterunt: nam cùm in ipſis non ſit ratio conſiderandi laborem, curam, aut induſtriam, cùm illam nō habuerint in præparatione panis, ſequitur euidenter, vt pretio iuſto debeant omninò vēdere, & pretium iuſtum id eſt, quod per legem conſtituitur, ſi lege taxatum eſt, vt in hoc caſu, vt probarunt Cagnol. in l. 2. C. de reſcin. nu. 269. Mol. de cōmer. q. 58. & ſequitur Pinel. in dict. l. 2. cap. vltim. num. 35. Nec quicquam facit autoritas Bart. in d. §. ſed etſi parauerit, vbi loquitur de ſtatuto prohibēte, vt nullus emat in platea frumentum, niſi pro victu ſuo: nam vt inquit ille, ſi cōtingat, quòd ſcholaris emat pro victu ſuo pro toto anno, & poſteà vult recedere, poterit vendere, nec incidet in pœnam ſtatuti. Secus autem in venditione panis per clericum facta: nam ex eo quòd ſibi ex oblationibus datus ſit, patet nullum in eo laborem expendiſſe, nec ſenſiſſe intereſſe, aut detrimentum, & per conſequens iuſto pretio, iuxta legis taxationem, vendere debet: nam vltra particulare intereſſe, commune & iuſtum pretium eſt, quod per pragmaticam conſtituitur, ex ſententia D. Thom. in 2. 2. q. 77. artic. 1. quem refert Aret. in cap. cum cauſa de teſtam. col. 7. verſic. tertia concluſio. Scotus in 4. ſentēt. diſt. 15. q. 2. Pont. vbi ſup. in 2. concluſ. à nu. 36. cū ſeq. iunctis his, quæ ex Cagnolo, & alijs retulit Pinel. vbi ſup. & ex his, quæ nouiſsimè tradidit Azebed. in l. 4. & 5 tit. 25. lib. 5 num. 10. quæ extant in addit. ad leges Regias. Præterea licentia de qua nunc agitur, limitatū
12 debet continere tempus, intra quod veroſimiliter opus illud panis coquendi, & vendendi, poſsit fieri, vt colligitur ex verſ. ibi: *La qual valga por el tiempo, &c.* & rectè

id

id arbitrio iudicis, tamquam boni viri iudicio relinquitur, vt relinquendum admonet Venuleius in l. continuus, §. item qui inſulam, ff. de verborum oblig. idque concedi tempus in licentia oportet, quod ad opus illud expediendum ſufficiat, vt in l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te, & ibi Bartol. in princ. & Iaſon num. 5. ff. eodē titul. ac finito tempore licentię caueat agricola, ne amplius panem coctum vendat, quia permiſſum ad tempus certum & limitatum intelligitur poſt illud tempus eſſe prohibitum, ex ſentētia Vlpiani in l. ſi ita quis, ff. de vulg. & pupil. ſubſt. & ibi notant Bart. Bald. & Alexand. & communiter Doct. idem Bald. notabiliter in l. obſeruare, §. proficiſci in col. 4. ff. de offic. Procon. & leg. tradit Iaſon in l. ſi quis promiſerit, §. Seia cauit. n. 11. ff. de verborum oblig. & idē de omnibus agricolis, qui panem coctum vendere voluerint, dicendum eſt, quibus tempus huius operis expediendi miniſterio ſufficiens à iudice dandum eſt, vt & fraudibus obuietur, & ordo, qui omnium entium modus eſt, ſeruetur in omnibus, prout bonus iudex arbitrabitur, argum. text. in l. in fraudē, § fiſcalibus, ff. de iure fiſci. & ex Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 1. caſu 14. & ſequent. caſibus, vbi de arbitrio circa conceſsionem temporis, vbi à iure non ſtatuitur, accuratè diſſeritur.

Summarium capitis decimi tertij.

QVia ad Regem ſpectat ſuum Regnum ſuſtentare, ideò frumentum libere debet aſportari, & ex vberibus prouincijs ad egentes adferri num 1.

Tempore penuriæ & famis an extractio & aſportatio frumēti prohiberi poſsit, donec prouincia, ex qua extrahitur, prouiſa maneat. num. 2.

Fru-

Frumentum quando interdici poteſt ne ex ciuitate & territorio extrahatur, & an panis, vel farina hac veniat prohibitione? num.3.

An tempore egeſtatis poſsit prohiberi, ne frumentum forenſibus vendatur ſub impoſitione pœna, vel eis poſsit carius, quàm incolis annona vendi? num 4.

Ciues ac incolæ, quo pacto poſsint frumentum forenſibus venditum retrahere, & eis in venditione potiores eſſe? num.5.

Quo pacto poſitis, ſeu horreis publicis ius retrahendi frumentum alijs venditum competat, & lex Regia declaratur. num.6.

Ad hoc vt pœnam pragmaticæ quis incurrat vltra illius taxam vendendo, an ſufficiat ad perfectionem venditionis conuentio de pretio, an verò frumenti traditio requiratur? num.7.

Non facilè frumentum corruptum cum bono miſcendum eſſe, cùm panis ex eo confectus ad peſtem ſecundum medicos diſponat, conſulitur. num.8.

De venditione frumenti, & eius copia curanda, & de pœna tranſgreſſoribus impoſita. Cap. XIII.

ANimaduerti huius pragmaticæ mentem valde ad publicam vtilitatem propenſam, tam in his, quæ iam à me affatim tradita ſunt, quàm in eo, quod ex eius hoc ſexto capite ſubintelligitur: nam frumentum agricolarum, quod poſt ſolutionem decimarum, & reliqua ibi contenta ſupereſt, in duo diuiſit maximè Reipublicæ commoda, & neceſſaria, & primum illud eſt, vt panis coctus effici poſſet, de quo in proximo

mo præcedenti capite actum fuit: alterum verò agricolis relinqui videtur, vt de eo ad debitum diſponant: inquit enim text. *Para que pueda panadear la mitad dello, al precio que le taſſare*, & de altero dimidio nec vllam quidem mentionem facit: præſupponit enim non ſolum vicinioribus ciuitatibus, & oppidis adiacentibus ſubuentum iri per panis cocti venditionem, qui ex dimidio tritico, quod ſuperfuit, ab eis beneficio huius legis conficitur, ſed etiam longinquis aſportatione frumenti fore conſulendum: nam ſicuti ad iudices ſpectat cura, rempublicam quam adminiſtrant alendi, ex Platea in l. qui conductioni C. de his qui ſpon. munera ſuſcip Auiles in cc. Prætorum cap. 17. gloſſ. *A razonables*, num. 2. Caſtel. lib. 3 in ſua Polit. cap. 3. à princip. ſic etiam ad Regē pertinet, tanquàm totius regni Præſidem, & moderatorem, vt æquo libramine omnes eius Regni Prouinciæ, & frumento, & victualibus ad vitam neceſſarijs affluant. Vnde quia ſic omni Regno præſidet, Princeps vocatur, Lucas de Pen. in rub. C. de princip. agent. in rebus lib 12. & cùm omnis in eū poteſtas translata ſit, ex Did. de Couat. pract. quæſt. cap. 1. n. 3 Greg. Lup. in l. 1. tit. 1. p 2. verbo *Las gentes*, Caſt. vbi ſup. lib 1. cap. 2. à nu. 1. cum mult. ſequent. & in terminis, quòd ad ſuſtētationem Regni debeat Princeps vigilare, eſt text. in §. ideoq; in prin. in 1. conſtit. codic. & tradit Mex. in 5. cōcl. nu. 132. Ac ideò alterius Prouinciæ vicini poſſunt compelli aſportare frumentum ad ſubuentionem penuriæ ciuitatis egentis. l. pro locis. C. de annon. & tribut. lib. 10. Auil. vbi ſup. n. 20. Mex. Pōc. 1. concl. nu. 39. & prouiſum eſt ita lege Regia in l. 28. tit. 18 lib. 6. Nouæ Compilat. incipit: *Porque igualmente deuemos proueer a las nueſtras ciudades, villas, y lugares*

de los

de los nueſtros Reynos y Señorios, vbi Azebed nu. 4. & 5. & in l. 1. tit. 25. lib. 5. Nouæ Compil. ibi: *Y que quien quiera q̃ quiſiere, lo pueda ſacar y lleuar por tierra de vnos lugares a otros; y de otros a otros de los dichos Reynos*, & idem Azeb. ibi nu. 13. Ex quibus apparet, aſportationẽ frumẽti per regnum, vt eius ciuitates, & oppida affluant, iure optimo permiſſam eſſe, nã vna debet alteri ciuitas & prouincia ſubuenire. l. in nomine Domini, §. poſtquam. C. de offic. Præfect. præt. Afri. l. generali. C. de decur. lib. 10. l. ſi quis in hoc. C. de Epiſc. & cleric. & in d. l. 28. tit. 18. lib. 6 quę adeò generaliter loquit̃, vt dubitauerint aliqui, an ea eſſet intelligenda, etiamſi ibi, vnde frumentum extraheretur, egeſtas, & penuria premeret; an verò ſi eo abundaret, & prouiſa loca remanerent: etſi hoc vltimo obſeruato extractionem permiſſam tradidêre Mex. Ponc. in 5. concluſ. nu. 131. & Auend. 1. parte de mand. cap. 19. nu. 35. verſic. penult. Azeb in d. l. 1. titul. 25. lib. 5. Recop. nu. 3. ac ob permiſſam aſportationẽ frumenti, & eius cõmercium per regnum tyrãnidem, ac robariæ ſpeciem appellauit Caſt. lib. 3. cap. 3. nu. 52. ſi aliqui de ciuitatibus, & oppidis regni ab aſportantibus, & trãnſeuntibus cum ſarcinis eius velint auferre, etiam ſub prętextu emptionis, aut retractus: nam eo caſu, quo ciues retrahere poſſunt, frumẽtum debet eſſe venditum in illa ciuitate exteris, nam ab eis etiam inuitis poterunt ciues accipere, & iuſto pretio conſtituto eis in emptione eſſe potiores, ex l. 1. C. de metal. lib. 11. Mex. vbi ſup. nu. 111 & Did. à Couarr. lib. 3. variarũ
2 cap. 14. nu. 6. Sed cùm in hac lege ſumma diligẽtia vbertati temporum prouideatur, ac ex frumento, quod ſuperfuerit poſt ſolutas decimas, & penſionem domino fundi, poſtq; neceſſariũ ad alendã familiã dimidium in

pano

pane coĉto diſtribui poſſe diſpoſitum eſt, & per conſequens ei ciuitati, & oppido ſubuentum, videtur quòd hæc aſportatio fieri debeat, non habita ratione, ne ciuitas egeat, vnde extrahitur: nam text. in l. 29. tit. 18. lib. 6. Nou. Compil. ibi: *Por virtud de la tal licencia no ſe pueda ſacar pan de ningun lugar, ſin hazer primeramente en el tal lugar cala, para dexar en el y en todos los otros, dōde ſe ſacare el dicho pan, el baſtimento que para cada vno dellos fuere neceſſario de pan para aquel año, y para la ſementera de otro año adelante*, loquitur quando frumentum extra regnum erit extrahendum virtute licentiæ Regiæ, vt conſtat ex tenore illius legis: nam frumenti exportatio permiſſa, de qua nuper actum eſt, non extenditur ad exportationem extra regnum, quæ ſpeciali lege prohibita eſt, vt patet ex Mexia vbi ſup. nu. 133. Et quòd illa lege regni ſtatuitur circa prouiſionē, & affluētiam panis, quæ remanere debet, videtur etiā eſſe prouiſum in præſenti, cum relinquendum ſit ad decimas, penſionem, & alimenta, & panis coĉti diſtributionem. Et quòd extrahendum ſit, etiamſi egeat ciuitas, vnde extrahitur, viſus eſt tenere Azeb in l. 26. nu 6. tit. 18. lib. 6. Compil. ex generalitate illius legis Regiæ. Sed nemo eſt, qui neſciat, charitatem benè ordinatam debere incipere à ſe ipſo, vt in l. Præſes. C. de ſeru. & aqua, Paul. ad Gal. 6. quem ad hoc allegauit Didac. à Couarr. lib. 3. var. cap. 14. nu. 6. ob quod priùs oppida debere ſibi frumenti neceſſariū vendicare, quàm ab eis extrahi permittere probauêre DD. vt Tiraq lib. de retract. §. 1. gloſ. 18. num. 2. Mex. vbi ſup. à num. 94. cum multis ſeq multis id autoritatibus corroborās. & Auiles vbi ſup nu. 36 & Auend. vbi ſup quem poſteà retulit idem Azeb. in l. 1. tit 25. lib. 5. Nouæ Compil. nu. 31. vbi hoc, tanquam æquius ſibi placere dicit, & per 7

Regiam Chãcellariam vidiſſe determinatum, & idem tenet Matien.in l.1.gloſ.5.in fine, & gloſ.11.in fin.tit. 25 lib.5.Recop.quos,& alios ſequitur Caſt.vbi ſup.nu. 54.vbi etiam multis id exemplis exornat.

2 Nec ſolum opinor,extractionem iſtam, niſi habita ratione, ne ciuitas egeat,permittendam eſſe, verum etiam interdici poteſt,ne extrahatur à ciuitate,vel territorio,donec in inſpectione conſtiterit, an abũdantiam frumenti ciuitas,vel territorium habeat, ex Plat. in l.ſi quis per diuinam.C.de aquæduct. lib. 11. Auend. vbi ſup.dict.cap.19.num.35.& ſeq. & Meſsia vbi ſup 1 concluſ.num.56.& ſeq.& Caſtel.vbi ſup. num. 55. vbi diſputat,an pœna ſtatuta contra extrahentem frumentũ ex territorio habeat locum in extrahenti panem coctum: & quòd habeat locum,ex multorum autoritatibus aſtruit: nam licèt appellatione frumenti panis nõ contineatur.l 1.vbi notat Bart.C.de frum.vrb. Alexã. lib.12 nihilominus id intelligitur in legatis, & contractibus,in quibus diſpoſitum in frumento non vendicauit ſibi locum in pane,vt etiam ex Gregor.Lup.in l.19. tit.2.par.3.gloſ.1.Azeb.in l 25 tit.18.lib 6. Recopil nu. 6.& ſeq. & idem de farina dici poteſt, quæ appellatione frumenti non continetur,cùm legato vno alterum non comprehendatur,ex Bald.in l.1.col.3. C. de frũct. & lit.expenſ.Bart.& gloſ.in l.quæſitum. §. illud. ff. de leg.3 tamen ad obuiandas fraudes, cum in vtroq; militet eadem ratio egeſtatis euitãdę, ſub prohibitione cõprehendetur ex mente ſtatuentium, vt tenuere ſupra citati;nam idem ex paritate rationis procedit in pœna ſtabilita contra extrahentẽ frumentum extra regnum: nam habebit locum contra exportantem farinam, vel panem,cùm idem ſit inconueniens,& vt fraudibus locus non relinquatur, ſic expediat. Ita tenet Gand. in tract.

tract. maleficiorum, tit. de reb. non portand. cõtra decretum, nu. 4. & Auiles c. 52. in cc. prætorum, gloſ. *En la tierra*, num 4. Azebed. vbi ſup. nu 25. Meſ. in concl. 4. num. 6. & 9. & Caſtel lib. 4. cap. 5. *De los juzgados de ſacas y aduanas*, nu. 23. quamuis hordeum in hiſce prohibitionibus pœnalibus non comprehendatur, nec in eis extenſio detur, vt dixi lib. 1. horum Comment. cap. 10. num. 3. verſ. ſed ibi.

Sed quod magis eſt tempore penuriæ & egeſtatis, poterit a iudicibus prohiberi, ne frumentum forenſibus vendi poſſet ſub certa pœna, vt voluit Bart. in l du dum, C. de contr. empt. Nec obſtat, q; Bald. contrariũ videat tenere in l ſi duob⁹, §. emptor, n. 2. C. cõmunia, de leg. nam procedit quando ex vbertate prouinciæ vnius, aut ciuitatis egeſtas & penuria alterius debet ſubleuari, vt ſupra dixi: ſecùs autem tempore neceſſitatis, nam iure optimo hæc poterit fieri prohibitio, vt tenet Afflict. in deciſ. 290. n. 6. Greg. in l. 5. tit. 1. part. 1. verb. *Poſtura*, refert & ſequitur Auiles in cc. prætorum, c. 17. verb. *A razonables*, n. 36. nã & quoties iſta annonæ tenuitas obrepit, originarijs erit ſubueniendum, & forenſes ejiciendi, l. fin. C. de annon. ciuil. lib. 11. nam vt inquit Caſsiad. lib. 4. variarum epiſtol. 34. priùs incolis fœcunditas frumentorum propria ſeruiat, quàm peregrinis commercijs ſtudioſa cupiditas exhauriat, & tradit Meſsia concluſione 1. num. 50. Ripa de peſte, tit. de remed. præſer. num. 153. Caſtel vbi ſup. lib. 3. c. 3. n 82. Eodéq; modo procedit illud, quod communiter fieri ſolet: nã etſi regulariter maiori, ſeu cariori pretio nil, quod ad annonam, frugem, ſeu victualia vendi poſſit tranſeúntibus, aut forenſibus, quàm ciuibus, aut habitatoribus loci, vt in cap. 1. de emptione, & vendit. l. 1. C. de Epiſc. audien. Ripa de remed. præſer. contra 41

pēſtem,num.200 Tamen id locum ſibi non vendicat, quando fames,ſeu penuria ingruit: nam tunc etſi incolis pretio medioeri vendatur,poterit forenſibus & tráſeuntibus cariori & maiori,& tamen iuſto pretio vendi, vt idem Ripa vbi ſup.num.201. Meſſ.in 4.concl.num. 21.Auend.lib.1.cap.19.num.35.verſ.prçuiſo:nam quod tradit Auiles vbi ſup.num.24. & alij relati ab Azeb.in legibus de nouo additis ſuper l.*Delos poſitos*, cap.6.numero 13 habet locũ,ſecluſa penuria,& egeſtate:quamuis hoc arbitrij genere non vtendum admonuit Caſtel.d.lib 3.cap.4.num.32.

6 Hinc etiam eſt, quòd ciues & incolæ oppidorũ poſſunt retrahere frumentum forenſibus, ſeu exteris venditum,& in emptione eis potiores eſſe, ſoluto pretio ab exteris aſsignato & conſtituto, ita vt taxam legis ſine legitima cauſa non excedat, vt probat Did. à Cou. lib 3.var.cap.14.num.6. Meſſ.in 5.concl. num.111.Azeb.in l.18.tit.11.lib.5.Recop.num.3. qui num. ſeq. cũ Meſſ.vbi ſup.num.128.& ſeq.controuertit,an retrahere volens frumentũ, retrahere etiam teneatur hordeũ, tipham, & auenam, quæ cum frumento ſimul vendita ſunt,& in ea eſt ſententia, vt exiſtimet, quòd quando quælibet frumenti ſpecies ꝑ ſuo pretio & mẽſura venditur, ꝙ omiſsis alijs poterit retrahere triticũ, ſecùs ſi ſimul omnia vendãtur,ita vt ſine vno alterũ nõ eſſet venditor diſtracturus: quod non ita planè Meſſ. dixit. Et Azebedi ſentẽtia confirmari poteſt, quia retractus plurium rerũ patrimonialiũ vno pretio venditarũ ita fieri debet, vt nulla illarũ relinquatur, ita Tiraq. lib. 1. de retract.§.23 gloſ.1.in princ.tex.eſt in l.10.tit.11.lib. 5.Nou.Cõp.& ibi Matien.& in l.7.gloſ.7.num.20. cũ ſeq. Secùs autem ſi ex pluribus rebus diuerſo quælibet pretio vendita ſit, quia tunc retractus poterit fieri

in

Digitized by Google

in vna,reliquis derelictis,vt Matien.vbi ſup. gl. ſ.2 & d.l.7 gloſ.7.nu.27.cum pluribus ſeq. Deinde ibi Azeb. in dict.l.18.inquit, quòd nimirum ſi ciues præferantur exteris in venditione frumenti: nam vicini ſemper quando res alienatur, præferuntur cæteris paribus ſecundum Bartholom.Socin.in conſil.45.num.ſi vol 1. Sed hoc in hoc regno non poteſt vllo modo obtineri, quia eius protomixeos, ſeu retractus ratione vicinitatis in eo obſeruatur, prout credendum erit multæ experientiæ,& doctrinæ viro Gregor.Lup. in l 55. tit.5. par.5.verb. *Deue auer.* Atq; vt publicæ vtilitati, quæ in 6
præbitione annonæ conſiſtit, meliùs conſultum ſit,cōcilium ciuitatis,aut oppidi, vt in publicis horreis reponatur, poterit præferri quibuslibet, tàm eccleſiaſticis, quàm ſecularibus in venditione frumenti, ſi demum traditum alteri non ſit, vt habetur in dict.l.18. tit. 11. lib.5.Nouæ Compilat. Ex qua duo ſolent in controuerſiam adduci: primum, an verbum illud legis, ibi, *Que no eſtuuiere comprado,* debeat intelligi, ſi emptum non ſit ex conuentione pretij, vel an requiratur, vt ſimul traditum ſit: Matien.in illa lege,gloſ. 1. ſimpliciter inquit,ſi venditum non ſit,cùm à verbis legis non ſit recedēdum l.ille,aut ille.§.cum in verbis.ff.de leg. 3. Sed Azeuedo in eadem lege num.5. dicit triticum debere eſſe traditum,vt locum non habeat retractus concilij in eo,& pro ſe Didac.à Couarr.allegat lib 3. var. c. 14. num 6. Et rectè mea quidem ſententia, cum emptum 7
cū effectu ſit intelligendū, videlicet & traditum, cùm aliter dominiū nō poſsit transferri l. traditionibus, C. de pactis. l quoties.C.de rei vend. cuius hæc genuina ratio eſt, vt tradit idem Didacus à Couarru.lib.2. variarum cap.19.à princip.nā nihil lex illa diſponeret,cū ante cōuentionem de pretio non diceretur concilium

Digitized by Google

præferri, ſed ſolùm emere. Secundum eſt, an verbum: ibi, *A todas las perſonas eccleſiaſticas y ſeglares*, debeat intelligi de exteris, & forenſibus, an verò de ciuibus, & incolis: nam Caſtel. ex ſua autoritate, quæ quidem non mediocris eſſe videtur, dicit de exteris eſſe intelligendum dict. lib. 3 cap. 3. num. 51. atq; ita per prouiſiones Regias obtentum vidiſſe affirmat, quòd ſumma ratione innititur, vt quilibet ciuis ſibi prouideat. Sed verba legis longè aliud inſinuare videntur, cum nihil concilijs, ſeu horreis publicis indulgeret, vtpote quia in iſta venditione ciues exteris potiores eſſe conſtat, vt nuper dixi. Et quòd de mente legis id certùm ſit, patet ex ratione publicæ vtilitatis à lege adducta, quæ priuatę præferenda eſt, vt patet ex traditis per Auenda. de mandat. 1. lib. cap. 19. num. 35. verſ. ſed ratione, ſentit & Azeuedo in ea l. regni. num. 1. & 2. qui in lib. 10. ad leges de nouo additas in l. 9. tit. 5 lib. 7. vbi traditur noua forma poſitorum in procem. num. 15. & ſeq. diſſerit, an illa lex, ſeu pragmatica poſitorum vtilis reipublicæ ſit, & tempore egeſtatis vtiliſsimam eſſe nemo ambiget, vt patet ex latè congeſtis per Caſtel. vbi ſup. à num. 27. cum ſeq vbi de eorum antiquitate, & vtilitate, & de quorum priuilegijs Ripa de peſte, tit. de med. ad conſer. vber neceſ num. 33. & ſeq & ex eo de peculatur Meſſ. in 7. concl. num. 17. & ex eis idem Caſtel. vbi ſup. à num. 50.

7 Reliquum eſt, vt inquiram, an ad hoc vt pragmaticæ transgreſſor quis dicatur, & eius pœnã non euadat, requiratur, vt demũ venditio perfecta ſit? In quo illud ab omnibus receptum video, vt debeat eſſe perfecta venditio ad incurrendã pœnam, arg. text. in l. Papinianus. §. meminiſſe ff de inoffic. teſtam. Pro quo faciunt eleganter tradita à Cepola in l. quis ſit fugitiuus. nu. 9. C. de

C.de ſeru.fug. & ex alijs id tenere videtur Meſſ.in pragma.tax.pan.in ſcholijs ad tex.verb.*Pedir*,ſequitur Azeb.in d.l.1.n.2.tit.25.lib.5 Nou.Cōp. Sed hæc adhuc declaratio non ſufficit:nam non leuis ſolet eſſe cōtrouerſia,vt ego in quibuſdam cauſis expertus ſum: nam cū venditio ex ſolo conſenſu perficiatur, vt præter vulgaria iura tradit Tiraq.de retract.lib.1.§.1.gloſ.2. n.48. perfecta dicetur venditio,ex quo de pretio conuētum fuit,l.1. & 2.C.de reſc.vend. & ideò ex ſola venditione conſenſu perfecta ante traditionem, etiamſi ab ea diſcedant, contrahentes laudimia debere dixit Stephan. Bertrand. in conſ.199. lib.1. Sed pro vera huius quæſtionis reſolutione, quę omninò tenenda eſt, in fauorē cuiuſdā Chriſtophori de Abel, qui in oppido de Morō quādam frumenti quātitatem conſtituto pretio vltra taxā vendiderat,nec adhuc tradiderat, ſic ego allegabā: Quòd euitare debuiſſet pœnā ex eo,q etſi de pretio vltra taxā cōuentū eſſet,nō tñ frumentū per menſurā,aut alio modo traditū erat: nā ſi perfecta requiritur eſſe vēditio,vt aſſerebatur ex ſupra citatis, à traditione perfectionē accipere dicendū eſt,l.1.& ibi gloſ. & Cin.C.de peric.& com.rei vend.& in §.vēditæ,inſt. de rer.diuiſ.Et hinc eſt,q vēditio prima abſq; traditione nō impediat ſecūdā eiuſdē rei vēditæ vēditionē, & trāslationē dominij,ſi vltimo emptori tradatur,l.quoties,C.de rei vend.Did.à Couar.lib.2.c.19.à num.1. & tex eſt in l.50 tit.5.p 5. Nec vēditio alicuius rei vēditæ per conuētionē impedit alteri obligari.l.vlt.§.Lucius, & ibi gloſ.verb.obligari,ff.de donat.gloſ. verb. perfectam,in l.1.& ibi Plat. C.de iure fiſci, libro 10. Decius conſ.646.col.1. Et quia dato,q prædictus Chriſtophorus delictum cōmiſiſſet, ex quo bona eius venirent cō-

Digitized by Google

fiſcandi, frumentum illius ſic venditum confiſcari debuiſſet cũ publicatis bonis cuiuſuis publicetur res ab eo vendita, & non tradita, l. ſi fundus, ff. locati, quẽ ad hoc commendat Lud. Rom. in ſing. 427. Et ſic in hoc caſu ita venditio perfecta eſſe dici debet, ſi ex ea dominium per traditionem translatum ſit. Vnde meritò dicit Bald. in conſ. 314 nu. 2. lib. 3. quòd non incidit quis in pœnam, qui tantùm vendidit, & non tradidit, extante ſtatuto venditionem prohibente. Sequitur Tiraq. lib 1. de retract §. 1. gloſ. 2. n. 46. & quia extante prohibitione alienationis feudi ex cap 1. § callidis, de prohibit. feudi alienat. per Feder. non erit locus commiſſo ex ſola venditione abſq; traditione, & dominij tranſlatione, tenent Iſernia ibi, & Bald. & Mart. Lauden. in princ illius capitis, Tiraquel. qui multos retulit vbi ſupra § 1. gloſ. 2. n. 45. Gomez in l. 45. Tauri, nu. 44. & ſic debet intelligi hæc venditio, quatenus perfecta requiritur, videlicet ſecuta traditione, & cum hoc effectu accipi oportet, vt quis incidat in pœnam ſtatuti, vel legis vendere prohibentis, ex l. 1. §. hæc verba, ff. quod quiſq; iuris, cũ alijs allegatis à Meſſ. vbi ſup. & à Gom. vbi ſup. n. 94. & Matiẽ. in l. 1. tit. 10. gloſ. 6 à n. 1. cũ ſeq. vſq; ad fin. lib. 5. Nou. Comp. præſertim in noſtro caſu, vbi cũ per menſurã ſit frumentũ tradendũ vſq; dũ mẽſuretur, non eſt perfecta venditio, & ante menſurationem eſt imperfecta, iuxta tradita per Rolan. à Valle in conſ. 7. num. 14. & 15. vol 3. Dec. in conſ. 178.

8 Illud autem in poſtremo loco conſtituam, ꝙ etſi eo caſu, quo frumentũ corruptũ eſſe videatur, modò publicũ, modò priuatum ſit, cũ bono frumẽto miſceri poteſt, ſub prætextu, quòd velata corruptio rempublicam conſeruet à dãno, vt in l. 1. & 2. & ibi Platea n. 2. C. de

cond.

cond.in publ.horr.lib.10.& tenent omnes,quos refert Meſſ.in 1.conc.n.19.Greg.Lup.in l.4 tit.7.p.7. in gloſ. fin.Azeb.in l.6.tit.12.n.4.lib.5.Nou.Cōp.& Caſtell. in d.lib.3.cap.3.n.40.& 41. Et quòd etſi pœna excuſationem irroget,nec in foro animæ culpā inducat, cùm corruptionem ſpeciei venditor pandit, vt notant ſupra citati. Et quamuis id poſsit fieri,dato etiam quòd corruptio tolerabilis non ſit,vt dixit idem Caſtel, vbi ſup.d.n.41.ex Rom.in l.ſi verò,§.de viro, nu.32. ff.ſolut.mat. Tamē præcauēdū erit,ne reſpublica in Scyllā incidat, cupiēs euitare Charybdim,ne ex ſic corrupto frumento panis conficiatur, cum ex eo confectus ſecundum medicos comedentes ad peſtem mirabiliter diſponat, vnde Iulius Cæſar duos prætores, & duos ædiles, qui frumento vendendo præeſſent, conſtituit, & à Cerere Cereales appellauit,vt in l.2. ff. de origine iuris,& ita tradit Hier.Præuid.in tract. de peſte, titulo de cæteris ad ſalub.ciuit.pert.§.dum diximus,num.ſi cū his,quæ Menoc.de arb.lib.2.cēt.4 caſ.382.tradidit. Et ne inſtituti metas excedā,& tranſcribi ſit; pro reliquis adibis Ripā,Gutierrez,& alios ſupra citatos in peculiaribus huius rei, vbi multa congerunt,locis.

Summarium capitis decimiquarti.

DArdanariorum, ſeu frumenti reuenditorum officium quantum rebus publicis detrimentum afferat; quāve hic iuſtè prohibeatur.num.1.

Vt Dardanariæ, ſeu reuendtionis pœnā quis incurrat,quando delictum perfeciſſe, & conſummaſſe dicatur.nu.2.

De illo, qui ad ſui victum frumentum emit, & aliqua cauſa animo mutato poſteà vendidit, num.3.

Neceſsitatis tempore & penuriæ,an quis poſsit ad reuendendum frumentum emere, & aſportare? num. 4.

De

Deeo qui frumentum comparauit, vt minutin pane cocto diſtributum venderet. num. 5.

Qui poſsint eſſe panifici præter agricolas, quibusve imperijs ſubiecti ſint, & de agaſsonibus frumẽtum aſportantibus. num. 6.

Pœna amiſsionis frumenti in lege ſtabilita an locum vendicet, vbi frumentum conſumptum fuit. num. 7.

Reſpondet author argumentis ab Auend. adductis pro vera huius ſententiæ reſolutione. num. 8.

Si frumentum ſine dolo emptoris caſu fortuito perit, an emptor ab æſtimatione etiam liberetur. num. 9.

De reuenditione frumenti, quæ omnibus, & præcipuè agricolis prohibita eſt. Cap. XIIII.

1 VLpianus Iuriſconſultorum Princeps, rerũ antiquarum acerrimus indagator, non leui eos pœna plectẽdos eſſe dixit, qui annonam, merceſve coemptas ſupprimũt, dũ carius vendendi eas ſe offert occaſio, vt conſtat ex l. annonam, ff. de var. & extraor. cognit. & Dardanarios ibi eos appellauit à Dardano quodam mago, qui teſte Accurſio ibi, maximè operam dabat, vt annona carior fieret, emẽdo omnem, quã inuenire poſſet, vt poſteà pro libito ſolus venderet, de quibus etiã Benuen. in tract. de decoct. 7. p. à n. 19. cũ ſeq qui maximũ inferunt rebus publicis detrimentũ, & quorũ munus ſatis ſordidũ, & exoſum eſt, vt tradit Lucas de Pen. in l. maximarũ, C. de excuſat. mun. lib. 10. Et ne ſub fauore huius pragmaticæ, qui agricolis in premiſſa panis & frumenti venditione conceditur, ſubreperent aliqui, qui bonum ab ea allatum infeſtarent, Dardanicam artem in re frumentaria exercẽdo, inquit textus, *Con que los dichos labradores ni compren, ni*

tomen

tomen de otros trigo para panadear, ſo pena que incurran en las penas pueſtas contra los que compran trigo para reueder, quedando en ſu fuerça para en quanto a lo demas las leyes q̃ prohiben el panadear. Pœna autem quæ ſit contra iſtos frumenti reuenditores, iudicis arbitrio relinquitur de iure communi, iuxta tradita per Menoc. de arbitr. lib. 2. cent 4. caſu 384. etſi de iure Regio ſub pœna relegationis, & amiſsionis coempti frumenti prohibitio, ſecundũ formã ibi expreſſam procedat ex l. 19. tit. 11 lib. 5 Nou. Cõp. nam quãuis mercatura amica populis ſit, quia minus ſine mercatoribus mundus viuere poteſt ex l. 2. ff. de nundin. Tiraq. de nobil. c. 33 nu. 12. Luc. de Pen. in rub. C. negot. ne militent, lib. 12. l. 4. tit. 7. p. 5 & ibi Greg. Lup. verb. *Mas ricas*; tamen iſta frumenti reuentio adeò populis nociua eſt, vt iure optimo per leges noſtras prohibeatur, ſicuti vt penuriæ, & egeſtatis occurratur maiis, prohiberi poteſt: ex Bart. in l. cæteræ. § fin. & ibi Iaſ num 14. ff. de leg 1. Benuen de merc. 4. par. num. 44. & 45. Hinc eſt, quòd pœna viginti aureorum puniebantur monopolium facientes, quia ex eo carior annona efficeretur, vt in l. vnica. C. de monopo. l. 2. ff. ad l. Iul. de ann. l. 3. §. item ſi quis, & ibi notat Bart. ff. de crim. ſtel. Vnde meritò contra iſtos reuenditores, vt contra publicæ vtilitatis perturbatores pœnæ à iure ſtabilitæ ſunt, de quorum fraudibus, & machinationibus in exitium reipublicę affectatis, & quàm in foro animę obnoxij ſint, late tradidit Caſtell. in ſua Pol. lib 3. cap. 3. num. 76.

Et pro perfecto huius prohibitionis examine in controuerſiam ſolet adduci, an vt quis in pœna huius Dardanaricę conſtitutionis incidat, omninò ſit neceſſarium reuenditum fuiſſe frumentũ, an verò ſufficiat, vt quis illud tãtummodo coemerit, quod illa lege 19. deciſum a

extat

Digitized by Google

extat in illis verbis, *Pierda todo el pan que aſsi comprare:* vnde ita tenet Auẽd. in reſpõſo 33. nu. 1. & 3. & eo non citato Matien. in d. l. 19. gloſ. 2. n. 3. & ibi Azeu. n. 7. Nec ea ratione exiſtimo procedere, qua illi inducti in hac reſident ſentẽtia, videlicet ꝙ prohibitus aſportare frumẽtũ puniri debet, ſi id aſportans in via reperiatur, ex Ripa de peſt. de remed. ad cõſeruat. vber. nu 74. & ſeq. prout illum, & alios huiuſce ſententiæ autores retulit Matien. vbi ſup. n. 2. & 3. nã pro manifeſto habẽdũ eſt, illũ qui emit, vt reuenderet, in ipſa emptione perfeciſſe, & conſummaſſe delictũ, nec ad eſſentiã illius reuenditionem deſiderari: nã mens legis ea eſt, ne iſta coemptione collecti vndique frumenti penuria eius in republica ſit, vt conſtat ex d. l. annonã, & ibi Bart. & Accur. ff. de var. & extra. cog. & ex Menoc. vbi ſup. & ex traditis per Benuen. de merc. 1. p. n. 34 cũ ſeq. Igitur cum illud cõmiſſum ſit, in quo reſpublica patitur detrimentũ, quod per diſpoſitionẽ amouere lex intendit, patet eius pœnã ſic cõmittentẽ incurrere, ex l. Imperatores, ff. de iure fiſci, cũ legis ſit menti, & intentioni inſeruiẽdũ, etiãſi aliàs impropriarẽtur verba. l. inſulã ff. de præſcrip. verb. l. ſed etſi poſſeſſori. §. item ſi iurãuero. ff. de iureiurand. l. non codicillũ. C. de teſtam. nã nõ in reuenditione, ſed in collectione tritici coempti ad reuẽdẽdũ penuriæ & egeſtatis periculũ adeſt, vt cõſtat ex ſupra dictis; quãuis reuenditio ipſa claram Dardanariæ probationem operetur, & inducat, cum tunc coniecturis an emptũ fuerit ad reuendendũ opus nõ ſit, de quibus optimè per Auend. in d. reſp. 33. n. 3. verſ. prima cõcluſio. Et ex quoad reuendendũ emiſſe aliquẽ triticũ conſtiterit, nihil agendũ ſuperfuit ad criminis perfectionem, faciunt quæ tradit Bald. in l. non ideò minus,

num.

n.10.C.de accuſat. ſequitur Menoch.de arbit.lib.2.cē tur.4 caſu 360.n.20. vbi inquit, quòd conatus nomen perfecti delicti habet, quādo nihil agendū ſupereſt. Et ideò benè Auend. vbi ſupr. inquit, quòd tota difficultas conſiſtit in probando, quòd frumentum fuit venditum ad reuendendum, ob quod ibi diligenter proſequitur, quibus id modis dignoſcatur. Sed à noſtris ſolet limitari id, videlicet vt locum non habeat in eo, qui non reuenditionis cauſa, ſed vt ſuam familiam aleret, pro toto anno frumentum emit, & aliqua cauſa, vel abſentiæ, vel vt cum meliori commutaret frumētum, quod ſibi ſuperfuerat, vendidit: is enim reuenditor dici non poteſt, nec huius legis pœna adſtrictus eſt, vt ex l. cætera, §. ſed etſi parauerit, ff. de leg. 1. & ex l. in l. 1. §. vnde quærit Offidius, ff. de exercit. tradidère Roland. in conſ. 71 num. 19. lib. 4. Mez. concluſ. 1. nu. 170. Ripa tit. de remed. ad conſeruat. vber. num. 109. Auiles in c. Prætc. c. 52. num. 20. verb. *En la tierra*, vbi agit de illo, qui cauſa ſui victus exportabat res vetitas, & animo mutato eas vēdidit, quia non incidet in pœnam, & Ioan. Gut. lib. 2. pract. quæſt. 182. n. 15. & 16. & Azeb. in d. l. 19. n. 4. verſ. ſeptimò limitatur, & in ſequenti ex addit. ad Bernar. Diaz in praxi cap. 55. inquit, ſtandum eſſe iuramento illius, qui ad ſui victum emiſſe dicit, niſi contrarium probetur, & ad victum ſui liberè potuit emere, vt in l. vniuerſi, C. de vectigal. & commiſ. Auend. vbi ſup. d. nu. 3. verſ. ſed tota. Et quòd ſit ſtandum ementis iuramento, qui benè ad quem effectum emerit, non ignorat, conſtat etiam, quia in his, quæ à iurantis animo pendent, ſtatur iuramēto illius, vt tradūt Bar. n. 4. Alex. n. 19. Purpur. n. 24. in l. admonēdi, ff. de iureiur. niſi aliquæ coniecturæ eſſent in oppoſitum,

vt

vt tradit Bart.in l.inter omnes,§.rectè,ff.de furtis Mar
ſil.conſil.7.num.9 & optimè idem Menoch. vbi ſupra
lib.2. cent.3. caſu 241. & ſequent. & in terminis Bald.
Imola,Marſilis,& Ripa allegatis, quod ſit ſtandum iu-
ramento illius qui emit,tenet Mex.in 1.conc.num.127.
Item, & limitari ſolet, niſi ciuitatem egeſtas & penu-
ria panis premerent, quia tunc licitũ eſſet cuilibet fru-
mentum emere, & aſportare, vt illud pretio à iudice
4 conſtituto egentibus venderet,ita ex Mex. vbi ſup. n.
178.& ex Fran.Marco in deci.Delph.deciſ.540.n.43.
tenet idẽ Azeu.in d.l.19.n.2. verſ quartò nõ procedit:
vix tamen hanc limitationem exiſtimo, cum procedat
ex peculiari ratione eorum, quæ tradidi ſuperiori pro-
ximo capite,de obligatione prouinciæ,ſeu ciuitatis fru
mento affluẽtis,erogandi in egentẽ illud,quod ſuper-
fuerit:vnde non dãnabitur hæc lex,quatenꝰ in hoc ne-
ceſsitatis tẽpore cõmercium in rebus frumentarijs ad-
mittit: nã eo perutile reipublicæ iudicatur. Quin adeò
vera eſt hæc,quã illi vocant,limitatio, vt potius ſint cõ-
pellendi aſportare frumentum,quàm propter aſporta
tionem puniendi,ex l.pro locis,C.de trib.& annon.lib.
10.Mex concl.1.n.19.cum à me traditis vbi proximè à
n.1 Neceſsitas enim annonæ hæc & alia non leuia ſibi
5 aſſumpſit priuilegia,vt dicam in capite ſequenti. Illud
autem in alijs, qui agricolæ non ſint,liberè conceſſum
extat,vt emptio frumenti ita fieri poſsit, ſi ex eo panis
coctus efficiatur,vt minutim vendatur, nam in hoc ca
ſu cum mutata forma ſit, reuenditio frumenti non di-
cetur,ex Iaſone in l.cætera §.ſed ſi quis opus, n. 15. ff.
de leg.1.Petr.Rebuf. 2.tom.ord.reg.tit.de mercat mi-
nut vend.n.22 & 25 vt cõſtanter aſſeuerarũt Auẽd.d.
reſp.33.n.4.verſ.ſeptima concl.idem de mãdat.pri in.1.

parte

Digitized by Google

part.c.119 n.36.in princ. Mex.in 1.concl.n.179. Areu.in d.l.19.num.2. & in l.1.tit.25.lib.5.Recop.num.16 Sed id in perſona agricolæ cuiuslibet poſitum prohibetur ex diſpoſitione huius pragmaticæ in illis verbis, *Con que los dichos labradores no compren, ni tomen de otros trigo para panadear, ſo pena que incurrã:* vnde cõſtat, illis eſſe prohibitum emere triticum etiam ad vẽdendũ in pane cocto minutatim, cũ ſolũ dimidiũ illius, quod ſupereſt, in pane cocto diſtributum poſsint vendere, vt patet ex hoc pragmaticæ 6.cap. de quo nuper in cap. 12. huius libri dictum eſt: & ne ſub ſpecie quòd frumentum eſt ex meſsibus agricolarum, reuenditioni, & dardanariæ locus relinqueretur, iure optimo ità ſtatutum fuit. Nec opus fuit hic adijcere, vt non emerent frumentum ad reuendendum, cùm ita iam diſpoſitũ eſſet in d.l.19. & ſuperfluum quidem eſſet, quod nunquam in legibus Regijs inuenitur, quarũ ordo ſapientiã illorũ, qui eas de mãdato Regis cõdiderũt, demõſtrant, vt in l. vnica circa med. C. de nou. cod. fac. l. ſi ita quis. C. de iud. l. 1. ff. quod met. cau. l. 3. in princ. ibi, Neq; fruſtra adijcitur. ff. de iureiu. l. 1. in fi. ff. ad munic. vbi neq; eſt, nec præſumitur aliquid in legibus eſſe ſuperfluũ. Quinimò extante diſpoſitione huius regni legis 4. tit. 25. lib. 5. Nou. Compil. verſ. *Y en quanto*, minus 6 poterit quisquis frumentum emere, vt illud in pane cocto diſpoſitum minutim vendat: nã etſi ex eo quòd forma mutetur, reuenditio dici non poſsit, cũ diſpoſitũ circa materiam non habeat locum in materiato, vt patet ex Iaſone, & Rebuffo, & alijs recentioribus nuper allegatis, nec ea ratione quis pœnam illius legis 19. incurrat, tamen incidet in deterius, quod inflictum eſt per illius legis 4. cõſtitutionem, quæ prohibet panem

coctum

coctum vendi, niſi ab illis panificis, qui ad hoc vendẽdi munus per iudices, & decuriones deſignantur, nec alijs, qui ſic ad hoc deſtinati non ſint, impunè faciẽdũ erit, vt notat idẽ Azebed. in d. l. 4. in legibus de nouo additis. n. 9. & Caſtel. lib. 3. c. 3. nu. 37. ibi, *Solamẽte los panaderos ordinarios*. Et iterũ notauit idem Azeb. in dict. l. 19 nu. 2. vbi eadem ducitur conſideratione dicens, quòd nullus poteſt vẽdere panem coctum, niſi ille, qui publicè ad hoc eſt conſtitutus, & ſignatus per iudices populi, quoniam tunc iam quòd non puniretur legis noſtræ pœna, puniretur tamẽ pœna legis illius ſic prohibentis Ex quibus conſtat, neminem panifici munus poſſe exercere, niſi vel à iudicibus conſtitutos, ex frumento, quod vndiq; emunt, & coarceuant, vel agricolas ex dimidio iudicibus manifeſtato illius, quod ſuperfuit. Reliqui verò panem coctum vendere prohibentur, & pœna illius legis 4. afficiuntur, qui eius in hoc formam trãſgredi auſi ſunt. Sed an in foro animæ qui panem coctum vendit, cum non ſit ex panificis ſuprà nominatis pretio etſi publicè currente, & à magiſtratibus conſtituto letalem culpam committat, & ad reſtitutionem teneatur? Doctores, quos ego viderim, nõ ſatis interſe conſtant, nam Palac. de contract. & reſtit. lib. 2. c. 2. inquit, quòd ex eo quòd in venditione taxatũ pretium non excedunt, letaliter non peccant, eos tamen peccare, etſi ad reſtitutionem non teneri dixit doctiſsimus quidẽ Gut. lib. 2. pr. q. q. 282. per totam id rationibus aſſeuerãs: ſed & Azeb. in d. l. 4. in nouo quaterno num. 10. ad reſtitutionem teneri ait illius exceſſus in pretio, quòd minùs habet frumentum contra prohibitionem vendentis, quàm frumentum panificorum. qui deſignati ſunt, quod ratione laboris, itineris, & expenſarum carius ſolet eſſe. In qua cõtrouerſia con-

conſulendus erit etiam Mercatus de taxa panis cap.2. verſi. *Y publicada la poſtura*, in quo ego, quia opinio eſt ſequenda, quæ magis fauet animæ.l.ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. funer. & peccare regulariter, qui contra prohibitionem dict. l.4.in fauorem publicum editæ panificat, & tunc ad reſtitutionem teneri, cùm vltra metam taxæ pragmaticæ panis vēditur, exiſtimo ex rationibus magis vrgentibus,quæ ab illis adducuntur. Poterit deinde ciuitas, ſeu cuiuſvis oppidi concilium vendere panem coctum, tam ex eo, quod comparauit frumēto,quam exhabito ex publicis meſsibus, ſi forte prædia frumentaria habeat concilium, aut ex reditibus molendini, aut alio modo percepto, nam & concilium non comprehenditur ſub prohibitione,aut publica horrea,ex doctrina Bald. in cap.cū omnes nu. 26.verſic.ſed quid ecce,de conſtitut.quem ſequitur Auiles in cc.Prætor.c.17.verb. *A razonables*, num. 28. & Caſt.d.lib.3.cap.3.nu.78.quia cùm ſtatutum fiat gratia ciuitatis,non debet contra eam interpretari, vt puniatur,ſicuti etiam qui cedit, non videtur aliquid contra ſe ceſsiſſe,l.ſi peculium.§.ſicut.ff.de pecu. leg. gloſſa in l.emptor.verb.actiones vtiles.C de hæred. vel act.vēdi.Bald in l.2.C.an ſeruus ex ſuo facto, Alexand cōſil. 149.nu.6 vol 2. Sed vbi ex beneficio ciuitatis, aut concilij panificæ panem coctum ſtatuto tempore non exhibuerint vendendum,ex eo quod fœminæ ſint,à carceribus nō eximentur,cùm minus nobiles panificium exercentes,nec ſtatutis diebus panem afferentes prętextu nobilitatis ab iſtis vinculis liberentur, quia debitum iſtud ex delicto deſcendere verius eſt, vt probat d.Caſt.in d.lib.3.cap.3.num.69. Atque in illa lege 19. vbi reuenditio frumenti prohibetur, ſummoperè curatur, ne vtilitate publicæ, quæ in labore panificorum

Dd con-

conſiſtit, vllum offendiculum, aut impedimentum ponatur, vt conſtat ex illis verbis: *Por ende mandamos, que lo en eſta ley contenido, no ſe eſtienda a los recueros y traginerοs, ni a otras perſonas que tienen trato y coſtumbre de lleuar mercaderias de vnas partes a otras, y en retorno dellas comprar pan, y tornar a vender; ni los que compraren para lo lleuar a vender de vnos lugares a otros para la prouiſion y mantenimiento dellos.* Ex quo patet, aſportationem frumenti, de qua ſupra dixi, non ſolum non prohibitam, ſed permiſſam per hanc legem eſſe, vt omnes pariter prouinciæ, ſeu ciuitates frumento affluere poſsint, ex traditis à me ſup. num 4. nec muliones, ſeu agaſones iſti debent frumentum ſic aſportatum in ſirios condere, aliàs illius legis 19. pœnam incurrent, vt patet ex verbis illis, *Con tanto, que eſtos tales deſpues que ouieren comprado, ſean obligados a lo vender, y vendan a los pueblos adonde lo lleuaren, luego que lo ouieren comprado. Por manera, que no lo entroxen, ni lo enſilen, ni guarden para lo reuẽder y encarecer, contra el tenor y forma de lo en eſta ley contenido:* nuſquam enim licuit annonam, ſeu frumentum ſic emptum, aut aſportatum ſupprimere, vt poſteà egeſtatis tempore carius vendi poſsit, vt in cap. quicunque 14. quæſt. 4. Benuen. in tract. de mercat. 1. part. num. 34. & ſequent. Meſsi. dict. concluſ. 1. num. 179. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 4. caſ. 384. ſunt & alij, qui alio modo frumenti copiam, & abundantiam impediũt publicè ementes annonam pluris quàm valeat, vt cæteri eodem pretio ad emendum incitentur, qui graui quidẽ pœna puniri debẽt, ex l. 3. §. item ſi quis, iuxta Bart. intellectum. ff. de crim. ſtellion. tradit Azeued. in legibus de nouo additis ad l. 4. & 5. tit. 25. lib. 5. Nouæ Compil. nu. 11. alij autem illam grauant, & onerant alijs cupiditatis artificijs, contra quos ſtabiliuntur pœnę ex tit.

ad

Digitized by Google

ad leg. Iul. de anno. tradunt Tiber. Dec. 2. tom. crimin. lib. 2. cap. 22. n. 2. & ſequent. & ex Petr. Greg. Caſtel. in d. cap. 3. lib. 3. n. 79. circa finem. Cæterùm vbi muliones ſeu agaſones iuxta formam in d. l. 19. traditam frumentum ex affluenti prouincia ad egentem aſportauerint, benigno ſunt fauore proſequẽdi, nec taxa pragmaticæ adſtringendi, l. 1. tit. 25. lib. 5. Nou. Cõp. verſ. *La qual dicha taſſa queremos, &c.* & ibi: *Porq̃ eſtas dichas prouincias y tierras, ſe proueen de acarreo de otras partes:* & ibi tradit Ioã. Matien in gloſſa vltim. & text. in l. 2. tit. 25. lib. 5. Nou. Cõp. ibi: *De manera que los que truxeren el dicho pan, ſean bien tratados y deſpachados:* quibus potiùs & præmiũ conſtitui, & exemptiones promitti oportet, tradit ibi Matien. gl. 3. num. 1. & 2. nec ab eis aſportantibus frumentum, & cum eius ſarcinis per quælibet oppida tranſeuntibus, ſumendum eſſe, pertractaui hoc lib. capit. 13. num. 1. circa finem, etiam ſub prætextu retractus, aut ſub ſpecie cuiuslibet venditionis.

Supereſt, vt vltimam manum præſenti explicationi imponam, cuiuſdam dubij veritatem eruere, quod in eo reſidet, an ſi frumentum conſumptum ſit, habeat locum pœna illius 19. legis, quæ eſt, vt frumẽtum amittatur: nam de relegatione eſſet inane quærere: quod quidem ex eo maximè dubium efficitur, quòd Matiẽ. in ea lege, cùm eius id inſtituti eſſet, noluit ſe hac impedire difficultate, & quod Auendanius ſenſit, & accuratè probauit, non videtur Azebedo placuiſſe: vnde quid in hac re ſit tenendum, ego forſan breuiter aperiam. Doctiſsimus enim Auendanius (ſic eum ſæpè appellauit Didacus à Couarruuias) in dicto reſponſo 33. à principio tenet, & defendit, quòd ſi iudex non capit, & apprehendit ipſum corpus frumenti, quod emptum eſt, vt reuendatur, quòd non poterit emptor condem-

nari in ęſtimatione frumēti ſic empti, ſed quòd pro prima vice poſerit condemnari in relegatione ſex menſium, & hanc ſentētiam multis corroborat fundamentis. Sed de hac doctrina multū dubitat Azeb. in d. l. 19. n. 7. quia lex illa non requirit apprehenſionem frumenti, immò cū ex ſola emptione ad reuēdendū quis puniatur, à fortiori punietur, ſi reuendidit: quia tunc conſtat de vero animo reuendendi, ſed data reuenditione eſt clarum, quòd triticum non eſt in ſua poteſtate, igitur lex noſtra vtrumq; caſum comprehendit, & ſic dubia illi videtur doctrina illa Auendanij. Quare ego cogitabam, quòd etſi fortia ſint illius fundamenta, tamen nec generaliter verum eſſę poteſt, quod ibi dicitur, nec in totum diſplicere debuiſſet illi Azeb. & ſic hac præuia diſtinctione contentio hæc decidenda eſt. Si conſumptio frumenti ex eo facta fuit, quia reuēditum vel nuſquam apparere potuit, vel in pane fuit coctò diſtributus, aut ad oppidum aliud aduectum, vt in caſu, de quo ſentire videntur Auēd. vbi ſup. n. 3. & Azeb. ex ratione ab eo adducta; tūc abſq; dubio in pretio, quod ipſe reuenditor percepit ex illa reuēditione, condēnabitur, ne ſit melioris conditionis, qui reuendidit, quòd ad reuendendum emit, quā qui ſine reuenditione emit ad reuendendū, cum ſequuta reuenditione non poſſit de delicti perpetratione dubitari, vt probat idē Auen. vbi ſup n. 3. verſ. prima concl. Et præter ab eo ibi adducta confirmari poteſt, quia actus ſequens præſumitur factus in executionē pręcedentis tractatus, l. 4. §. vnde quæri poterit, ff. de manum. l. qui in aliena, §. ſi is, qui putabat, ff. de acquir. hęred. Alciat. de pręſumpt. in reg. 2 præſumpt. 24 à n. 1. & quia cum pretium loco ipſius rei ad reuēditionē peruenerit, l. ipſa res, ff quod metus cauſa, nō video cur in pretio, qđ recepit, nō debeat cōdemnari,

demnari, cùm dato quòd res ipſa in obligatione eſſet, ſi tamen vendita non apparet, manet obligatio ad pretium, l. in emptione. §. ſi emptio. ff. de contrahẽ. empt. l. Stichum, aut Pamphilum. ff. de ſolut. Pro quo facit, quia etſi, re perempta, læſio vltra dimidiam locum nõ habeat ex remed. l. 2. C. de reſcind. ex Pin. ibi. 2. part. cap. 1. num. 36. & ſeq. & Padil. num. 37. in fin. Did. à Couarr. lib. 2. reſol. cap. 4. num. 13. Matien in l. 1 gloſ. 8. nu. 26 tit. 11. lib. 5. Nouæ Compil tamen ſi res empta pereat penes tertium, cui poſteà vendita fuit, tenebitur vẽditor reſtituere iuſtum pretium, ex maiori pretio, quod ab vltimo emptore habuit, quaſi id loco ipſius rei ad venditorem peruenerit, dict. l. ipſa res, & tradiderunt multi, quos citat Pinel. in d. l. 2. in 2. part. c. 1. nu. 38. & Matien. vbi ſup. num. 31. & quia præter quod eſſet ex iniquitate reportari commodum, & viam delictis aperiri, contra textum in l 2. C. de ind. vid. tollen. tamen eſto quòd in pœnalibus extenſio nõ admittatur, vt vulgare eſt, hoc quippè intelligitur, quãdo agitur de præſumptione delicti, vel de irrogatione pœnæ, nam quicquid tractetur circa id reſtringi, & non ampliari expedit: ſecus autem quando & delictum legitima probatione conſtat, & pœna à lege ſtatuta eſt, quia tunc fauorabile quidem dici poteſt, ipſummet delictũ plecti, vt in l. in delictis. §. cum dominus. ff. de noxal. act. vbi text. ait, iniquum eſſe, maleficium impunitũ relinqui: & l. ſi à reo. §. fin. ff de fideiuſſ. vbi pœnas, inquit Gai. ob maleficia ſolui, magna ratio ſuadet, tex. in l. ſi ita vulneratus in fin. ff. ad leg. Aquil. & per cõſequens quantitas pro ſpecie accepta ſubrogatur loco ſpeciei, cum illam quantitas in fauorabilibus comprehendat. l. quiſquis ff. de leg. 3. & ibi Barr. & idem in l. 1. in prima oppoſitione. C. de act. & oblig. Specul. tit. de fruct. & in-

ter.§.6.verſ.hoc autem nu.3.& hinc eſt quòd extante. l.Regni.7.tit.18.lib.4.Nouę Compil. quę pręcipit, vt concilium ciuitatis poſsit cognoſcere in gradu appellationis de cauſis,quę de quantitate decem mille dipõdiorum ſint,poterit nihilominus de ſpecie aliqua,quę eiuſdem ſit ęſtimationis,cognoſcere; tradiderunt Auiles in forma ſynd.c.49.verbo,*Condenar*,nu.3.& Azeu. in addit.ad curiam Piſanam lib.4.cap.6.num.9.& ſeq. & Caſtell.in ſua Polit.lib.3.c.8.nu.230. Neq; ęquũ eſt, virum aliquem ob facinus ſuum aliquid lucrifacere. l. ſi ab hoſtib⁹.§.1.ff.ſolut.matri. l.nõ fraudãtur.§.nemo. ff.de reg.iuris: nec propterea quòd reuenditor iudicẽ in eam coniecit neceſsitatem, vt frumentum apprehẽdere non poſſet,adiuuãdus aliquo modo eſſet, argum. text.in l ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.ff qui ſatiſd. cogãt. & ex traditis per Didac.à Couarr.lib.2. variar. cap. 16. nu 9.verſ.ſecundò illud eſt,Menoch.de arbitr.lib.2. cõ tur.2.caſu 182 à nu.37.& ſeq.Ac deniq; quia in pręſenti iudicio nihil proponitur,cur pretiũ non debeat ſuccedere loco rei,ſicuti in vniuerſalibus ſuccedit. l. ſi rẽs
8 & pretium.ff.de petit.hęred Nec obſtant fundamenta in contrarium oppoſita ab Auend.in d.reſpon. 33. à princ.quia illud,quod primo loco conſtituit de diſpoſitione pœnali reſtringenda,habet locum, vbi vel ex extenſione delictum efficitur, vel pœna conſequitur, ſecus verò vbi de delicto, vel pœna legis conſtat, quia tunc fauor reipublicę vertitur in punitione, vt pręmiſi hîc. Secundò minus impedit, quod affert, quòd in pœnis conſiſtentibus in ſpecie non receditur ab ea, vt in l.Lucius.§.impuberẽ,& ibi Bart.ff.de leg. 2. quia reſpondeo id obtineri,vbi adhuc ſpecies illa exiſteret, ſecus autem vbi non inuenitur ex §. nõ ſolum inſt. de leg.l.qui concubinã.§.fi.ff.de leg.3.l.quod te mihi.ff.ſi

certum

Digitized by Google

certum peccatur, l. ſi vehēda, §. idē iuris, ff. ad leg Rhod. de iactu. Corraſ. lib. 2. Miſcel. cap. 3. vbi qui tenetur ſoluere ſpecificam aliquam rem, ſi illam non habeat, ſoluendo pretium, ſeu æſtimationem liberatur: & facit ad quæſtionem de debitore frumenti, qui illud non habet, vel difficilè habere poteſt, de quo Meſſ. in 7. cōcl. num. 11. & ſeq. Caſtel. in Pol. 3. lib. cap. 3. n. 72. & 73. vbi benè loquitur, præſertim cum in noſtro caſu reuenditor dolo deſijſſet habere frumentum, ex quo contra legis prohibitionem, & emit ad reuendēdum, & reuendidit, cùm dolus ſit in eo, qui non facit id, ad quod tenetur, l. dolus, & ibi notat Bartol. ff. mandati, l. propter veneni, & ibi Bart. ff. ad Sylan. Greg. Lup. in l. 22. tit. 13. part. 2. verbo, *Malicioſamente*, vbi in eo, qui facit contra ius, vt hic, præſumitur eſſe dolus, & cum hoc diluitur illud de re, ſeu ſpecie perempta, & non apparente, quia tunc debitor liberatur, vt in l. ſi ex legati cauſa, ff. de verborum obligat. quia debet intelligi ſecluſa fraude illius, qui deſiuit habere, ex traditis per Menoch de arbit. lib. 2. cent. 2. caſu 137. num. 11. & per Matien. in dicta l. 1. tit. 11. lib. 5. Nouæ Compil. à num. 26. vbi præmittit ſemper ſine culpa emptoris apud eum rem fuiſſe peremptam, & ex alijs ſimilibus, quæ breuitatis cauſa omitto, ex quo & tertium Auendanij fundamētum debilitatur. Minùs oberit quartum aſſumptum ex ratione, quòd in ſeparatis ſeparata debet eſſe ratio & diſpoſitio, vt in l. fin. ff. de calumniat. & in l. reſcriptum, ff. de his quib. vt indig. & quod ex hoc dicit Baldus in l. cum proponas, C. de nauti. fœnor. quòd iudex ex ſuo capite non poteſt imponere licitum propter illicitum: quia ex quo frumentum ex prohibita reuenditione non apparet pretium eius, eodem loco ſubrogatum eſt, cùm quoad pœnam conſideratam, vt debet in

Digitized by Google

reuenditore, idem erit, ſi amiſsione frumenti, ac pretij eius reuenditor puniatur, cum idem ſit intereſſe, vt in caſu, quo quis vendit, cùm ius vendendi non haberet, vbi etſi contra poſſeſſorem agi poſsit, ceſſabit tñ actio, ſi pretiũ reſtituatur, l. in cauſæ, 1. §. fi. ff. de minor. And. Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo, reuertantur, n. 267. C. de reuocand. donat. Roxas in ſing. 18. n. 3. Quintum, non debet attendi, quòd imponere pœnam æſtimationis fieret ſine lege, & ſic par eſſet aliquid fieri ſine lege, vel contra legẽ; ex Bald. & Iaſ. ibi allegatis, quia ſatis eſt ex mente legis pœnam infligi in pretio frumenti, & ſic in quantitate, cũ ſpecies non appareat, quam de iure ipſa quantitas cõprehendit in hoc caſu, vt delictũ dum grauius cõmittitur, impunitum nõ maneat, vt ſupradixi, & ne cõmodũ ex iniquitate reportet: vnde non ſine lege, ſed iuxta multarum legum diſpoſitionẽ fiet. Nec quicquam facit textus in l. cotem ferro, §. dominus, ff. de pub. & vectig. cuius diſpoſitio procedit ex ignorantia domini, qui merces in naui illicitas impoſitas eſſe neſciebat, cũ nec latronẽ comitari, nec eum in hoſpitium recipere, nefas erit, ſi eum latronem eſſe ignorauerim. Vnde nimirum ſi nauis non confiſcetur, nec æſtimatio eius reddatur, cũ non ſit illius, qui illicitas merces impoſuit, vt patet ibi: ſecus autem hìc, vbi reuenditor per tranſgreſsionem legis incurrit pœnam amiſsionis frumenti, quod ſi non extat, pretiũ amittet, quod pro reuenditione eius recepit, & eius eſt loco ſubrogatum, & ſic eiuſdem naturæ, & qualitatis, l. ſi eum, §. qui iniuriarũ, ff. ſi quis cau. iud. ſiſt. fact. non obtemp. vbi Iaſ. n. 2. cum plur. ſequent. multa ſimilia congeſsit, & Decius in conſ. 190. col. 3. & in conſ. 543. nu. 6. Tiraq. lib 1. de retract. § 1. gl. 10. n. 8. vbi plura etiam congerit. Qua reſponſione comprehenditur illud de pecunia, quæ

mercis

Digitized by Google

mercis loco non habetur ex ſententia Bald. in d. l. cū proponas: nam etſi in ſe verū id ſit, tñ quoad reuēditorem, de cuius punitione agitur, idē erit frumentum, ac eius pretium habitū amitti, atq; etiam cōprehenditur illud de frumento confiſcato: nā propterea non cōfiſcabitur ſaccus, vt tradunt Bald. in d. l. cū proponas n 6. & Salicet. n 3. Ripa in tract. de peſte, 2. part. fol. 92. & tradit Mex in d. 1. concl. n. 15. quia pręter quòd ad noſtrū caſum nō attineat, procedit ex eo, quòd in pęnis debet fieri ſtrictiſsima interpretatio, l. interpretatione, ff. de pœnis: & quia regulariter confiſcata aliqua re, non cenſetur confiſcatum, quod ſine corruptione ab ea poteſt ſeparari, ſecundum pręcitatos authores: at in noſtro caſu non poteſt dici extenſio, cum in frumento, ac eius precio, cuius loco ſubrogatum eſt, ſit omnimoda ratio, tūc non dicitur extenſio, ſed expreſſa ſanctio & diſpoſitio, vt probatur in l. quædam, §. nūmularios ff de edendo, l. nominis, §. verbum, ff. de verborum ſig. l. milites agrum in princ. ff. de re milit. Tiraq. in l. ſi vnquam in prin. n. 37. & 38. C de reuoc. Aimon de antiq. temp. 4. par. § 1. n. 90. Mar. Sol. Burg. in l. 1. Tauri, n. 90. Sextum fundamentum diſsimile quoq; eſt de pœna ſtabilita contra deferentem arma, quia etiāſi qui deferat, nec perduntur, nec ille deferēs punitur, niſi cū eis apprehēdatur; ex c. 1. §. ſiquis ruſticus de pace tenendi, innumeros allegat Caſtel. in ſua Polit. 1. part. lib. 1. c. 13 n. 108. & de ſtatuto vetante mulieribus portare perlas, nam ſi portantur, & non apprehenduntur, non perduntur, vt ex Bald Ang. & Alex. notat Auend. ibi nu. 2. verſ. pro iſta: quia reſpondeo diſsimile quidem id eſſe noſtro caſui, vbi reuenditor ſi apprehenſus non fuit cum frumento, ex eo procedit, quia illud contra legis prohibitionem deſiuit habere reuendendo, & pro eo pretiū

acce-

accepit, & in iſto, quod ex prohibitione conſequitur, puniendus eſt, prout in amiſsione armorum, & per larũ puniretur ille, qui dolo arma abſcondiſſet, aut illa, quæ perlas ocultaſſet, ex his quæ tradunt Hipp. in pract. §. pro complem. n. 28. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 4. caſ. 394. n. 53. & plures per Caſtel. vbi ſup. n. 109. Nec aliquid adiumenti præſtare poteſt illud, quod adducitur ibi ab Auẽd. de diſpoſitione text. in l. ſi Barſatorẽ, C. de fideiuſſ. & ex his quæ tradit Palac. rub. in c. per veſtras, §. 21. n. 12. quia in illo text. promiſsio de inueniendo latronem, intelligitur etiam de præſentando, ne fruſtra promiſſum ſit: quid enim prodeſſet ei, cui promiſſum eſt, ſi latro ſolũ inueniretur, & non prehenderetur? vt explicat idẽ Menoc. vbi ſup. n. 50. At in noſtro caſu etiã non apprehẽſo frumẽto, ſed eius pretio tantũ obtẽto, & menti legis, & Reipublicæ propter reuenditionem in eius detrimentum factã poterit ſatisfieri: igitur etiã ſi reuenditũ frumentũ non appareat in amiſsione pretij, qđ ex eo reuenditor conſecutus eſt, puniendus erit: & idem vidi poſtea tenentem Azebedũ in alio loco, ſcilicet in l. 1. tit. 25. lib. 5. Recop. n. 11. qui allegat Mex. in 1. concl. n. 36. etſi is à n. 51. in diuerſo caſu loquatur, ſcilicet de pœna contra exportantem frumentum extra Regnũ, non autẽ contra reuẽditorem, qui pretium in crumenã miſit, vt hic. Si autem frumentum aliter conſumptum eſſet, vt puta quia igne cõburitur, aut ruina domus obruitur, aut aliquo caſu fortuito perimitur, tũc abſq; dubio dicendũ erit, emptorem ad reuendendum liberari, cùm nec ſpecies debita appareat, nec ex delicto circa eam cõmiſſo reuẽditor locuples ſit. Et in hoc caſu eſſent intelligenda ab Auendanio congeſta, & probatur ex l. Titiæ textores, §. fin. ff. de legat. 1. & in l. in naui Saupheli, ff. locati, vbi actio, vel obligatio circa

respectu

Digitized by Google

reſpectu rei, tollitur & extinguitur re perempta: tunc enim cum caſu fortuito perit frumētum, ſine dolo emptoris liberatur etiam ab æſtimatione, ſecundum Bald. in l. 2. C. de vectig. & commiſ. & probatur in l. 6. in fin. tit. 7. par. 5. & Auend. in d. reſponſ. 33 nu. 1. verſi. & ideò ſi caſu: igitur ex eodem Auend. ſi cum dolo periret, non liberaretur, dolum autem in facienti contra probationem legis deeſſe nemo ſanę mētis affirmabit, ex Gregor. in l. 22. tit. 13. par 2. verbo, *Malicioſamente.* Ex quibus manent expedita omnia, quę ad huius ſexti pragmaticę capitis cognitionem poterunt deſiderari.

Summarium capitis decimiquinti.

Quomodò in domibus ruſticorum milites hoſpitentur, & quanta reipublica detrimenta ſoleant inferre. nu. 1.

Ratio, propter quam ab agricolis frumentum non extrahitur, proponitur num. 2.

Tempore penuriæ, & neceßitatis, an ab eis frumentũ extrahi poßit ad prouiſionem curiæ, & exercituum, & aliorum oppidorum? num. 3.

Quæ dicatur magna neceſsitas, & eius cauſa multa contra regulas iuris permitti. num. 4. & num. ſeq.

Traduntur multa, quæ ratione neceſsitatis iure fieri poſſunt, quæ aliàs fieri prohibentur. num. 5.

Quando frumentũ ab agricolis extrahitur ratione neceßitatis, quod pretium ſoluendum ſit, & quid illis relinquẽdũ & an ad creditum ſumi liceat, & quis ſoluere teneatur? nu. 6.

Qui iudices mittere non poſſunt accenſos, ſeu alguazellos ad extrahendum ab agricolis frumentum. num. 7.

Quando agricolarum iumenta, & plauſtra ad obſequium regium, & ad alia ſumi liceat? num. 8.

De hordeo, & alijs pabulis, & paſcuis, ac defenſis pro beſtijs agricultura deputatis, diſſeritur. num. 9.

De

De hoſpitatione militum ab agricolis fiēda, & de frumento iumentis, aut plauſtris ab eis non extrahendis, accuratè diſſeritur. Caput XV.

1 Expeditis, quæ ad ſexti capitis pragmaticæ declarationem conducere viſa fuere, reliquum eſt, vt ad tria ſequentia capita tranſitum faciam: quæ planiora eſſe, nec vlla ex eis vltra propoſita hic dubia exoriri poſſe videntur: ex quibus animaduerto potiſsimum tria, quæ maximum præbent agriculturæ adiumentū. Primum erit, milites ſolum debere hoſpitari in domibus ruſticorum, ſeu illorum, qui verè agricolæ ſunt, accelerādo iter, & nihil pro victu ſuo, & pabulis equorum recipiendo, niſi illa minima, quæ nullius fermè ſumptus in pragmatica contenta, quæ ſic inquit: *Que no compelan a ninguna perſona que ſea verdaderamente labrador, a que dé o ſocorra a la gente de nueſtras guardas, ni otra ninguna gente de guerra, de pie, ni de a cauallo, con dinero, trigo, ceuada, ni mantenimiento alguno, ſino ſolamente ofreciendoſe neceſsidad, darles apoſento y cama en ſus caſas, meſa y manteles en que coman, y otras menudencias, como ſal y vinagre, y que les guiſen la comida.* Quod antea idē ſtrictiùs præcipiebatur à Theodoſio in l deuotum. §. ſolam ſane. C. de metat. & epidemet. lib 12 vbi præter hoſpitalitatem nihil, vel hominum, vel animalium paſcuis neceſſariū poſtulari poteſt, nec accipi, etiamſi ſpōte offeratur; idē in l. vnica, C. de ſalg. hoſpit. nō præbēdo. eod. lib. & in l. fin. §. erit autem verſ. ſi vero etiā C. de re militari eod. lib. & in l. cœnaticorum. C. de erog. milit. annonę, in quibus locis optimè per Ioannem de Plat prę ſertim in d. l. deuotum, n. 3. & ſeq. & in d. l. vnic.

C. de

C de ſalg. eſt enim iuris præſumptione damnoſa, & agris, & colonis nociua militum tranſeuntium reſidentia, vt ex d.l. deuotum colligit ibi Platea. nu. 4 & vt inquit Simancas de Republica, lib. 9. capit. 15. nu. 12. ſæpè numerò fit, vt iſti mercenarij milites atrociora committant in hoſtes, quã in noſtros. Et cùm ſubmiſſos in hoſpitatores oſtẽdere ſe debuiſſent, in eos ſolẽt varijs extorſionibus ſæuire, vt in l. proſpectum, C. de metat. lib. 11 & Platea in d.l. cœnaticorum, & d.l. deuotum, de quorũ moribus, diſciplina, priuilegijs, & an eis milites noſtri temporis frui debeant, & de omnibus, quæ circa militarem diſciplinam in pace, belloq; requiruntur, latè tractauerunt authores, quos eruditè congeſsit Caſtel. in ſua Polit. 2. part. lib. 4. cap. 1. à num. 6. cum multis ſequẽt. vbi multa ſcitu dignisſima tradũtur; ſed hoc ad noſtram pragmaticam ſufficiat. Secũdum quòd hic principaliter præcipitur, illud eſt, vt nullum frumẽtum ab ipſis agricolis extrahatur, etiam ad prouiſionem regiæ curiæ, aut domus regiæ, claſsium, aut exercituum, aut ad quiduis aliud, niſi magna neceſsitas vrgeat, & tũc deducto eo quod neceſſariũ erit ad ea, quæ in hac pragmatica continentur, ait enim in ſubſequentibus verbis: *Y que el trigo, ceuada, y qualeſquier otra ſemillas que cogieren, no ſe las puedan tomar, ni embargar para prouiſion de nueſtra Corte, ni nueſtra caſa Real, ni de nueſtras armadas, fronteras, y galeras, ni para otra coſa alguna, ſino fuere congrande neceßidad, y pagandoſelo de contado à como valiere, con que no exceda de la taſſa, dexandoles lo neceſſario para pagar diezmos a la Ygleſia, rentas al ſeñor de las tierras, y para ſus ſementeras, y alimentar ſu caſa haſta la coſecha ſiguiente, y algo mas.* Ipſi enim agricolæ magis indigent frumento, quàm alijs fructibus liquidis, 2

vt

vt dixit Bartol.in l.ad hæc,num.3 C.de vſuris,& vt ad laborem & culturam terræ incitetur, ſi ſibi de fructibus ad libitum diſponere liceat, & iure optimo procedit,cũ quilibet in re propria ſit moderator & arbiter, l.in re mandata.C.mandati,ne vt ad futura ſemina deficiat,ad quæ etiam in Republica benè inſtituta frumẽtum publicum agricolis egentibus mutuũ oportet cõcedi,ne ex eorum defectu in ſubſequenti anno penuria ſit,vt tradit Patritius lib.3 de Repub.tit 11. & ita conſulit Franc.Mar.in deciſ.540.num 6.& 18. 1. parte. Et quamuis frumentum,quod eſt in publicis horreis,iuxta legem Regni,ſeu pragmaticam *Delos poſitos*, quæ eſt l. 9. tit. 5. lib.7. Nouę Compil.in cap.6. pręcipitur,ne ad ſubuentionem cuiuslibet neceſsitatis mutuum detur aliquid frumenti ex horreis illis,ſed vt in pane cocto diſtribuatur,vt notat Azebedo in illa l.capit.6.num.9. & præcipiebatur antiquitus in l. 1. C. de frumento vrbis conſt.lib.11.& Platea in l fin.C.de cond. in pub. horr. lib.10.tamen tantus eſt ſeminum frumẽtariorũ fauor, vt ſæpè literis regijs obtineatur, vt ad ſeminandũ agricolis mutuũ de publicis illis horreis detur, vt affirmat Caſtel.in lib.3.cap 3.num.36. Vnde meritò hic ſtatuitur,vt frumẽtum ab eis non extrahatur,cùm nemo inuitus,nec emere,nec vendere compellendus ſit,l nec emere,C.de iure delib.l.inuitus,C.locati, l.dudum, C. de contr.empt.l ſicut.C.de act.& oblig.l.quamuis, C. de pig.act.l.3.tit.5 part.5.& ibi Gregor. Lup. notat, tametſi ratione publicæ vtilitatis multos caſus, in quibus quis vendere compellitur,tradidere Socin.in reg.425 Greg in d.l.3.Ant Gom.cap.2 de contract. n.51. And. Tiraq lib.1.de retract.in præt.n.15.& in § 3 gl.3 à n.1. & alij,quos referunt Did à Couar.lib.3. variarum cap.

14.in

14 in princ.& per totum,& Did.Per.in l.2.tit.23. lib.2. Ordinam. Sed illud, quod pręcipue ratione publicę vtilitatis poteſt quis compelli vendere, pertinet ad victum hominis,& inter omnia victualia, quod eſt pręcipuè curandum,eſt frumentum, vt cõmendauit Bieſius de rep. lib.3.cap.8.dicens: De frumento magis debent eſſe ſolicitę bene inſtitutę ciuitates, ex cuius inordinata,& mala adminiſtratione penuria, & cariſtia reliquorum victualium euenire ſolet,vt admonet Bart. in l.1.C.de frum.vrb.conſtant.lib.11. Meſsia in concl. 6 num.17.verſ.ex mala enim, Rip. in tract. de peſt.tit. de remed.ad conſer.vber.nu.1.Matien.in l.1. tit.25. gl. 9.nu.9.lib.5.Nou Compil. Ideò merito tẽpore penurię & neceſsitatis frumentum ab eis, ſcilicet agricolis, extrahi poterit,& cõpellendi erunt, vt illud vendant iuſto pretio,ita vt cõſtitutũ per pragmaticam nõ excedat,vt habetur in illis verbis *Sino fuere con grãde neceßidad*,tũc enim omnia cõmunia eſſe debẽt,vt in l.2 §.ſed Seru.ibi: Æquiſsimum enim eſt cõmune detrimẽtũ, & in l.1.ff.ad leg.Rhod.de iact. cũ traditis per Greg. Lup. in l.3.tit.9 p.5.verbo,*Comunalmente*,& in his terminis, quòd penurię,& egeſtatis tẽpore agricolę inuiti,& reluctantes cogi poſsint vendere frumentũ,multis rationibus comprobarunt antiqui,& recentiores Alber.in l. 2.ff.de nũdinis & colligitur ex l.1.C.de epiſ. aud. & ibi Bart.&cõmuniter DD & in c.1 de empt.& vend.Afflict in proœ.conſt.Neap in 3.q.optime per Did.à Cou. lib.3.variarum cap.14.nu.3. Ant.Gom.de contract.c.2. nu.58.verſ.ſecundus caſus,& Ioan.Matiẽ. vbi proximè nu.2 & multi per Caſt.in d.lib.3.c.3.nu.63.& idem ad prouiſionem,& annonam claſsiũ, aut exercituũ, curię vel regię, vt exprimitur hic tẽpore magnę penurię, & neceſsitatis,ex Iaſone in l.Barbar.nu.27.ff.de off.Pręt.

refert

refert Menoch.de arbit.lib 1 q.48 num.9.& idem Caſtell.vbi ſup. nam & ab eccleſiaſticis frumentũ, quod illis ſupereſt, poterit extrahi, iuxta illud Prouerb.11. *Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem ſuper caput vendentium.* Et Eſdr. lib.2. cap.5. legitur, Neemian ducem Artaxerxis Regis Perſarum, cùm ciuitas Hieruſalem præ fame periret, requiſiſſe Sacerdotes, ne decimas à populo exigerent, ſed vt ad ſubuentionem famis inter ciues diſtribuerentur, & aurum, & ſuppellectilia eccleſiarum pro hominum neceſsitatibus, ne fame pereant, vẽdi, & diſtrahi poſſunt, cap.aurum, & cap.ſeq.12. q.2. & hoc tempore ſe ſummo liberalem Ioſeph oſtendit Ægyptijs aperiens illis horrea, ne fame perirent, vt habetur Gen.41. cap. & inter alias cauſas, quæ ad alienationem rerum eccleſiarum neceſſariæ ſunt, illa præcipuum locum habet ad ſuſtentationem pauperum tempore famis, vt habetur in cap.hoc conſultiſsimo de reb.eccleſ.non alien.lib.6. text. in l.1.tit.14 p.5 ibi: *La tercera para dar de comer a pobres en tiempo de hãbre.* l.ſancimus nemini circa med. C.de ſacroſ.eccl.Menoch.de arbit.lib.2.cẽt.2. caſ.182. nu.30. Vnde nimirũ, ſi & eccleſiaſtici vendere cõpellantur per extractionem frumenti deducto, quod illis pro victu eſt neceſſarium, tradunt Auil.in cc.Prẹt.c.17. verb.*A razonables*, nu.34. & plurimi, quos retulit Mex. in 1.concl n.60.& plures congeſsit Caſt. in d.cap.3. lib. 3.n.14.& nouiſsime Azeu.ad leges de nouo additas ad l. 4.& 5.tit.25 lib.5.Nouę Comp. n.12.ex verbis illius legis Regni, quę de tempore egeſtatis loquens, inquit: *Y puedan tomar y tomen de qualeſquier perſonas de qualquier eſtado, condicion y calidad q̃ ſean, que lo tuuierẽ, el pã en grano, o harina.* Et ibi ab Azeu.cautio traditur, vt ſine eccle-
4 ſiaſticorum iniuria, & contentione fiat. Sed quia hic dicitur,

citur, niſi neceſsitas magna vrgeat, ibi: *Sino fuere con grãde neceſsidad*, operæpretium eſſe duxi qualis debeat eſſe iſta neceſsitas, quæ vt ſufficiat ad frumẽtũ extrahẽdum ab inuitis declarare. Ego autẽ ne immorer, nullã eſſe maiorẽ, quã eã quæ famis ſit exiſtimo, vt puta cũ cauſa neceſſitatis fanus pater filiũ diſtrahere & vẽdere, ex l. Romuli poterat, l. 2 C. de patr. qui fil. d. ſtr. Menoch. vbi ſup n. 3. latè Tiraq. de retract. conſan § 26. gl. 1. n. 16. Hęc enim eſt naturalis neceſsitas, quæ ab ipſa ſuggeritur, & cauſatur natura, quę præſtat iuſtam cauſam alienandi feuda fideicommiſſa, & alia alias inalienabilia, Bald. in conſ. 20. lib. 2. Socin. Sen. in l. Marcellus, §. res quæ, n. 6 ff. ad Treb. Tiraq. de leg. connub. gl 6 n. 277. Bart. & Doct. cõmuniter in auth. res quę, C. communia, de leg. Menoc. vbi ſupra n. 25. & ſeq. & ex eo quod iſto neceſsitatis tẽpore omnia ſunt cõmunia, quæ ad victũ pertinẽt, poterit in neceſsitate coſtitutus ob cauſam neceſſarij victus furari, cap. ſi quis propter de furtis. Idq; etiã impunè quis facere poterit, ex Bart. in l. 1. ff. ad l. Rhod. de iact. cũ & tũc diuites facere eleemoſynã pauperibus cogi poſsint, gl & Bar. in l. 2 ff. eo tit. & gl. in c. diſcipulos, de cõſec. diſt. 5 in verb. fame, Auil in d. c 17 verb. *Arrenrab es*, num. 3 & ſeq. & Cou. lib 3. var. c 14 n 5. ad quẽ ſe retulit Matien in d. l 1. tit. 25. gl. 9 n 6. lib. 5. Nou. Cõp. Ex quo nimirũ ſi Bart. in d. l 2 ad l. Rhod. de iact. quem refert Anan. in d. c. ſi quis propter, col. 3 & Auil. vbi ſup. n. 15 dixerit, quod ſtipendiarij impunè poterunt deprædari neceſſaria pro victu: quod quidem intelligit Auil. ibi ſi dabant operam rei licitę patriam defendendo, ſecùs ſi rei illicitę operã dabant: nam non ſubuenitur ei, qui poſuit ſe in neceſsitate. l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſd. cog. & meritò ſic intelligi debet, cũ nuſquã ſuccurratur illi, qui neceſsitatẽ ſuo facto ingreſſus eſt, vt multis citatis probat Menoch. d. caſ. 182.

Ec ... d lib.

d.lib.2. cent 2 à nu. 45.cũ multis ſeq.& paſsim à Baeza
de inop.deb.tractatur:& alienatio facta ex cauſa neceſſa
ria fatali,ſeu naturali, in fraudem facta non creditur, vt
l.non ſolũ,§.1.ff.de alienat.iud.mut.cauſ facta: & emere
prohibitus in aliquo loco, non intelligitur prohibitus e-
mere id,quod ad ſui victũ eſt neceſſariũ. Ita Alexan in l.
principalibus,n.4.Iaſ.2.col.verſ.quartò limita, Zaſ.n.16
ff.ſi cer.pet.ita Menoc.vbi ſup.n.29.ex cauſa enim vrgẽ
tis neceſsitatis plurima contra regulas iuris permittun-
tur,vt latè tradit Fel.in c.querelam,de iureiur.cũ cõcor
dantijs à Tiraq.cõgeſtis de leg.cõnub.gl.8.n.9.& in lib.
5 1.de retra.§ 26.gl.1 n.18.& ſeq. Quia neceſsitas facit li-
citũ,quod aliàs eſt illicitũ,vt in d.c.ſi quis,de furtis,c.li-
cet,de ferijs,latè Gerar.in fin.vlt.incipit. Neceſsitas non
habet legẽ,Mar.Man.in ſing.77.cũ aliquibus à Did.Cou.
in reg.peccatũ,2.p.§.1.n.3.vt poteſt colligi,pręter caſus
ſupra relatos,ex cauſa quę efficit,vt licitè cũ excõmuni-
cato poſsit quilibet cõmunicare,vt puta cauſa emendi
quæ ad victũ ſunt neceſſaria,vel alia iuſta neceſsitas,cap.
inter alia,de ſent.excõ.& ibi gl. verb. neceſsitatis, & ibi
Butr.n.14 & Mar.Sen.n.71 & 72,dixi latiùs ſupra lib.2.
c.14.Nec quælibet generalis alienationis prohibitio in-
cludit in ſe neceſſariã alienationẽ,l.alienationes,ff famil.
erciſc. l.diuus,ff.de petit.hęred.l.mulier, §.hæres, ff.ad
Treb.cũ multis per Tiraq.de retract.tit 1.§.1.glo.14.n.
11.& in pręf tit.2.n.2 [illegible] & poſt leg cõnub.glo.6.q.23.per
totũ. Vnde extãte illa l.25.tit.18.lib.5.Nou.Cõ.quæ pro-
hibet frumẽtũ extra regnũ aſportari,nihilominus nõ cõ-
prehẽdit exportationẽ neceſſariã,vt ſi cœptũ fuit permiſ-
ſo tẽpore extrahi, & demũ vel caſu, vel aliàs nõ potuit,
vt tradit Caſtel.in l.1.Tauri, col.1.ſequitur Mex. & mul
tis confirmat in 5.cõc.n.133 & ſeq.vel ſi frumẽtũ adfer-
ret in alimẽta exulis,qui oriũdus & natus in hoc regno,
extra

extra illud exularet, vel ex cauſa legati, vel donationis extero factę exportaretur, vt ex Roman. & Tiraq. dicit verū eſſe Mex. vbi ſup. n. 13. Itaq; tēpore famis ꝓhibita permittūtur, priuilegia ſilēt, & leges loqui nō debent, vt in l. ꝓ tyronib⁹. C. de priu. dom. aug. lib 11. & tradiderūt Luc. de Pen. in fi. & Ioā. de Plat n. 2. & 3. & in l 1. C. vt nem. liceat ab emp. ſp. ſe ex. lib. 10. Ripa in tract. de peſte tit. de rem. præſ. n 183 omnia enim, quæ vrgente neceſſitate fiūt, cōtra legē fieri non eſt dicēdū. l. ſi hominem. ff. mād. Guiller. Bened. in c. Raynūtius, verb. & vxorē. nu. 255. de teſtam. multa his ſimilia cōmemorāt, Mar. Socin. Sen. in d. c. ſi quis propter à n. 9 & ſeq. & Rom in l. ſi verò §. de viro. ff. ſolut. mat. in fallen 59. vbi triginta & octo caſus recenſet, in quibus neceſſitas facit eſſe licitū, quod aliàs eſt ꝓhibitū & DD. latè in l. quę propter neceſſitatē, ff. de reg. iur. Itē dicit pragmaticæ textus, *Y pagandoſelo de cōtado a como valiere, cō q̄ no exceda de la taſſa:* id enim iuſtiſsimè ſancitū extat, vt licèt quis tēporibus penurię & egeſtatis vēdere triticū cōpellatur, tū nō cogitur vēdere habita fide de pretio, ſed ei iuſtū pretiū ſtatim ſoluēdum eſt, gl. in l. 1. C de cōm. ſeru ma um in verb. neceſſitatē, & ibi Bald. & Anton. in c. pręſenti, de Iudęis, Greg. Lup. in l. 46 tit 28 p. 3 gloſ. fin. in fi. Caſtel. d lib. 3. c. 3. nu 17. 6
Vbi autē pecunię copia defuerit, vt in continenti ſolutio fiat homines locupletes cōpelli poterūt ad emptionem frumēti tēpore egeſtatis mutuas dare pecunias, vt deinde paulatim collecta impoſita eis ſoluatur, argum. text. in l. 1. C. de omni agro deſert. l b 11. & ibi Ioann. de Plat. nu. 1. tradit Ripa de peſte, tit de remed. pręſer nu. 185. tradit etiam Auiles in dict. cap 17. verb. *A razonables*, nu. 53. Auendan. de mand. princ. 1 p. c. 19. n 34 & Ioan. Gut. lib 2. pract q 80. nu. 29. & multos refert idem Caſtell. vbi ſup. nu. 18. à quibus late tractantur omnia, quę ad hu-

Ee 2 iuſce

iuſce rei cognitionẽ poterũt deſiderari, vt ſolũ ego declarationem huius pragmaticæ proſequar, quæ deinde dicit: *A como valiere, con q̃ no exceda dela taſſa*, vbi cõſtituitur pretiũ, quod pro iſto frumẽto ſtatim ſoluendũ eſt, & ita ceſſabit in noſtro caſu cõtentio de pretio aſsignando ei, qui aliquid vendere cogitur, videlicet, vt ſit minus quã offerretur, prout à iudice attentis expenſis & laboribus cõſtitueretur, vt latè per And. Tiraq lib.1. de retract. in præfat. n.28. Did. à Cou. lib.3. variar. c.14. n.3. & 6. & iterũ lib.2. variar. c.3. n.5. etſi Greg. Lup in l.27. tit.8. p 5. gl 8. cõtrariũ videatur tenere, prout notat etiam idẽ Caſt. in d. lib.3. c.3. n.21. quod dubiũ quãquam in reliquis victualibus fortè conſiſtere poſsit, quæ omninò arbitrio iudicis vel decurionũ iuſtæ taxæ ſubijciẽda ſunt, vt Matien. in l. 1 tit 11. lib.5. Nou. Cóp gl.2. n.41 & ſeq. Auil. in d. c 17. verbo, *A razonables*, nu.11. tamẽ in terminis frumenti cõparandi aliter dicendũ, vt hic exprimitur, *A como valiere, con q̃ no exceda de la taſſa* Ex quibus verbis duo ego pretia colligo in frumento eſſe cõſideranda, vnũ vbi frumentũ ex aliqua cauſa, vel quia nimia penuria nõ eſt, vel vbertas ex ſignorũ euidentia ſperatur, ex cõmuni hominũ æſtimatione pretio cõcurrenti, tunc temporis minoris venditur, quã per legem taxatum extat, iuxta valorem qui in reliquis rebus cõſiderari ſolet, ex l. pretia rerũ. ff. ad leg. Falci c.1 de empt. & vendit. l. ſi ſeruum meũ. ff. eod. tit. ad leg. Falcid. l. ſi ſeptẽ. C. de erogat. milit. anno. latè per Did. à Cou lib.2. variar. c.3. n.4. & latiſsimè per Matien. in l.1. tit.11. lib.5 Nou. Cóp. gl 2. à n.1. cũ multis ſeq. & hoc colligitur expreſsis verbis, ibi, *A como valiere*, & tunc nõ attẽto, quod à lege taxa impoſita ſit, iuſtum pretium dicetur illud, quod tempus ipſum effecit ex varijs cauſis, quæ cõtingere ſolẽt, enumeratis ibi à Did. de Cou. n.5. & ideò põt quilibet licitè expectare tẽpus, quo cõmuniter

res viliori pretio vendatur, nã tũc etiã iuſto vẽdi pretio dicetur, quod tẽpus, occaſio, emptorum copia pauca, & modica neceſsitas effecere, vt colligitur ex traditis per Caiet. 22.q.77.ar.1.quẽ refert, & ſequitur Matiẽ. vbi ſup. n.6.circa fin. Alterũ verò pretiũ erit iuſtũ & legitimũ, quod à lege taxatũ, & conſtitutũ eſt, & ideò ſubijcit pragmatica noſtra, *Con q̃ no exceda de la taſſa*, & ſic ſoluẽdum erit pretium, quod cõmuniter tunc tẽporis æſtimabitur, & pro emptionibus frumenti ſoluetur, ſi ad conſtitutum per legẽ non accedat: ſin autẽ acceſſerit, tũc ſoluendum, quod per legẽ conſtituitur, & iſtud iuſtũ & legitimũ pretiũ quoq; cenſebitur, vtpote à lege ipſa taxatũ, vt probãt Cagnol. in repet l.2.C. de reſc. vẽd. n.269. & Cremẽ. ibi n.273. & ibi Ar. Pinel. in vlt. c. n.35. Matiẽ. in l.1 tit.25. lib. 5. Nou. Cõp. gl.2.n.3. Et in his verbis etiã cõprehenditur, quod ratione itineris, vel aſportationis expenſarũ habebit: nã quoq; ſoluẽdũ erit, ſi iſtius ſit frumẽtũ cõditionis, vt ex alio ſit oppido aduectũ. l.2. tit 25. li.5. Nou. Cõp & ibi Matiẽ. & Azeu. tradiderũt, & iterũ idẽ Azeu ad leg. de nouo additas. l.6. tit.25. lib.5. Cõp. & Mex ſuper prag. *De los portes y acarretos*, fo.133. vbi multis legibus cõprobat ſub taxa frumẽti cõprehẽdi, quod ratione itineris, & leuctatũ plus pretij habebit, & tenet Dom. à Sot. lib.6. de iuſt. & iur. ar.3. cõcl.2. Vnde perperã arbitratus fuit Felicianus in tractatu de cenſibus lib.2. cap.1. n.13 verſi. ego quidem, exiſtimans poſſe licitè vendi frumentum ad creditũ pretio à lege taxato, cũ tempore venditionis valeat minus, ex communi æſtimatione, nã ipſe fallitur, & Nauarra, quẽ allegat, decipitur, vt tenet cõmunis Doctorum ſententia, ex eo q̃ duo pretia iſta & temporis, & legis in frumẽto cõſiderẽtur, vt dixi. Itẽ ſubijcit pragm. dicens, *Dexandoles lo neceſſario*, & cõſultò adiectũ eſt, cũ id quoq; de iure cõmuni procedat, & ratione naturali ſuſtinetur,

vt etiã ſi quis tẽpore egeſtatis vẽdere frumentũ compellatur,tñ relinquẽdũ erit illi, iuxta indigẽtiã ſuã quod fuerit neceſſariũ,ex Paul.de Caſt.in l.1.C.de Epiſc.aud. Bertac.in reper.ver. victualia,tradit Auil. vbi ſup.nu.10. dixi latiùs ſuprà hoc lib.c.13.n.1.verſ.etſi hoc vltimo.nu.2.

7 Præterea vt ſingula,quæ declaratione egẽt, perſequar, annectẽda erũt hîc verba 8.prag. c.quę cõtinuare videtur illa,quę in 7.eiuſdẽ prag deducta fuerũt, à quorũ me iã declaratione expediui:inquit igitur tex. Regius in 8.c. *Que las nueſtras Chancillerias y Audiencias, e Inquiſiciones, y otros qualeſquier tribunales,ni juſticias deſtos nueſtros Reynos nọ puedã embiar,ni embien alguaziles,ni otras perſonas, ni dẽ mandamientos para tomar trigo ni ceuada delos dichos labradores,ni de otros algunos,para prouiſiõ de ſus caſas,ni para otra coſa alguna,aunq̃ ſea pagandolo de contado*:iſti enim accenſi, ſeu executores, & miniſtri iudicũ ſolẽt varijs fraudibus homines circũuenire,& ab eis multa extorquere, & eorũ cõditio ſolet eſſe ad vſurpationes propẽſa. l. omnes.§. pręterea. C.de epiſc.&cler tradit Put.de ſynd.verb.famili a poteſtatis.c.1 n.7.& 8 gl.verb.ad vſurpationẽ in l. de fenſionis facultas.C.de iur.fiſ.li 10. de quorũ improbitate multa cõgeſsit Tiber.Dec.in tract.cri, 2. to. li.8.c.4.n. 9.cũ alijs. Vnde ſanctè ſtatutũ fuit, ne ab agricolis extraheretur illud,quod & ad familię victũ foret neceſſarium, &ad futura ſemina deputatũ frumẽtũ,cũ ſi qua penuria, aut egeſtas inuaderet,nõ accẽſi, ſeu executores iſti, ſed viri diligẽtia,bonitate,& fiducia præſtãtes eſſent mittendi qui fideliter in domibus agricolarũ,& aliorũ explorarẽt,quid frumẽti eſſet,qđ ad victũ neceſſariũ ad ſemina, & reliquų in pręcedẽti c.pragm.cõtẽta,& qđ ſuperesſet, ſoluto illico pretio extraheretur,vt tradit Tiraq.de retr. lib.1.§.26 n.14 &ſeq.& p tot.tit. C.de apparit. pręf. annon.lib 12.& poſt Caſtel.d.c.3.lib.3 à n.12, latè Azeu.in

l. 9.

l.9.tit.5 lib.7.Nou.Cōp.in leg de nouo additis in prœ. à n.1.cū multis ſeq.idq; per leg. regias ꝓuiſum extat in l.1.& 4.tit.25.lib.5.Nou.Comp. videlicet in d.l.2.in illis verbis, *Y porq̄ por experiēcia ſe ha viſto, &c.* vbi iudices ad faciēdā explorationē frumēti intra ſuæ iuriſdictionis terminos debēt duob⁹ decurionibus, vel alijs bonis viris, ſi videbitur, aſſociari, & in l.4.in illis verb. *Y puedan tomar, y to mēde qualeſquier perſonas, &c.* & ibi Azeb.n.12. Et quo modo tūc ab eccleſiaſticis ſit extrahēdū abſq; metu excōmunicationis, diſputat Ioan.Gut.lib.1.pract. q.13. per tot. Ac ideò iſtis ad emēdū frumentū deputatis poterit à cōcilio ſalariū de pecunia publica cōſtitui abſq; iuſſu & licētia Principis, licèt aliàs ſine ſuperioris facultate nō poſſent. vt ex l.5. C. de fru. vrb. Alexan.l.11.l.1. C.de præb. Sal.lib 10.& ibi Ioā.de Plat. Rip.in tract.de peſt.tit.de re med.præſ n.186. Matiē.in d.l.1.tit.25.li.5.Nou. Cō.gl 9. n.7. Auil.in cc.prætc 17.verb. *Arazonables*, n.32. vbi inquit, ꝙ tēpore ſterilitatis poterūt præfecti annonę eligere vnū, vel plures diſcretos vel expertos viros, qui ꝓ frumēto c[illegible]p[illegible]rādo ſe cōferāt ad alienas ꝓuincias, & eis ſine iuſſu Principis ſalariū cōſtituere, præſertim extante d.l.1. lib 5.Recop.tit.25.in illis verbis, *Cada vno en ſu iuridicion.* Ex qua colligitur, ad curā iudicū ſpectare, vt ciuitas, quā adminiſtrant, frumēto affluat, vt latè proſequitur Caſtel. in d.li.3 c.3.à n 8.cū multis ſeq Quæ autē mala, calamitates, & detrimenta rebus publicis dimanauerint ex eo ꝙ executores extra formā in legib⁹ regijs traditā ad extrahēdū frumentū immiſſi fuerint, recēs eſt huius Epiſcopatus Segūtini plaga, cuius adhuc ſub iudice lis eſt. Quare vtiliter & prudēter hoc præcipitur in pręſenti, cū iſtorū apparitorū inſatiabilis cupiditas magnas ſtrages moliatur, & omne genus rapinarū audeat cōmittere, ob quod qui talia freti imperio cōmiſſionis perpetrabant, viui an-

tiquitus cremabantur; vel ſi res ita grauis nõ erat, nudati verberibus ſubiacebãt, l. vniuerſi, ibi, Publicè viuus cõcremetur, C. vbi cauſæ fiſcales, Bart. in l. ſi quis, C. de re mil. li. 12. l. omnes, C. de of. rect. prou. ibi, *Nudatos verberibus* (ſi ita res tulerit) *ſubiacere præcipimus*, tradit Simãc. de rep. c. 8. lib. 5. n. 5. Azeb. in l. 9. n. fin. tit. 6. lib. 6. Nou. Comp.

8 Tertiũ & vltimũ, quod principaliter animaduertitur híc, illud eſt, vt nullo priuato cõmodo iumẽta, aut plauſtra ab agricolis ſumi liceat, niſi ad obſequium regiũ, aut ex publica vtilitate iuſto tũc pretio ſoluto: inquit eñ tex. *Que no ſe les pueda tomar, ni tome a los dichos labradores ningunos carros, carretas, ni beſtias ſino fuere para nũo ſeruicio, o neceſsidad publica, y entõces pagãdoles primero de cõtado el alquiler q̃ pareciere juſto a la juſticia, ſegũ el tiẽpo en q̃ ſe les tomarẽ.* Et benè colligit ex cõmuni DD. traditione, q̃ priuato cõmodo iumẽta, aut plauſtra ruſticorũ ſumi non licet, vt videre eſt in illa quæſt. an iſti compelli poſsint, vt ſuis iumẽtis, aut plauſtris ducãt è ciuitate fimũ, aut ſtercus: & concluditur q̃ non, ex eo q̃ dñi domorũ, circa quas illud inuenitur, ad id teneãtur, vt tradit Bart. p̄ Buthinã. C. de immu. ne. conce. li. 10. Frã. Cur. in tract. de fiſco in 3 p. de collect. immu. n. 8. refert Auil. in tract. ſynd. in cc. prçt. c. 17. verb. *Eſtẽ limpias.* Nec ad obſequiũ dñorum oppidi, in quo agricolæ degũt, ab eis plauſtra & iumẽta ſumi licet: nã & id ratione vaſſalligij nõ debet, niſi aliquo titulo ſeu cõſuetudine obtẽtũ iã diu eſſet, vt tradit Put. de ſynd. in prin. ti. de exceſ. Baro. n. 1. & ſeq. Nec obſtat, qđ Auil. vbi p̄ximè, n. 35. verſ. & facit, ex Archiep. Flor. ibi citato dicat, q̃ dñs poteſt à vaſſalis & ſubditis ſuis exigere ſeruitia debita, ſcilicet facere laborare in vineis & cãpis, ſiue ducere ligna, ſeu victualia ad domũ, ſoluendo eis debitũ pretiũ ſui laboris, quia ſi aliter facit, rapinã cõmittit, quia id proprie non eſt ab eis inuitis ſumi iumenta & plauſtra,

ſed

ſed facere, vt ex ipſis ꝓ victu neceſſaria ſuppeditétur, ex eodé Auil. ibi n. 24 & ſeq & Matié. in l. 1. tit. 11. lib 5. Nou. Cóp. gl. 2. n. 41. & ſeq. & ex eo ꝙ quilibet iuxta ſuæ artis miniſteriũ laborare cópelli poteſt, vt in auth, de quæſ §. ſi verò dixi ſup. lib. 2. c. 10. n. 3. & 4. nã alijs ſolũ ad Regiũ obſequiã talia iuméta, & plauſtra ſumi poſſunt, vt tradit Iſern. in tit. quæ ſint regalia, verſ. angariç & plauſtrorũ. Ex publica auté neceſsitate ad portãdũ frumétũ, & alia ad eã ſpectãtia neceſsitaté ſingulorũ iuméta ſumi poterũt, vt notat Bart. ex illo tex. in l. iubemus nullã, n. 1. C. de ſacroſ. Eccl. And Barbac. conſ 4. vol. 1. col. 2. & in conſ. 1. vol. 3. Alex. in conſ. 189. col 3. vol. 2. Præp in c. omnes, ad fin. diſt. 1. Auil. in cc præt. d. c. 17. verb *A razonables*, nu. 32. verſ & quoq; ciuitas, Matié in l. 1 tit. 25 li. 5. Nou. Có. gl. 9. à n. 8. & 9. & Caſtel. d. lib. 3. c. 3. n. 63. & nõ ſolum tépore famis ꝓ ſuſtétatione Reipublicç, ſed etiã ad prçbendã annonã militibus, qui ſunt in expeditione & exercitibus, ex Iaſ. in l. Barbarius, n. 27. ff. de of. Prçt. Mex. in cóclu. 4. n. 16 laté Tiraq. in tract. de pœnis legũ, in proœ. nu. 38. 39. 40. & 41. Azeb. in l. 18. n. 1. tit 4. lib 6. Nou Comp. Quod eſt intelligédũ, vt ꝓpter expéſas minus grauẽt ad hoc remotiores, & ꝙ viciniores primò erũt grauãdi, ex l. 1. vbi Plat. C. de fund. lim. li 11. & in l. nemo, C. de trib. & ann. li. 10. l. quicũq; idonei, verſ. illud, C. de om. ag. deſer. lib. 11. & ex alijs per eũdé Azeb. in leg. de nouo additis, l. 9. tit. 15. lib 7. Nou. Cóp. in proœm. n. 14. & ibi in c. 5. n. 4. laté Ripa de peſte tit. de remed. præſer. n. 190. & 191. non enim publicæ vtilitati per hoc derogat', nec priuilegiũ generale includit caſum publicç vtilitati cõtrariũ, vt notatur à Bald in l. iubemus, n. 2. C. de ſacroſ. Eccl. Alex. in l. ſi ex toto, n. 8. ff de leg 1. Fel. in c. nónulli, n. 16. de reſcriptis. Et ex ratione publicæ vtilitatis ſumi poterit ab agricola iumétũ, vt in eo quis ferat' ad furcã, aut ad flagellãdũ

ma-

malefactorẽ,aut ad mittẽdũ ad triremes, vt ex l.fi.ff.de pig.act.& ex l.1.C.de nauib.nõ excuſ.lib. 11. notat Bart. in d.l.iubem⁹,n.2 Put.d ſynd.verb.captura,c.7.n.1.& 2. Rip.de rem.prçſ.n.214.Azeb.in l.19.in fi.tit.4.lib.6.Ro cop.& idẽ dicẽdũ eſt in his, quæ ad obſequiũ regiũ ſpectant:nã tunc iumẽta & plauſtra liberè ſumi poterũt,vt hic ſtatuitur,& ante diſpoſitũ erat per tex.in l. neminẽ, C.de ſacroſ.Eccl.idẽ Iſer.d.tit quæ ſint regalia, verſ.angariæ & plauſtrorũ.Nec mirũ,quia ſi vrgẽs ſe offerat neceſsitas,deficientibus alijs, à quibus iure extrahi poſsint iumenta & plauſtra ad obſequiũ regium,poterunt çquò extrahi à clericis & eccleſiaſticis perſonis, vt tradit Bellug.de ſpec.princ.rub.46.§.donũ,n.6. & Petr Greg.de ſyntag.iur.1.p.li.2.c 28.n.fi. Nec id vllo caſu fieri permittitur, quã ſi ante pretiũ iuſtũ arbitrio iudicantis ꝓ locatione ex publico ſoluatur,vt hic dicitur. Et de iure etiã cõmuni fieri debebat, vt pretiũ omninò ſolueretur his, à quibus Regis,Reipublicæq; cauſa talia ſumeretur, vt patet ex gl.verb.donetur,in l fi.C ꝓ quib.cauſ.ſeru.pro prec lib.accip.cũ traditis ꝑ Iaſ.in d.l.Barbarius, n.36. cũ ſeq. ff.de off præt.& Auil.vbi ſup num.32.in fin.& à reliquis ſupra citatis, verſ.ex publica.

9 Extra autẽ Regis & Reipubl.cauſas ea nequaquã ſumi licet,vtpote quæ adeò agriculturæ neceſſaria ſint, vt dixi lib.1.c.3. imò hæc pragmatica non deſiuit ꝓuidere pabulis, quç agricolarũ beſtijs & iumentis neceſſaria ſunt, quatenus ſimul ꝓhibuit, vt ab agricolis neç hordeũ extraheretur,niſi habita ratione, de qua ſupra, vt patet ex 7 pragm.cap.ibi,*Y que el trigo y ceuada, y qualeſquier otras ſemillas que cogierẽ*,& in c.8.ibi:*Para tomar trigo ni ceuada:* quia hçc omnia fauorabilia ſunt reipublicæ, cuius intereſt,vt agricolis multa priuilegia concedãtur,vt fortiores ad colendos agros inſurgant:nam etſi in odioſis appellatione

tione panis, vel frumenti, hordeũ nõ cõprehēdatur, vt ſi lex, vel ſtatutũ prohiberet extrahi frumentũ, nõ faceret cõtra, qui extraheret hordeũ, ſecũdũ Ang. in l. triticum. ff. de verb. obl. tradit Auil. in cc. prætor ũ. c. 17. verb. *A razonables*, n. 36. verſ. quoq;, latè diſputat Ripa in tract. de peſt. tit. de rem. ad conſeru. vber. 3. q. n. 57. dixi lib. 1. c. 10. nu. 3. verſi. ſed ibi, & in hoc lib. c. 13. nu. 3. Tamen in fauorabilibus, vt in noſtro caſu, appellatione frumenti, vel panis hordeũ cõprehēditur, vtputà quia prohibetur extrahi ab agricolis frumentũ: & faceret quidē contra, qui ab eis hordeũ extraheret, tradit Plat. in l. modios. n. 1 per tex ibi. C. de ſuſcep. & arca. lib 10. Matien. in l. 3. tit. 25. lib. 5. Nou. Cõp. in gl. 1. præſertim quia iuxta cõmunē vſum loquēdi, qui de pane loquitur, ſaltim de hordeo quoq; ſentire viſus eſt, cũ cõmunis vſus loquēdi attēdi debeat, l. cũ de lanionis. §. aſinam. ff. de fund. inſtr. & conſiderat Matiē. vbi ſup. non tũ in pœnalibus, quando non militat eadē ratio, vt præter Ang. vbi ſup. Bart. in l. frugē, per gl. ibi, & Plat. in d. l. modios, Gād. de malef. tit. de reb. portā. contra deuectũ n. 5. Azeu. in l. 25. tit. 18. nu. 6. & ſeq. lib. 6. Nou. Cõp. late Caſtel. d. lib. 3. c. 3. n. 39. & lib. 4 c. 5. n. 23. Vnde nõ ſolũ circa hordeũ agriculturę beſtijs, & alijs neceſſariũ, agricolis erit fauendũ, ſed in heruagijs, paſcuis, & defenſis, quæ maximæ ſolent eſſe illis vtilitatis, ob excuſationē expenſarũ: nā ad hoc propria ſolēt habere paſcua cõmunitates, & cõcilia oppidorũ, & vſus in his, quæ ꝓ animalibus ciuiũ deſtinata ſunt, debet eſſe ſecũdũ quod quilibet ciuis indigebit, p l. ſi quis per diuinā C. de aquæduct. lib. 11. vt ꝓbat optimè Greg Lup. in l. 9. tit. 28. p. 3. verb. *Tābien a los pobres*, niſi habeant diuites plura animalia, ita vt pauperes damnificētur: nā tunc & terminus, & modus poterit taxari, ex Alber. in l. Imperatores. ff. de ſeru. ruſt. prę l. tradit idē Greg ibi verb. *Como a los ricos*, &

Cal-

Calcan.in cõſ.34 n.6.in fi.Crau.in conſ.60. n.3.ſequitur Menoch.de arbit.lib 2.cent.3.caſu 245.à n.3. & ſeq Vel quilibet poteſt habere abſq; vllo priuilegio dominiũ prati,in quod eo inuito nemini licebit animalia mittere in paſtum,vt in l.pratũ,& ibi gl. Alcia.& Rebuf. ff.de verb. ſig Couar.in pract.quæſt. c.37.nu.2. verſi.ſecundò quia iure. Vel in fundos,ſeu prædia vicinorũ, collectis fructibus,licet talia animalia ad paſcendũ immittere,vt tradũt Cepol.de ſeru.ruſt.pręd.tit.de ſeruit.iur.paſ.n.26.Auẽd. de mãd.Princ.c.4.n.24.1.p.Rod.Suar.in alleg.15.verſ.itẽ quia,latè Did.àCou.in pract.c.37.n.2.& 4.& ferè per totum. Vel in alienis terminis, & territorijs ius paſcendi conſuetudine,titulo, aut præſcriptione acquiri poteſt, idem Didac.à Cou.lib.1.var.c.17.nu.11. verſ.quid ergo. Craueta conſi 4.col.2.& ex alijs latè idẽ Couarr. in reg. poſſeſſ.de reg.iur.lib.6.2.p.§.3.nu.2.quo caſu ſi paſcua animalibus vicinorum nõ ſuffeciſſent,ab eis forenſiũ poſſent iure optimo excludi,ex Greg.in d.l 19.tit 18 parc.3. quẽ,& alios refert,& ſequitur Auil.in d.c 17. verb. *Arazonables*,n.36 verſ & facit in ſimili, Did. à Cou. d.lib.1. var.c.17.nu.11. verſ.his verò,quæ de iure paſcendi.

Summarium capitis decimiſexti.

*Ruſticitati parcendum eſſe in caſibus à iure expreßis,traditur.num.*1.

*Ratio proponitur,quare ſit ruſticitati parcendum,& illa ex ſimplicitate adducitur.num.*2.

*An ruſticis ignoſcatur,ſi conſulere potuerunt peritiores, & quando conſuluiſſe poſſe dicendum eſt.num.*3.

*Superiora intelliguntur in ruſticis opere & conuerſatione, non in ſagacibus.num.*4.

*Quibus in caſibus ruſticitati parcendum ſit,traditur ten iſſiuè. num.*5.

Quando

Quando ſit agricolarum ruſticitati ignoſcendū, & in quibus caſibus, traditur. Cap. XVI.

1 SVperuacuum fortaſsis non videbitur, ſi in horū Cōment. loco vltimo cōſtituā, q agricolarum ruſticitati ſolum in caſibus à iure expreſsis ignoſcitur, prout voluit gloſ. verb. omnis ignorantia, in cap. turbatur §. notandum. 1. quæſt. 1. l. penult. ff de iur. & fact. ign. Anton. & Ioann. de Imol. in cap. de conſtit. Alexand. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. omn. iud. latè per Tiraq. de retract. lib. 2. § 4 gloſ. 7. num. 13 & text. in l. ne paſsim, & ibi egregiè Anton. de Pad. l. C. de iuris & fact ign. & Gregor. noſter in l. 21. tit. 1. par. 1. verb. *Aldeanos, y que labran la tierra*, Menoch. de arbit. lib. 2 cent 2. caſu 194. num. 5.

2 Ratio autem, qua iura præcipiant eſſe ruſticitati parcendū, videtur mihi eſſe, quòd agricola, ſeu ruſticus præſumitur eſſe quietus, & innocēs, vt in l. vtili ratione. C. de defen. ciu tradit Alciat. in tract. de pręſump. in reg. 3. pręſump. 4. n. 4. Ex quo in dubio eſt pręſūptio p ruſticis, q nō ſint autores rixarū, qđ etiā dixit Chaſſan. in Catal. gl. mūd. in p. 11 cōſid 37. verſ. decimò quia ruſticitas dicitur eſſe patiens. Ob quod liberā eſſe à præſūpta fraude vſurarum, & doli ſuſpicione dixit Bald. in l. cū allegas. C. de vſuris, vt ſi exiguo pretio ruſticus ſibi cōparauerit prædiū, appoſita cōditione redimēdi, quod nōniſi in ruſtico ferēdū eſſet, niſi manifeſta doli probatio cōtrariū inſtruxiſſet, prout Bal. ſequutus eſt Renat. de priuil ruſt. lib. 1. 2. p. c. 4. n. 2. ſemper enim in eis ſimplicitas potiùs quàm dolus præſumendus eſt, vt inquit Bald. in rub. C. de rerū permut. verſ item quæro donatio, vbi inquit, q in cōtractu damnoſo facto etiā cū iuramento, ſimplicitas præſumitur in ruſtico. Et huic ſententiæ ſuffragatur conſilium Cornei in conſi. 147. lib. 2. in fauorem cuiuſdā agricolæ, quem

quem in emptione quadam omiſſa forma ſtatuti ſine dolo fuiſſe verſatum, niſi claris conſtet probationibus, doli ſuſpicione laborare, defendit, & tradit Ripa in tract. de peſte, tit. de remed. præſer. num. 233.

3 Quamuis hæc omnia, in quibus propter ruſticitatem excuſationem iſti merentur, locum ſibi vendicare non exiſtimes, ſi potuerunt conſulere peritiores: nã id ab illis ſi omiſſum fuit, illis erit imputandum, ex quo facere neglexere, vt in l. vi bonorum. ff. de bonorũ poſſeſ. l. 3 §. vlt. ff. quis ordo in bon. poſſ. ſeruetur, gloſ. in c. per tuas & ibi Fel. n. 4. de ſimon. Bald. & Salic. in l. iuris. C. qui admitti, Ang. & Corneus in l. quicunque. C. eodem tit. & latè Ti raq. vbi ſup. nu. 18. cum ſeq. Menoch. vbi ſup. nu. 22. Per quæ eludi, & fruſtrari videntur ea, in quibus ruſticis parcitur, cũ ſemper illi facultas ſit cõſulendi peritiores. Sed quod à ſuprà relatis autoribus traditur, à me limitandum erit, ne hæc ſint adeò fruſtratoria, quia ſi caſus ita cõtingat, vt agricolæ, qui plerũq; in villis cõmorari ſolẽt lõgè à ciuitate diſtẽt, vel eadẽ aut rarior e peſtis, aut belli non audeant accedere, vbi viri literati ſolent eſſe, proculdubio adhuc illis erit ignoſcẽdũ, vt tenet Rom. in l. ſi duo. ff. de acquir. hæred. & Renat. vbi ſup. lib. 1. 2. p. c. 3 nu. 1. nam id eorũ culpæ verti non debet, cũ copiã eorũ, quos cõſulere poſſent, nõ habuerint, vt tradit etiã Bald. in cõſ. 295. vol 3. & in c. quæ in Eccleſiarũ, de cõſtit. Alex. in l. iuſtè, col. 9 verſ. idẽ dico. ff. de acquir. poſ. & idẽ Renat. vbi ſup. c. 5. nu. 6. verſ. truũ eſt enim, vbi affert prouerbiũ illud, *Ruſticos ſicut nemora pro lignis, ita ciuitates petere pro cõſilijs oportere*, ac ideò nullo caſu merẽtur excuſationẽ agricolæ, nec eorũ ruſticitati parcendum eſſe expoſtulare debebunt, ſi in ciuitate degunt, aut oppido ipſi ciuitati vicino, vbi adeſt copia eorũ, quorũ cõſilio erunt cautiores euaſuri, ita Bald. Salic. & Rom. in l. iuris ignorãtia C. qui

admitti

admitti ad bon.poſſ poſſunt, & idem Renat. vbi ſupr. in prin.nu.6.quia omnes homines natura ſcire deſiderant, ideóq; contra naturā eſſe non conſulere peritiores. Ita Bald.in c.vlt.n.15.de confeſſ.is. Sequitur Menoc.vbi ſup. n.22.& Tiraq ab eo relatus de retr.cōuen.§.4 gl.7.n 19. & de pœnis legum cauſa 11.n.20. Neq; ex eo ſolū q̄ agros incolant,& terræ glebas infringant, & ex prædiorū fructibus quæſtum habeant, ruſtici dicendi ſunt, vt eorū ignoſcatur ruſticitati:nā id ſolū locū habet,ſi & opere & cōuerſatione ruſtici ſint, vt in l.athletæ,§ de ruſticis, ff. de excuſ.tut.l.fin.C.de teſta. Bald.in l.2.n.7. C.de reſcind. vend.Greg.Lup in l.13. tit 17. p.6. in verb. *Aldeano necio*, & in d.l.fin. tit.1. p.1. in verb. *Aldeanos que labran la tierra*:nā ruſticus ſagax nō excuſatur prætextu ruſticitatis, vt inquit gloſ.notab in d.§.de ruſticis,in verb.interdū,& Bald.in l.1.C.de interd matr.inter pup. & tut. & ibi gloſ. aſſerit eſſe præſumendū contra ruſticū aliquē actū clam facientē, qđ etiam tradit Albéric.in d.verb.ruſticitas, & Greg.Lup.vbi proximè,Franc.Rip.in tract.de peſte,tit. de remed.præſer.n.249.Menoc.vbi ſup.n.3 vbi cū pluribus ibi ab eo relatis tenet, iſtos ruſticos ſagaces & verſutos,qui non tātū agros coluiſſe, quā ſtudijs operā dediſſe videntur,nō mereri excuſationē. Pro quo facit ſingularis tex.in c.de liguribus 23.q.5. vbi appellatione ruſticitatis ſuperbiā interdū ſignificari dicit Pelagius Pontifex. Vnde nō immeritò cōtra vafros ruſticanos,faſtu,ſuperbiaq; intumeſcētes inuehitur D.Ant.in ſum.tit.8.n.13.quē refert Renat.vbi ſup.lib 1 2.p.c.6.nu.3. *Poſterioribus verò ſeculis*,inquit ille,*mutatæ rerū vices,ruricolæ callidiores facti, ingenioq́; verſutiore, quā oppidani, mox etiam daturi progeniem fallaciorem.* Variæ enim iſtorū fraudes in ſuos heros,in vicinos, in rerum ſuarum promercalium emptores,in parochos ſuarum eccleſiarum perſtringuntur ibi ab eo. 4

ab eo. De quorum ſagacitate & verſutia ad rapinam omnem propenſi, multa etiã tradidere Tiraquel. de nobil. c. 2. num 57. Otalor. de nobil. 5. par. cap. vlt. num. 20. Ioan. Gut. in lib. 3. pract. q. 13. n 56. ac eorum genus fura ciſsimum, ac rapaciſsimum eſſe inquit Ioſeph. Maſcard. de probat. 1. tom. q. 8. n. fin. Vnde iam, proh dolor, receſſit illa antiqua ſimplicitas, quæ in candore cordium illorum reſidebat, ob quã ſancta ruſticitas vocabatur, vt in cap. ſancta 2. q. 7 tradit optimè Caſtel. in ſua Pol. 2. part. lib. 3. cap. 3. n. 62 & inter alia admonet cauẽdum eſſe ab agricolis, qui in oppidis ſuburbanis & ciuitati vicinis degunt, & preſertim ab illis, quibus pendẽt è cinctu pugillares: & pluribus citatis id proſequitur Mex. Pont. ad l. Toleti in reſponſo ad 7. & 8. primæ partis fundamentũ, num. 26. vbi non eſſe excuſandos, nec fauendos agricolas, ſeu ruſticos ſagaces, multorum authoritatibus cõprobat. Vnde qui digni excuſatione ſint, quive opere & cõuerſatione ruſtici dicantur, vt eorum ſit parcẽdum ignorantiæ, arbitrio prudentis iudicis perpendetur, vt tradit Menoch. vbi ſup. num. 2. 3. & 4.

Et ne quod ſupereſt, ſit alienos depeculari labores,
5 pro caſibus, in quibus erit ruſticitati parcendum, adibis eumdem Menoch. vbi plurimos caſus recenſet, & Renat. Coppin. de priu. ruſt. lib. 1. & p 1 cuius id fuit inſtitutum, & DD communiter in d. §. de ruſticis, Menoſ. in d. l. paſsim, C de iur. & fact. ignor. & notatur in l. ſi quis in graui. §. ſi quis ignorans, ff. ad Silan. & in l. penult. C qui admitti. & in l. fin C. de teſtam. Alexand in l. ſi quis id quod, ff. de iuriſdict omn. iud. Alciat de præſump. in reg. 1 præſump 37. n. 2. l. fin. tit. 1. p 1. & ibi notat Greg noſter in verb. *Naturalmente*, latè Tiraq. lib. 2 de retract. § 4 gloſ. 7. num. 16 & ſequentibus.

INDEX

INDEX MEMORABILIVM, QVÆ IN SERIE HORVM Commentariorum continentur in ordinem Alphabeticum congeſtus.

A

ACTIO Quaſi ſeruiana, ſeu hypothecaria, an contra tertios fructuum poſſeſſores competat. c.2. nu.2. lib.3.

Actio quaſi ſeruiana, ſeu hypothecaria, an per pragmaticã in prædijs agricolarum immutetur. cap. 8. nu.2. lib.1.

Actio hypothecaria quid importet, & ad quid creditoribus concedatur, ibi.

Actio efficitur arbitraria cõtra eũ, qui ſtatuto loco non ſoluit. c.7. nu.1. lib.3.

Acta iudicij in ſcriptis an neceſſario fieri debeant. c. 11. nu.6. & 7. lib.3.

Acta iudicij per teſtes probari poſſunt, ſi eorum tenor amiſſus ſit, & non aliàs, & quæ dicantur acta iudicij. ibi. num.7.

Actuum proximitas, & vicinitas facit, vt duo actus pro vnico reputentur. c.7. num.3. lib.1.

Actus ante impedimentum validè geſtus an impedimento ſuperueniente deficiat. cap.4. num.4. lib.2.

Actus principaliter priuato commodo prohibitus an iuramento confirmetur. c. 12. num.6. lib.2.

Actus fauore publico prohibitus iuramento non confirmatur, quia eſt in præiudiciũ Reipubl. ibi. nu.8.

Actus legitimè conſtitutus durat, etſi caſus extiterit, à quo incipere nõ potuerit. cap.6. nu.5. lib.3.

Aduocati pariter vt milites, conſilio militare dicũtur. cap.2. num.7. lib.2.

Agricolæ prætextu fiſcalium debitorum ab agricultu-

Ff ra

Digitized by Google

ra[illegible] amoueantur, & a-lia ibi de cultura priuilegia traduntur. cap.1. à nu. 1. lib. 1.

Agricolæ verbum omnem terræ laboratorem comprehendit, & labor circa ruralia propriè conſiſtit. cap.2. nu 1. lib.1.

Agricola per ſubſtitutum laborans an habeat immunitatē, de qua hic. ibi. num.2.

Agricolæ qui verè ſint. ibi. num.7.

Agricolis non eſt datum priuilegium, ne conueniantur vltra, quàm facere poſſũt. cap.6. num.5. lib.1.

Agricola propria autoritate an poſſit recuperare à manu executoris bona ꝓhibita capi. cap.12. num. 9. lib.1.

Agricolam, vt bonum virum antiquitas laudabat magis quàm mercatores, & alios. cap.1. nu.2. lib.2.

Agricolæ induſtria quantum in agricultura præſtet, proponitur. cap.2. num. 5. lib.2.

Agricola legitimo tempore captus, accedente prohibito, an ſit è carcerare relaxandus. cap.4. num 1. & ſeq. lib 2.

Agricola an capi poſſit pro tribus caſibus, ex quibus res agriculturæ capiũtur. cap.5. num.2. lib.2.

Agricola vltra præfinitum tempus laborans an capi poſſit. cap. 8. num. 1. lib. 2.

Agricola, qui breuius quàm per pragmaticã ſtatuitur, agriculturæ opera expediuit, an capi poſſit. cap.9. num. 1. lib. 2.

Agricolæ an poſſint ſuis priuilegijs renunciare. cap. 12. num. 1. 2. & 3. lib. 2. Et vide in verbo, Renunciatio.

Agricola an poſſit menſibus prohibitis pro ære alieno excommunicari, & excõmunicatus an agricultura intendere poſſit. cap.14. num.1 & 6. & per totum. lib.2.

Agricolis quæ immunitas de iure Canonico concedatur. ibid. num.6.

Agricola conductor rerum Eccle-

Eccleſiæ an ad requiſitionem Eccleſiaſtici per inuocationem brachij ſecularis capi poſsit. cap. 15. num. 10. lib. 2.

Agricola quare pro debitis ex delicto deſcendentibus capi poſsit, accuratiſsimè perpenditur. cap. 16. num. 2. lib. 2.

Agricola an etiã pro debitis ex quaſi delicto deſcendentibus capiatur, & quomodo id accipitur. ibi. numero 5.

Agricola ad quid teneatur, ſi animalia ſua in meſſes alienas immiſerit. ibid. num. 6.

Agricola, qui bona alienauit, aut abſcondidit, vt ſupereſſent prohibita, in quibus executio fieri non poſſet, an capiatur. ibid. num 6.

Agricola, qui fideiuſſor fuit in cauſa criminali, an poſsit pro condemnatione pecunia incarcerari. ibi numero 9.

Agricola adhoc, vt pro tali habeatur, an ſufficiat deferre ruſticum habitum, vel quomodo id probetur c. 17. num. 2. lib. 2.

Agricola qui cũ eſſet, agricolam ſe eſſe negauit, vt generaliter ſubmitti alienæ iuriſdictioni poſsit, an iuuari debeat. cap. 6. num. 7. lib. 3. & ibi multa de nominis mutatione.

Agricola ratione deſtinatæ ſolutionis, adminiſtrationis, & rei ſitæ, vbi conueniri debeat. Vide verbo Solutionis deſtinatæ.

Agricola, qui in Baronis oppido non habitat, an pro eo poſsit fideiubere, & ſe obligare. cap. 9. nu. 5. lib. 3.

Agricolarum iumenta, & plauſtra ad obſequiũ Regium, neceſsitatemve publicam quando extrahi poſsint. c. 15. nu 8. lib. 3.

Agricola per operarios laborans an capi prohibeatur. cap 2. num. 4. & ſeq. lib. 1.

Agricolas eſſe neceſſarium valde proponitur, ne genus humanum pereat. c. 1. num. 4 lib. 1.

Agricolas incolumes eſſe debere,

bere, ſacra pagina exẽplo comprobatur. Vide verbo Nabuzardam.

Agricola, qui bona agricultura non habet, an legis gaudeat immunitate. c. 3. à nu. 1. & per totum, lib. 2.

Agricola, an capi poßit pro debitis ex damno deſcendentibus, & quid ſi ex dãno ſine culpa dato deſcendant, cap. 16. num. 6. lib. 2.

Agricolarum lites an citius, quàm aliæ in iudicio debeant expediri. Vide in verbo Lites, & reliqua vide in verbo Colonus, & in verbo Conductor, & in verbo Contractus, & in verbo Victor, & in verbo Submiſsio.

Agriculturæ intermiſsio faceret genus humanũ perire. cap. 1. num. 4. lib. 1.

Agricultura curanda etiam in detrimentum alterius. ibi. num. 5.

Agricultura efficit, vt Reges, & Reipublicæ ditẽtur, & ideò eius inſtrumentis, & laboratorib⁹ priuilegia conceduntur. ibi. num. 6.

Agricultura res quare ſancta ab antiquis appellata. ibi. num. 7.

Agros benedici an tempore interdicti deceat. c. 1. nu. 2. lib. 1.

Ager ſteſilis an pro executione capi poßit, elegãter traditur. c. 9. num. 4. lib. 1.

Agri leguminibus ſeminati infeſtantur, niſi ſtercore refoueantur. cap. 10. num. 8. lib. 1.

Alimẽtorum fauor quare introductus, & adeò longè, lateq́; pateat. cap. 1. nu. 4. lib. 1.

Alimenta præſtita vxori, & filijs an aliquo caſu ab eis exigi poßint. cap. 16. nu. 5. lib. 1.

Alimentorum modus iuxta qualitatẽ eius qui alitur, ſtatuitur, & quid in agricolis. c. 6. num. 7. lib. 1.

Aliena res in domum inuecta an ſint pro pẽſione domus tacitè hypothecatæ. cap. 1. num. 9. lib. 3.

Alienum inſolutũ an recipi poſsit. ibi.

Alienam rem venditam poterit verus dominus euincere.

cere, & ad quid venditor teneatur. cap. 2. numero 3. lib. 3.

Animalia aratoria pro executione non capienda, antiquitas etiam commendauit. cap. 3. num. 1. lib. 1.

Animalia illius, qui nec per ſe, nec per ſubſtitutum laborat, an capi poſsint. ibi. num. 2.

Animalia ad culturã agrorum deputata an poſsint ad alios effectus conuerti, & hoc frui priuilegio. ibi. num. 6.

Animalia, & inſtrumenta culturæ in ipſo ſemper laboris actu non requiri, multis exemplis oſtenditur. ibi. num. 7.

Animalia indomita in herbagijs, & pratis, vt creſcant, & agriculturæ addicantur, an capi poſsint. ibi numero 8. & ſeq. reliqua vide in verbo Bouem.

Anniuerſarius an ad inſtar maioratus deferatur, & conſtitutio Synodalis Seguntina ad hoc expẽditur. cap. 14. num. 7. lib. 1.

Annonam rem frumentariam, & frugum prouentum, & quaſi vnius anni alimoniã, eſſe oſtenditur. cap. 1. num. 8. lib. 1.

Aqua pluuiæ arcendæ actio ceſſat, vbi agricolendi ratio cauſam dedit. c. 1. nu. 5. lib. 1.

Arbores, & alia legumina, quæ in prædijs frumentarijs pendent, an, & quando capi poſsint. c. 10. nu. 3. & 6. lib. 1.

Arboribus captis, licet fundo inhæreant, fundus captus non dicetur. ibi num. 6. Et in alsenis prædijs arbores aliorũ, vt nuces nuglantes, pendent. ibi.

Arbores pendentes an veniant in venditione fundorum, qui Regij dicũtur, vulgo, Valdios y Realengos, & quid in venditione reliquorũ prædiorum. ibi. num. 7.

Area quid ſit, quam vtilitatem afferat, & quid eius fauore ſit introductum, & an pro executione capi poſsit. cap. 7. num. 1. lib. 1.

Augmentum pretij, aut æſtima-

mationis fructuum quando ad creditorem, vel ad debitorem pertineat. c.4. num.8. lib.3. Vide in verbo Fructus.

B

BEneficium dilectionis debitoribus cõceſſum, & ceſſio bonorum, an ad fideiuſſores extendatur. c. 17. num. ;. lib.2.

Bladi appellatione quid contineatur. c.10. nu.4. lib.1.

Bona, quæ communi iure pro exequutione capi prohibẽtur, an ex defectu aliorum capi poſsint. cap. 12. num.6. lib.1.

Bona agriculturæ pro debitis fiſcalibus an, & quãdo capi poſsint. c.3. nu.1. lib.1.

Bona agriculturæ pro pẽſione debita dominis prædiorũ, an, & quãdo capi poſsint. c.14 per totum.

Bona alienari prohibita quãdo poterunt alienari, vt ſatisfiat creditoribus. c. 16. num.1. & 2. lib.1.

Bona, in quibus regulariter fit exequutio, ſi non ſufficiunt, an pro reſiduo ad prohibita poſsit deueniri. c.16. num.6. lib.1.

Bona, quæ ſint Eccleſiaſtica, & an eorum appellatione patrimonalia clericorum comprehendantur. cap.15. num.4 lib.2.

Bona Eccleſiaſtica, quomodo, & quare alienari poſsint, & an ex eis decimæ ſolui debeant. ibi num.5.

Bona qui non habet, quomodo ſit intelligendum, vt in corpore luat. c.16. num. 4. lib 2.

Bouem agricolam eſſe, & humano generi laborum ſocium, & nonnulla eius priuilegia enarrantur. c. 3. num.1. lib.1.

Boum vnũ par, aut animalium arandi, etiamſi alia deficiant, an capi poſsit. c.13. nu.4. lib.1.

Boum vnum par nullo caſu capiendum, etiamſi alia bona deficiant, & quàm capitale eſſet, aratorios boues mactari. c.16. num. 10. lib.1.

Boum vnum par ſi capi non poteſt, an tunc agricola eo araturus capi poſsit. cap.

cap.6.num.2.lib 6.

Boues, & arator dum in actu laboris exiſtunt, quid indiuiduum quoad effectum capiendi iudicari debent. ibi. num.4.

Boues, & inſtrumenta aratoria ſunt manus & pedes laboratorum. cap. 1. num.8. lib.1.

Boum, aut animalium arandi, vnum par, an pro debitis fiſcalibus, & alijs exceptis capi poſſit, late in cap.16. per totum. lib.1.

C

CAmbyſis Regis Perſarum factum refertur in impoſitione pœna contra iudicem iniuſtum. c. 11.num.7.lib.3.

Carcer non ſoluit debitum, ſed burſa. cap.4.num.8. lib.2.

Cauſa finalis, & principalis huius pragmaticæ conſtitutionis perpenditur. cap. 2.num.6.lib.1.

Caſtro conceſſo cum pertinentijs ſuis, an veniant molendina, & defenſa. c. 10.num.7.lib.1.

Cenſus an ſit contractus, & an ex eius conſtitutione venditio contrahatur, & effectus quæſtionis proponitur. cap.8.num.7.lib.1.

Ceſſio bonorum, & beneficium dilationis debitoribus conceſſum an ad fideiuſſores extendatur. c.13. num.5.lib.2.

Ciues cōpelli poſſunt, vt oliueta inſerant, agros colant, & vineas plantent, & vermes, & locuſtas in eis graſſantes occidant. c. 4.num.3.lib.1.

Ciuem ſe ex aliquo oppido agricolā dicens, cum verè non ſit, vt ſubmitti alienæ iuriſdictioni poſſit, an iuuari debeat. c.6.nu.6. lib.3.

Ciues, & incolæ quo pacto poſſint frumentum forenſibus venditum retrahere, & eis in venditione potiores eſſe. c.3.num.5. lib.3.

Clauſula in fine poſita refertur ad præcedentia, quando ex relatione nullum ſequitur abſurdum. cap.14. num.3.lib.1.

Clauſula ad proxima referenda eſt cap.12.num.3.libro 3.

Clauſula, quæ ex communi tabellionum ſtylo deriuatur, quid debeat operari. cap.9.num.5.lib.3.

Ciuitatem derelinquens an priuilegium ciuitatis amittat.cap 3.num.3.lib.2.

Ciuis quis eſſe poteſt alicuius ciuitatis, etſi in ea ciuitate non habitet.cap 9.num.5.lib.3.

Clerici an vendere poßint panem coctum ex oblationibus habitũ eo pretio, quo panifici vendunt.cap.12.num.11.lib 3.

Clericus pauper penſionẽ Eccleſiaſticam debens, quo pacto eam ſoluere teneatur.cap.1.num.8.lib.3.

Clericus, qui bona in fraudẽ alienauit, aut abſcõdidit, an incarcerari poßit, vel beneficio capitis Oduardus vti.cap.17.num.6.libro 2.

Clerici, ſi volunt vti conſuetudine & ſtatuto contra alios, & aduerſus ſe, alios vti quoq; pati debent, cap.11.numero 2.libro 1.

Clerici, & monaſteria, & Eccleſiaſtica perſona, an ciues eſſe, & de populo dicãtur, & an eorum bona cultura deſtinata capi poſſint.cap.11.num.1.& ſeq.lib.1.

Clericus vineam in terra ſterili de Eccleſia plantãs, etiamſi beneficio priuetur, retinet ad vitam vineam.cap.4.num 3.lib.1.

Clericorum etiã expenſis animalia vineis, & meßibus nociua occiduntur, & quare, & quando. ibi.

Colonus cleri an debeat gabellam, aut tributum. cap.3.num.3.in fin lib.1.

Colonus in quo differat ab inquilino, & ibi quædam Doctorum ſententiæ conciliatur.cap.3.num.3 lib.3.

Colonus quam habeat actionem contra dominum locatorem, vt ſibi vti frui re locata abſq; impedimento liceat.cap.5.num.5 lib.3.

Colonus, qui imperitia, aut defectu cultura deteriorauit prædium, ad quid teneatur.cap.5.num.1.lib.3.

Con-

Conductor & locator quilibet dominus eſt fructuum pro parte ſibi debita. cap. 1. numero 7. lib. 3.
Conductor prædiorum ante ſolutionem penſionis an faciat fructus ſuos. cap. 1. nu. 5. lib. 3.
Conductores rerum Eccleſiæ quid debeant præmittere, vt ab Eccleſiæ iudice debeant iudicari. cap. 15. numero 6. lib. 2
Conductor, qui agros deteriorauit, ad quid teneatur. capit. 8. num. 6. lib. 1. Vide ſupra verbo Colonus. 4.
Conſuetudine obtineri poteſt, vt ſuccedatur in bonis alicuius familiæ, excluſa teſtamenti factione. cap. 6. num. 3. lib. 1.
Confeßio mendax contra mētientem facit fidem circa confeßionem ciuilitatis, do nec contrarium probetur. cap. 6. num. 6. lib. 3.
Confeßio filijs, aut vxoribus facta ratione parētum, aut maritorum, an eis mortuis procedat. cap. 11. num. 6. lib. 2.
Contrahens cum alio, vel eſt, vel eſſe debet non ignarus eius conditionis, alioqui ſibi imputet. cap. 6. num. 4. lib. 3.
Contractus ratione quomodo agricola conueniri poßit, & quid ſi in loco contractus reperiatur. cap. 6. n. 2. & 3. lib. 3. & quid ſi viator agricola erat. ibi. num. 4.
Contractus inter dominum, & vaſſallum præſumitur metu factus, ſi tendit in ſubditi læſionem. cap. 9. n. 6. lib. 3.
Creditoribus à contrahendo cum agricolis ſe abſtinentibus autor conſulit debiti exigendi remedia præbens cap. 3. num. 6. lib. 2.
Creditoribus meliùs per laborem debitorum, quàm per incarcerationem conſulitur ibi. num. 5.
Creditor an habeat obligatā rem, in cuius refectionem aut conſeruatiōnem pecuniam credidit. cap. 15. nu. 1. lib. 1.
Creditor an habeat priuilegium, ſi in refectionē, aut culturam pecunia non ſit expenſa. ibi. num. 6.

Cre-

Creditor, qui in hypothecam prædium recepit, & non colit, ſibi imputet, cum in fraude ſit, præſertim ſi ſua prædia colebat. cap. 9. nu. 7. & 8. lib. 1.

Creditores in exigendo debito ſine præiudicio agricultura procedāt. cap. 8. num. 8. lib. 1. verſic. Illud tamen.

Creditor an poſſit cum debitore excommunicato ratione debiti exigendi communicare cap. 14. num. 2. & 3. lib. 2.

Creditor ex contractu fiſco præferatur in bonis debitoris. cap. 1. num. 10. libro 3.

Creditores quando habeant priuilegium exigendi in eo, quod ratione crediti extat. cap. 5. num. 5. lib. 1.

Creditor ſi fructus debito tēpore oblatos noluit recipere, quid iuris erit. cap. 4. num. 7. lib. 3.

Cultore terræ percunte, terra in ſolitudinem redigetur, ex ſacra pagina oſtenditur, capit. 1. numero 8. libro 1.

Cultura intempeſtiua agros deteriores facit, & ad quid ex eā quis teneatur. cap. 8. num. 4. lib. 2. Vide ſupra verbo Colonus, & verbo Conductor.

D

Dardanariorum, ſeu frumenti reuēditorum officium quantum Reipublicæ detrimentum afferat, & quàm iuſtè prohibitum ſit. cap. 24. num. 1. lib 3.

Dardanaria, ſeu reuenditionis pœnam vt quis incurrat, quando delictum perfeciſſe, & conſummaſſe dicatur, ibi. nu. 2. & quid ſi frumentum conſumptum ſit. ibi. num. 7. 8. & 9.

Dardanaria, & reuenditionis pœnam, an quis incurrat, ſi frumentum ad ſui victum emit, & mutato animo poſteà vēdidit. ibi. num. 3.

Dardanarÿ, & reuenditores an dicantur, qui tempore neceſſitatis frumētū emūt, vt reuendant, & aſportetur ibi. num. 4.

Debitum pro alenda vxore, & pro filiofami. i. s ſuſtentando,

tando, an ab ipſis, & non à marito, & patre ſolui debeat, & quando. cap.16. num.5.lib.1.

Debitoribus commodum eſt, ſoluere ſemper penſionem, ne debitorum cumulus augeatur.cap.3.num.5. lib.2.

Debitor in bonis dolum committēs amittit priuilegiū, ſibi aduerſus creditores cōceſſum.cap.16.num.7.& 8.lib.2.

Debitor in fraudem alienans ad quid teneatur, & an teneatur reuelare eos, in quos alienauit, & an beneficio ceſſionis gaudeat.ibi. num.6.& 7.

Debitum an ſit ciuile, vel ex delicto, ſi deſcendat ex fideiuſsione in cauſa criminali facta.ibi.num.9.

Debita ex bonis truncalibus, vbi viget Forus de Sepulueda, quem in hoc Epiſcopatu de Atieça vocant, quo pacto ſoluenda ſint. capit.16.num.3.lib.1.

Debita quando ſoluenda ſint ex bonis alienari prohibitis.ibi.num.1. & 2.

Debitor à iudice cogitur laborare, vt creditoribus ſatiſfaciat.cap.10. num.4. lib. 2. Et præſertim, qui agricola eſt. ibi.num.3.

Decimæ & reditus Eccleſiaſtici an diſpoſitione huius pragmatica comprehendātur.cap.15.num.1.lib.2.

Decimas percipiendi ius an poſsit competere laico.ibi. num.3.

Decimarum quota de iure poſitiuo, & ſolutio neceſſaria de iure diuino proponitur. ibi.num.2.

Decimas, aut primitias, qui ſubtrahit, aut ſolui impedit, excommunicetur.ibi. num.3.

Decimas alicuius Eccleſiæ an poſsit Papa laico concedere, latè.Vide in verbo Papa.

Decimarum cauſæ cognitio an id iudicem ſecularem pertinere poſsit. ibi.num. 6.cap.15.lib 2.

Deus ipſe Opt.Max.inſtituit agriculturam, vt ex ſacra pagina oſtenditur.cap. 1. num.8. verſi ex quo.lib.1.

Deus quibuſdam malis, tanquam carnificibus, vſus eſt,

eſt, ad ſumendas de aliis malis pœnas. cap. 11. nu. 14. lib. 3.

Deſtinatum ad vnum effectum an dicatur, quod ad alios ſolet protrahi. cap. 3. nu. 6. & 7. lib. 1. & quid ſi ad alios vſus conuertatur, an effectum deſtinationis amittat. ibi.

Deterioratio fundi ex defectu cultura quam actionẽ domino eius præſtet. cap. 5. num. 1. & 6. lib. 3.

Diebus feſtiuis quãdo opera agriculturæ expediri deceat. cap. 1. nu. 2. lib. 1.

Dilatione pendente officium iudicis conquieſcit, & nihil innouandum. c. 9. nu. 3. lib. 2.

Doctores, Aduocati, Medici, Scholares, Milites, Notarii, Parochi, & alii, an per ſubſtitutum officia exercentes poſsint ſalarium cõſequi. cap. 2. num. 3. lib. 2.

Dolus, & lata culpa eſt in eo, qui non facit id, ad quod tenetur. c. 16. num. 5 lib. 2. & ibi cõtra doloſe in rebus ſuis verſantes.

Dominus fundi quãtam exigendæ penſionis habeat facultatem. cap. 14 num. 5. lib. 1.

Dominiũ verificatur in multis rebus hic enumeratis, vt vſufructu, & aliis cum onere reſtituẽdi. ibi. num. 6.

Dominus fundi poteſt fructus pro penſione retinere, & prohibere ne colonus aliò exportet. ibi. num. 1.

Dominus fundi quãdo poſsit colonum à prædio locato expellere. ibi. num. 5.

Domini terrarũ poſſũt compellere colonos, aut vaſſallos, vt res, quas venales habent, ſibi potiùs, quàm aliis venditas tradant. ibi. num. 5.

Dominus prædiorum quid ſi non ſit, ſed alius, qui ad eorum culturam mutuum dederit, an priuilegium habeat, de quo hic. cap. 15. num. 2. lib. 1.

Dominis prædiorum quàm interſit, ſi bene colantur, quantamq́; erga colonos circa culturam habeant poteſtatem ibid. nu. 3.

Domino fundi, qui mutuat, quare

quare priuilegium conce ditur, & non alijs ad culturam mutuantibus, ibid. num. 7.

Dominium plenum quid dicatur, ad declarationem cuiuſdam quaſtionis, & ibi de pleno compromiſſo. capite 7. numero 3. libro 2.

Domini prædiorum quã prælationem in eorum fructibus habeant, quãve hypothecam pro penſione. capit. 1. num. 2. lib. 3.

Domini prædiorum pro eorum fructibus an contra tertium poſſeſſorem agere poſsint hypothecaria. cap. 2. num. 1. lib. 3.

Dominis prædiorum an competat hypothecaria in fructibus contra ſecundum conductorem, latè cap. 3. à num. 1. lib. 3.

Domini prædiorum an poſſint retrahere fructus, ſi coloni alteris vendiderint. ibi. num. 5.

Dominus prædij, ſi renuit fructus idoneo loco, & tempore oblatos recipere, quid iuris quoad æſtimationẽ, cap. 4. num. 7. lib. 3.

Dominus prædij an pro alio debito, quàm pro eius penſione in fructibus præferatur. cap. 5. num. 3. lib. 3.

Dominus prædij an poſsit propria authoritate fructus pro penſione ſibi debitos capere. ibi. num. 4.

Dominus fundi pro eius deterioratione, an fructus habeat tacitè hypothecatos, ibi per totum à num. 1.

Domini oppidorum cenſentur in eis eam poteſtatem habere, quam Reges in Regno, & metum videntur inferre vaſſallis, vt pro eis contrahant. cap 9. lib. 3.

Dominus prædiorum an pro penſione plurium annorũ præferatur in fructibus vnius anni. lib. 3. c. 3. n. 7.

Dotales res inæſtimatæ, ſine executione, an poſsint à tertio per mulierem vendicari. cap. 2. nu. 4. lib. 3.

Dubia quæſtio in fauorem agriculturæ, tamquam publicæ vtilitatis, decidenda erit. cap. 9. num. 7. libro 1.

Eccle-

Digitized by Google

E

Eccleſia non habet priuilegium contra alium minorem tempore præſcribendi, etſi illud habeat, ne cōtra ſe præſcribatur. cap. 11. num 4. lib. 2.

Electores & nominatores iudicum, cuſtodum decurionum, depoſitariorum, & aſſeſſorū & aliorū, ad quid in vtroq; foro teneātur, ex cōmiſſis illorū, quos elegerunt. cap. 11. nu. 15. lib. 3.

Exempla non reſtringunt diſpoſitionem, ſed declarant. cap. 3. num. 4. lib. 1.

Empta res ex pecunia dotali quando dotalis efficiatur. cap. 15. num 11. lib. 1.

Empta res ex nūmis pignoratis an in eamdem pignoris obligationem incidat. Vide verbo res ex nūmis.

Empta res ex pecunia minoris & Eccleſiis, an ipſius minoris & Eccleſia efficiatur? Vide in verbo Res empta.

Emptor fructuum, quos pro penſione obligatos eſſe ſcit, an ſuos faciat. cap. 1. num. 6. lib. 3.

